

*Comitibus*

# IULI CLARI PATRITII ALEXAN-

DRINI, IURISCONSULTI  
LONGE CLARISSIMI, ET SERENISSIMI PHI-  
LIPPI, HISPANIARVM REGIS CATHOLICI IN  
prouincia MEDIOLANENSI supremi Consiliarij, ac  
Regentis dignissimi,

## RECEPTARVM SENTENTIARVM OPERA OMNIA,

*QUE QUIDEM HACTENVS PER AVCTOREM IN  
luce edita sunt, hac postrema editione pluribus in locis haud  
scrupulis contemnenda fide reuisa.* *Leuven.*

HIS NOVISSIME ACCESSERVNT DOCTISSIMÆ AD-  
DITIONES D. HIERONYMI GIACHARII, LVGIENSIS;  
Iuriconsulti celeberrimi.

ITEM EIVSDEM CONSILIA, RESPONSAE DVO, PRIMUM DE  
SYNDICATV: alterum de MONETA MARCHISANA, accu-  
rate, exquisitè, que conscripta.

ADDITÆ SVNT DENO ANIMADVERSIONES CLARISS. IC. MANFREDI  
GOVEANI, & IOANNIS GVOTII, prior editioni non inserta.

MATERIARVM CATALOGVM PROXIMA POST PRÆFATIONES PAGINA DEMON-  
strabit: additæ rerum & verborum INDICÈ locupletissimo.

*Halticis*

*Leuven 1631*



*Cum gratia & privilegio Cæs. Maiest. special. ad decennium.*

FRANCOFVRTI apud Wolfg. Richterum, impensis IOHAN. BASSER.

ANNO M. DC XIII.

1613

DRINK IVRISCONSULTI  
FOND OF ALISSIM ET SARRNISIMIPHI

... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..

... .. 5.230



5724.62

VD 17. 1. 011664 S

... ..



GENEROSO, NOBILI,  
STRENUO, MAGNIFICO ATQVE  
AMPLISS. VIRO, DOMINO HENRICO RANZOVIO,  
sereniss. Regis DANIÆ, CHRISTIANI IV. in Ducatibus SCHLESVIGÆ, HOL-  
SATIÆ ac DITHMARSIAE Prædiciac Consiliario: Præfecto SÆGEBERGENSI,  
DOMINO BREDENBERGÆ, DRAKENBÜRGI, RANZOVISHOLMI,  
RANZOVV, LINDEVVITH, &c. domino suo summa  
obseruantia colendo. S. P. D.



NON minus sapienter, quam vere, & vt pleraque alia præclare à summo illo Philosopho Platone di-  
ctum esse: Tum demum Republicas felices fore, cum sapientia studiosi regerent, vel earum Rectores  
studere sapientiæ contigisset: Vir generose, nobilissime, strenue, magnifice atque amplissime, non modo  
omnium sapientum calculo, verum diuina etiam auctoritate, & ipsa deniq; experientia compro-  
batum est. Repetit illud tanquam Rerum publicarum fulcrum vir consularis & Philosophus elegans  
Boetius de Philosophica consolatione, libro primo Prosa. 3. Marcus autem Anconinus Philosophus, Im-  
perator quasi pro symbolo id semper in ore habuit. Prudentius idem his versibus expressit:

Publica res esset tunc fortunata satis si  
Vel Reges saperent, vel regnarent sapientes.

Idq; sentiens regius filius Salomon, iam ipse initiatus Rex, data & concessa sibi à Deo omnium bonorum fonte amplissimo,  
quicquid veller, petendi optione: Regnare fecisti, inquit, seruum tuum pro David patre meo. Ego autem sum puer paruulus &  
ignorans egressum & introitum meum, &c. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, & discernere in-  
ter bonum & malum. Cui affi mans sapientiam esse, regnandi saluberrimum medium, Deus subdit: Quia postulasti sapientiam  
ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens, &c. Eoq; iam dono ac-  
cepto, regnum Israeliticum in summa felicitate floruisse, sacra scriptura testis est locupletissimus. Et quidem merito, si huius rei  
causam indagabimus. Vt enim, diuo Ambrosio in Epistola ad Simplicium scripta teste, stultus ceu Luna mutatur: ita ex aduer-  
so sapiens metu non frangitur, nec potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur, sed semper idem est, non  
minuitur, non augetur rerum mutationibus, nec ut paruulus fluctuat, ut circumferatur omni vento, sed manet perfectus, de-  
fectus rerum ignorat, & varios animi nescit affectus, sed fulget sicut Sol iustitiæ, &c. Et vt idem in Epist. ad Constant. ait: Sa-  
pienti nihil alienum, nisi quod virtuti incongruum: quocunque accesserit, sua omnia secum fert, totus ei mundus possessio est,  
quoniam toto eo quasi suo utitur. Quibus illud Ciceronis in libro vltimo Tuscul. quasi conueniens est, vbi, Sapientis proprium esse,  
ait, nihil quod pœnitere possit, facere, nihilq; inuitum, splendide, constant er, graviter, honeste omnia, nihil ita expectare quasi  
certo futurum, nihil cum acciderit, admirari vt inopinatum ac nouum accidisse videatur, omnia ad suum arbitrium referre,  
sui stare iudiciis. Etenim vbi sapientia, ibi, eodem D. Ambrosio auctore, virtus animi, ibi constantia & fortitudo. Neg, enim pu-  
tandum est de particulari quadam sapientia, aut sola etiam notitia in commune non deducta, qualis quorundam sibi soli phi-  
losophantium est, de quibus Tullius in primo de officiis scribit, hic agi, sed de vniuersali illa sapientia, qua omnibus simul vel præ-  
cipuis virtutibus ornata & munita sit, deq; ea, qua reuera apparet, non de eius cognitione. De hac scire Diuus Bernbardus super  
Cantica sermone 23. vt Sol, inquit, non omnes, quibus luget, etiam calefacit: sic sapientia multos, quos docet quid sit facien-  
dum, non continuo accendit ad faciendum: Aliud est multas diuitias scire, aliud est possidere, nec notitia diuitem facit, sed pos-  
sessio. De illa Aristot. quidem lib. 1. Rhetor. affirmat, Sapientiam esse multarum & mirabilium rerum scientiam: & i. Meta-  
phys. esse cognitionem primarum & altissimarum causarum. Sed melius Cicero: Sapientiam esse rerum diuinarum & huma-  
narum scientiam cognitionemq; qua causa cuiusq; rei sit, ex quo efficitur, vt diuina imiteretur: humana omnia virtute inferiora  
ducat. Quem quasi imitans Thomas de Aquin. Sapientia, inquit, qua formaliter sapientes sumus, est quadam participatio di-  
uina sapientia, qua Deus est. Interim ne & hoc quidem existimandum est, solos perfecte in omnibus sapientes ad rerum guber-  
nacula euadendos. Hac siquidem ratione contingeret, vt cum nemo (Salomonem forte excipiamus) in hac caducitate summas  
huius sapientia attingere queat, præsertim cum vita breuis, ars longa sit, nulla quoque prouincia, nulla ciuitates, nulla regna  
& imperia feliciter administrata fuerint, aut adhuc administranda forent. Sed tenendum hac quoque in parte illud est, quod  
Tullius, cum perfectum oratorem, qualem non nisi idea quadam intueri, vel potius imaginari nobis possumus, descripsisset,  
tandem subiicit, in mediis consistere præclarum quoque esse. Quinimo & quosdam, qui literarum scientia pensum, longo etiam  
inter-

interuallo non absoluerunt, vi tamen ingenii innata, multoq; rerum vsu exculta & ad virtutes assuesceta, mediocri felicitate rebus publicis profuisse ac etiamnū præse videre licet: hoc interim rato manente, quanto quis & natura & arte & experientia sapientior euasit, tanto eum rebus gerendis aptiorem semper extitisse & esse. Præcipua autem huius sapientia membra sapientiores hæc constituere, Prudentiam peculiari vocabulo sic dictam, Fidem, Fortitudinem & Iustitiam. Quæ singula, si quis penitus introspicat, & in vno subiecto constituat, eum illa, quæ diximus, sic se habere, fateatur, necesse est, non minus atque ex quatuor elementis omnia corpora naturalia esse conflata re ipsa affirmamus omnes, licet non desint, quibus quatuor principiorum tripartita diuisio nominetenus vsurpetur. Quid enim ille non videat, qui recta agibilibus ratione est imbutus? cuique talis mens, talisq; mentis virtus existit, quæ de bonis ac malis quæ ad felicitatem pertinent, bene consulere & sibi & aliis potest? quæue dirigere ad rationis normam valet vniuersa, quæ cogitat, quæque agit, atq; ita nihil præter rectum vel laudabile facit? Hæc ipsa autem vis prudentia ideo inesse videtur, quod huic potentia, quæ homines ad Dei imaginem accedimus, & in qua diuina illius particula aura, imo ipse sepe DEVS habitat, propria sit. Huius potentia partes Macrobius intellectum, circumspectionem, prouidentiam, docilitatem & cautionem recenset: Cicero memoriam, intelligentiam & prudentiam ponit: Thomas Aquinas consiliacionem, iudicium & præceptionem constituit, quando prudentiam veram esse asserit eam, quæ consilium, iudicium & præcipimus, quæ ad bonum finem totius vitæ humanae pertinent, & solis bonis conuenit. Ex quo liquet, prudentiam omnium etiam inferiorum facultatum, ipsorumque artium & actuum humanorum imperatricem esse magis, quam *in dicitur in quatuor modis*, cui alias hoc imperium à Rhetoribus asseribi consuevit. De illa nihil amplius, quam quæ Seneca in hanc ipsam sententiam asserens, si prudentiam, ait, amplecteris, ubi que idem eris, & prout rerum & temporum varietas exigit, ita te accommodes temporibus nec te in aliquibus mutes, sed potius aptes, sicut manus, quæ eadem est, cum in palmam extenditur, & cum in pugnam astringitur. Et 86. Epistola, Qui prudens est, inquit, & temperans & constans, qui constans est, imperturbatus est, ergo prudens beatus est. Fidem etiam id est dictorum & conuentorum constantiam & veritatem, nomen habentem ex eo, ut fiat quod dictum est, inter præcipuas imperiorum columnas, in otio & negotio esse, ita ut absque ea diuturna esse non possint, exempla omnium ætatum adeo cumulate ob oculos ponunt, ut explanatione alia non indigeat. Plane si pro constantia leuitas in figendis & refingendis conuenit, & mendacium pro veritate in Reipublicam inuehantur, pœna auctoribus sua, nonnunquam etiam toti Reipublicæ, haud longe aberit, & ut canque differatur, illi tamen tamen certa venit pedibus, & tarditatem pœne grauitate Deus compensare assuevit in hoc deterrimo delicto, quo se illi, quibus secum communem nomen esse Deus voluit, ab imagine ipsius, quæ est ipsa veritas, ad effigiem diuini nominis hostis, qui ab initio mundi mendax fuit, studiosè & voluntarie auertere non verentur. Quam concinne vero hæcenus recitatis sapientia partibus suam fortitudo manuum porrigit? quæ secundum Thomam se gratia Reipublicæ exponit, & non cadit neque fugit periculis excrescentibus: Et hæc virtus proprie virilis dicta, Aristoteli est aggressio terribilium, ubi mors imminet propter bonum commune saluandum, & secundum Macrobius præstat magnanimitatem, constantiam, tolerantiam & firmitatem. Quæ cum singula per se diuina prope sint, quid mirum quod diuus Ambrosius fortitudinem solam dicat defendere ornamenta virtutum omnium & iustitiam custodire, & inexpiabili prælio aduersus omnia vitia decertare, inuictam ad labores, fortem ad pericula, rigidiorē ad voluptates, ut auaritiā effugiat tanquam labem quandam, quæ virtutem effeminet. Quibus verbis non minus bellicam, quam togatam, & tam animi quam externam fortitudinem comprehendit. Quod & Boetius his elegantissimis versibus præstitit, animi tamen fortitudinem, quæ quis seipsum vincit, potissimum descripsit:

Qui se volet esse potentem,	Tellus tua iura tremiscat,
Animos domet ille feroces:	Et seruiat vltima Thyle:
Nec ducta libidine colla	Tamen atras pellere curas,
Fœdis submittat habenis:	Mirasque fugare querelas,
Etenim licet indica longe	Non posse, potentia non est.

Et notæ sunt versus Claudiani eiusdem sententia:

Tu licet extremos late dominere per Indos,	Seruitii patiere iugum, tolerabis iniquas
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:	Interius leges: tunc omnia iura tenebis,
Si metuis, si praua cupis, si ducis ira,	Cum poteris Rex esse tui.

Quantumlibet autem is, qui magno sit animo atque forti, omnia, quæ cadere in hominem possunt, despicit, & pro nihilo putat, tamen omnis omnino fortitudo etiam D. Gregorio teste, destruitur, nisi per consilium fulciatur, quia quo plus se posse conspiciat, eo sine moderatione rationis deterius in præceptis ruit: deinde sine iustitia perpetua esse non potest. Hæc enim sapientia propior omnes in sese virtutes continere dicitur. Atque huic tribuit Tullius Religionem, pietatem, obseruantiam, veritatem, gratiam, vindicationem. Macrobius innocentiam, quæ declinat a malo nocuo propter virtutem, amicitiam, quæ quis bene se habet in conuictu exteriori, concordiam, quæ quis bene se habet interiori, religionem, quæ quis se bene habet erga Deum, pietatem, quæ ad patriam & parentes, affectum, quo placent inferiores, humanitatem, quæ subuenitur defectibus inferiorum hominum. Hæc est illa Aristotelis Lucifer, hic Ciceronis splendor magnus, ex quo boni viri nominantur. Hinc illa virtus, quæ distribuendo & commutando suam equalitatem illic geometricam, hic arithmeticam præscribat, & omnia tam personarum, & earum dignitatum, quam contractuum, omnium actuum, & totius humanæ societatis iura determinat, quæ & ipsa, postposito & contempto sepe summo iure, non minus temperantiam admittit, quam ceteræ partes singula. Hæc igitur membra, cum quasi elementa gubernatorem bonum constituant, absque iis imperium felix beatumque esse non posse consequens erit. Id quod vel ex iis quæ his sunt contraria, facillime deprehenditur. Nam si vel vnum saltem ex istis rerum publicarum moderatoribus desit, ingentes inde perturbationes cum magno rerum publicarum malo sepe ortas esse exemplis hoc multis, quæ hic recitare nimis longum foret, comprobantibus est compertum. Pro multis vnum sufficiat, quod absque gemitu vix attingere possum, recensere nequeo. Nota sunt Amplitud. tua, imo apud lippos & consores cognita sunt ille alicubi inter senatum & ciues, & postmodo inter consules ipsos, denique inter consules & Senatores mutuo exorta dissensiones, amulationes, detractiones & quasi ciuiliis pestis principia, quæ insolentia (absit iniuria & inuidia verbo) eo vsque processit, ut ne a regis quidem mandatis & a regio iure imperato temperatum, atque ideo nec mirum sit, si vidua & absentes sua privilegia, item alii iudiciorum ordinem neglectum conquerantur.

Quam

DEDICATORIA

Quam huic infelicitati causam assignemus? An insipientiam? Quid si piscator icibus obliuionem obducatur, nec exemplo cautiore existat? Quid si quis causas ob quas antea iram supremi rerum vindicis sibi & ciuibus attraxerit, repetat, & respicere nolit, sed quod liber licere sibi persuaserit: an cum ratione id insanire est? Iam collatione facta, eos, qui T. A. immediate sunt subiecti, infelicitate postos esse, omnibus vicinis liquet. Floret enim apud illos religio, viget in suo statu inter tot heresium fluctus sacrosanctum ministerium. & Ecclesia Dei veris gemitibus aeternum nostrum Sacerdotem, Spiritus sancti gratia cooperante implorans & interpellans, locum suum tenet pietas, superest fides, in dictis & conuentu constantia & veritas, colitur tranquillitas atque pax, pax vna triumphis innumeris potior, iusta sunt iudicia vidua, mulieres & huiusmodi persone reliqua defenduntur & fouentur, coniuges, liberi, imo etiam pecora, pascua, agri, & denique omnia gratum risum & solidam beatitudinem referre & exprimere videntur. Quae ratione isthuc? Quia nimirum A. T. in eadem administratione sapientiam colit, ideo nullus nisi sapientia fructus, hoc est, felicitas & beatitudo reipublica eidem commissa accedit. Et si quis ex non stolido subdito causam suae suorumque conciuum & reliquorum incolarum salutis aut felicitatis quareret, secundum Deum eam T. A. sapienti gubernationi acceptam ut referret, minime dubito, & sane id ita se habere, res ipsa loquitur. Ex quo simul efficitur, serenissimos quoque Daniam quondam Reges & Duces Holsatiae, &c. CHRISTIANVM III. ET FRIDERICVM II. cum A. T. tantis officiis & dignitatibus praefecerint, non minus sapientia, quam inuicta potentia valuisse, ac modernum quoque serenissimum Regem CHRISTIANVM IV. in iis ipsis officiis eandem A. T. retinendo, etiamnum valere. Plerumque autem tunc homines nostra intelligimus bona, cum que in potestate nostra habuimus, ea amissimus: tanta est caligo, tanta labes generis humani. Istis vero, quibus sapientia negligitur, & affectuum chymera pro iustitia colitur, haec bona etiam terrori esse, eosque sapientissimos quosque gubernatores odisse manifestum est. Oidere enim quem metunt: metunt autem boni tyrannos, vnde ex contrariorum ratione, que utriusque eadem est, mali, affectuosi, & tyranni metuent sapientes reges, produces, praefectos & alios. Interim quamplurimos pietate, prudentia & virtute prestantes homines hanc suae felicitatis causam grato animo agnoscere, & Deo Opt. Max. pro ingenii hoc beneficio gratias agere, mihi persuasum habeo.

Verum enimvero, Patria. o dulcis patria (ad te enim vniuersam tam malorum, quam bonorum receptaculum, mihi nunc oratio est dirigenda) te compello, te obsecro, te contestor, ut profligata insipientia, & exterminata ingratitude, si qua harum infideat, respicias, partim vero te exsusceites ipsam, animaduertens, quanto bono sis ornata & aucta, dum Henricum hunc Ranzonium producem tuum, tibi habere liceat. Lucet in ipso ea sapientia, ea vis naturae, id ingenii acumen, is eruditionis bonos, is virtutum cumulus, is denique rerum vsus, & ex his omnibus & singulis gubernandi constructa harmonia; ut & ipsum Reges, Duces & Principes admirentur, ament & foueant, omnis literatorum ordo suspiciat, Philosophi, Poetae, Oratores, Medici, Iureconsulti, Theologi summi suam illum sibi vendicent, & cum ipsum immortalis gloria, tum vero & te, qui tantum virum tuleris, perpetua laude prosequantur, & ad te ex ipsius sapientia & industria moderatione longe optimum huius vitae fructum, pacem nimirum, tranquillitatem & omnem felicitatem redundare sentias, videas, palpites. Non potest te latere alias quoque ditiones, alia regna haud longe dissimiles aliquando gubernatores habuisse, verum cum tantum Dei beneficium, & inde sibi manantem felicitatem non agnouerint, ob ingratitude Deum ipsis sapientes saepe immature eripuisse, insipientes sapientibus, & consequenter paci bellum, gaudium, luctum, diuitiis paupertatem, castis coniugibus & liberis corruptas, adibus cineres, palatium & vrbibus rudera, patria exilium, felicitati denique ipsam infelicitatem subrogasse. Haec omnia voluenda tibi animo, & ex alienis quid tibi vsui sit, consilium capiendum, Deusque pro venerandi huius senis longeva vita & gubernatione felici exorandus erit. Equidem licet tot annis absim, tui tamen gratia, patria desideratissima, de Ranzoniana moderata, & sapienti gubernatione ipsi moderatori gratulor, tibi, mihi, gaudeo. Plane sic, vir generosiss. & ampliss. (ut ad A. T. reuertatur oratio) existimes velim, iam pridem me hunc curam egisse, quae ratione etiam meam erga A. T. gratitudinem publice contestatam facerem, sed viribus me inferiorem esse cognouisse, quam ut id quod volui perficere potuerim. Ideoque id non voluntate, sed quasi necessitate intermissum fuisse, donec tandem incidit illud Nasonis:

Sed tamen ut fuso taurorum sanguine centum;  
Sic capitur minimo thuris honore Deus.

Conspici enim literatos officia in se suosque collata, literario aliquo munere compensare, & quidem inter reliquos nobilem & Praestantiss. IC. Iulium Clarum idem fecit esse. Cum itaque idem Clarus nunc insignibus atque plane nouis omnino praestantiss. viro- rum animaduersionibus clarior, ornator, & quasi nouus in lucem edendus veniebat: querendus ei pro more communi nouus quoque patronus erat, sub cuius felici auspicio & protectione illustratus & innouatus Clarus luci committeretur. Quandoquidem itaque hoc eximium opus praecipuum eius, quae de egimus, sapientia parte succincta & pulcherrima methodo, atque ea ratione, quae foro & viris in administratione publica versantibus aptissima est, contineat, haud inconueniens fore putavi, si idem A. T. iustitiae & totius Politiae sapientiae ornamento atque patrono consecrarem. Fuit hic Iulius Clarus patricio genere, & animi dotibus, doctrina singulari cultu, & officii amplitudine (erat enim potentissimi Hispaniarum Regis Philippi in prouincia Mediolanensi sum- premus Consiliarius ac regens sapientiss.) dum viuebat clariss. nunc post fata autem ob dictas dotes & potissimum ingenii fructus iis, qui ad solidam iuris prudentiam aspirant, simul atque doctissimis quibusque, supremis etiam totius Christiani orbis parlamentis, quae vocant atque iudiciis, pleno ore decantatus. Neque dubitandum, quin hic nouus vestitus ipsi nouam gratiam & laudis consum- matam accessionem apud omnes sit conciliaturus. Leto itaque fronte vir generosiss. atque amplissime hoc iam demum consum- matum opus sub T. A. auspicio & patrocinio publicatum accipe, & meum simul in A. T. studium & animum agnosce. Quod si fe- cerit A. T. pro hoc officio eidem hanc mercedem recipio atque constituo, eam vna cum hoc claro & illustrato suo cliente in toto Christiani nominis orbe apud prudentes non saltem hospitium longe acceptatissimum habituram, sed gratias quoque immortales, emerituram, sui que nominis honorem, decus & gloriam bonis omnibus in memoriam subinde & indefinenter reuocaturam atque propagaturam: in super me quoque ad alia officia instigaturam, praesertim si me simul & annosam viduam parentem omnibus consiliis destitutam cum suis eadem A. T. clientela & opera frui patiatur. Id quod mihi de A. T. vnice polliceor. Quam cum suis re- ctissime valere cupio. Datae Francofurti ad Maenum, idibus Febr. Anno virginiae partus M. D. XCVI.

G. A. T.

Addictissimus

Dauid Rorarius, V. I. D.

ILLVSTRISSIMO AC REVE-  
RENDISSIMO D. D. ANTONIO  
PERENOTO, ATREBATENSI  
EPISCOPO,

IVLIVS CLARVS S. D.

**L**IBROS Sententiarum Receptorum, Primum studiorum meorum fructum, ab ipso pene Operis exordio, tibi dicare constitueram, Reuerendis. Antistes, siue quod ita officii mei ratio postulare videretur, siue etiam (verum ut dicam) quod neminem esse arbitrarer, cuius nomine iustius quam tuo, hocce Commentarios in scriptos esse oporteret. Nam si defensor aut patronus quaerendus erat, cuius auctoritate tutus liber in publicum prodiret (quod plerique in nuncupandis operibus obseruare solent) quis est toto orbe terrarum tibi, aut amplitudine, aut dignitate comparandus? Si vero ille mihi deligendus erat, cui maxime deberem, cuique pro suis meritis erga me, aliquam hoc munere gratiam referrem, quis mihi te amicio? Quis in me ornando, vel promptior, vel diligentior vnquam extitit? Non praeteram, ne illud quidem in ipso studiorum nostrorum initio, in Ticinensi Academia vtiique nostrum contigisse, in eodem auditorio iuri civili operam dare: quo tempore quanta in me tua fuit humanitas? quae beneuolentia? Quale vicissim meum erga te studium? Quae patris mei, viri Claris, qui tum forte Mediolano se Ticinum contulerat, in te officia fuerunt? Quibus omnibus accedebat, quod ex operis quoque ipsius argumento id tibi maxime deberi videbatur. Si enim Iurisconsulto, eidemque doctissimo atque integerrimo, dicendae erant Iurisperitorum sententiae: tu iuris scientia, eruditione atque integritate adeo excellis, ut iure ac merito ceteris omnibus sine controuersia praefendus. Ceterum cum Mantuae agens, quo ex illa belli turbulenta tempestate, velut in portum confugeram, exitum Operi manum imponere, illudque tuis auspiciis in lucem edere constituissem, repente mihi allatus est nuncius, me in Mediolanensem Senatum, summo Regis nostri beneficio, fuisse cooptatum. Quae res fecit, ut ab incepto desisterem. Permagnum enim interesse arbitrabar, vtrum Opus ipsum a iuris tantum perito, an a iurisperito eodemque senatore prodiret, a quo propter accessionem dignitatis, nihil nisi summo iudicio, atque arte elaboratum profecti oporteret. Sperabam tamen futurum, ut librum aliquando in manus sumere, eumque expolire, atque absolueri facile possem. Sed me valde mea sefellit opinio: nam cum primum senatorium ceppi munus obire, ita sum causarum negotiorumque multitudine impeditus, ut nihil haecenus spaciū surripere potuerim, ad Opus ipsum, uti constitueram, diligenter corrigendum atque emendandum. Herebam itaque, nec quid consilii caperem omnino videbam. Hinc enim, si liber prorsus supprimeretur, non poteram non moleste ferre, tot annorum a me susceptos labores sine fructu perire: illuc vero, si non emendatus ederetur, verebar, ne cum magna existimationis meae iactura illud mihi iure obici posset, quod ipse Iurisconsultus, non satis consulto fecissem. Placuit igitur priusquam deliberarem, amicorum iudicium exquirere: nihil enim apud me vnquam fuit illorum consilium, aut sanctius, aut religiosius. Itaque Paragraphum qui de Feudis erat conscriptus, in lucem editum ad te primum, deinde etiam ad plerisque viros literarum scientia insignes, mihi que summa necessitudine coniunctos, perferendum curavi, ut ex eo quasi totius Operis gustum praerem, rogauique ut quid de eo sentirent, quidve mihi faciendum putarent, amice monerent. Si omnes responderunt, non indignum sibi librum videri, qui in lucem prodiret. Tu vero, quae praecipuum omnium consiliorum meorum rectorem, & moderatorem semper constitui, tuis literis, quas proxime ad me amotis, & officii plenas scripsisti, non modo animum confirmasti, sed etiam addidisti. Quo factum est, ut hanc prouinciam, quam antea timens ac viribus meis diffidens subterfugebam, nunc tot clarissimis viris hortatoribus, te vero etiam plane impulsore, alacri, & prompto animo libentissime susceperim. Sed cum adeo ipsius voluminis creuerit magnitudo, ut non nisi longo temporis intervallo, auctoriū locos omnes, qui pene innumerabiles citantur, cum ipsis scriptorum commentariis conferri posse existimem (hoc aurem magni referre arbitror, ut omnia fideliter recitentur) vereor, ne tardius quam vellem, perfici totum Opus possit, & peruulgari. Ut igitur interea studiosis quorum multi illius editionem a me per literas efflagitant, aliqua ex parte satisfaciam, aliquot Paragraphos, qui vel utilitate vel copia ceteris praestarent, eo tempore quod molestissimis occupationibus meis eripere mihi licebit, corrigendos mihi proposui, eosque in lucem mittere constitui. Habent enim singuli Paragraphi libelli speciem, ita ut vnusquisque per se satis commode vtiliterque, & legi, & intelligi possit. Quorum cum primus forte edendus esset Paragraphus, qui TESTAMENTVM inscribitur, non potui me continere, quin (quod in toto opere facere decreueram) illum tuo amplissimo nomini dedicarem. Dii rerum omnium dominatores, qui donis nostris non indigent, non quid detur, sed qua mente quoque animo, datum sit, aestimare solent: id te ANTIISTES ILLVSTRIS, qui vitae ac morum probitate ad eorum similitudinem, quantum humana fert imbecillitas, proxime accedis, hac in te facturum confido, ut scilicet munus hoc, qualecunque sit, ab homine tui amantissimo studiosissimoque profectum, cuiusque animum iam diu cognitum ac perspectum habes, benigne ac humaniter accipias. Quod quidem ego in praesentia, maximi atque immortalis beneficii loco reponam. Quod si postea aliquando inter iuris interpretum controuersias, aliquam tibi laboris, aut molestiae leuationem attulerit, tum me felicissimum fructum, mihi videbor consecutus. Interea vero Deum Opt. Max. precabor, ut te diu incolamem, florentem, beatum, Reip. Christianae seruet. Spero enim aliquando futurum, ut maximo sedens in solio, iam pridem tot turbinibus ac tempestatibus fluctuantem CHRISTI nauem, solam in portu colloces. Vale. Calend. Maiis. M. D. LIX.

MEDIOLANO.



**SERIES TRACTATVVM, TOTO  
HOC VOLVGINE CONTENTORVM,**  
eodem ordine, quo ab ipso Auctore sunt edita.

**EX LIBRO TERTIO SENTENTIARVM RE-  
CEPTARVM, IVLII CLARI, &c.**

§. Testamentum.

**EX LIBRO QVARTO RECETARVM  
SENTENTIARVM.**

- §. Donatio.
- §. Emphyteufis.
- §. Feudum

**EIVSDEM LIBER QVINTVS INTEGER  
ET ABSOLVTVS.**

**IN QVO** omnium Criminum materia, per receptas Sententias, ac in  
calce de eorundem Processibus conficiendis, ac delinquentium pœ-  
nis, accuratissime sunt omnia tractata, ita vt nihil vltcrius Lector de-  
siderare possit.



**CAPITA**

# CAPITA QVÆSTIONVM


Sequentis Tractatus, §. Testamentum.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1 Quid sit testamentum?</p> <p>2 Quo iure inuenta sit testam. entis factio?</p> <p>3 Quot sint genera testamentorum?</p> <p>4 Quid differat testamentum nuncupatiuum à testamento in scriptis?</p> <p>5 Quæ personæ possint testari ad pias causas?</p> <p>6 Solennitates iuris ciuilibus an sint sublatae in testamentis ad pias causas?</p> <p>7 Testamentum imperfectum ad pias causas conditum, an sustineatur quacumq; imperfectione non obstante?</p> <p>8 Testamentum inter liberos conditum, an valeat sine sollemnitatibus iuris ciuilibus?</p> <p>9 Et an sit imperfectum ratione voluntatis?</p> <p>10 Et an sit sustineatur quatenus cõcernit extraneas psonas.</p> <p>11 Dispositio §. ex imperfecto, an habeat locum etiam in testamento nuncupatiuo?</p> <p>12 Et an habeat locum inter quoscunq; liberos?</p> <p>13 Et an ex huiusmodi testamento succedatur tanquam ex testamento, an autem tanquam ab intestato?</p> <p>14 Scheda manu patris scripta sine testibus, an valeat inter liberos in vim testamenti?</p> <p>15 Testamentum militis quæ priuilegia habeat?</p> <p>16 Miles an possit decedere pro parte testatus, &amp; pro parte intestatus?</p> <p>17 Testamentum caeci quomodo confici debeat?</p> <p>18 Filius familias an possit testari?</p> <p>19 Bannitus an possit testari?</p> <p>20 Et an possit capere ex testamento?</p> <p>21 Condamnatus ad mortem an possit testari?</p> <p>22 Deportatus an habeat testamenti factionem?</p> <p>23 Condamnatus ad perpetuos carceres, an retineat testamenti factionem?</p> <p>24 Excommunicatus an possit testari? (menti factionem?)</p> <p>25 Infamis an possit testari?</p> <p>26 Vfurarius manifestus an possit testari?</p> <p>27 Prælati aut clericus, an possit testari?</p> <p>28 Monachus, vel religiosus, an possit testari?</p> <p>29 Monachus, vel religiosus, an possit capere ex testamento?</p> <p>30 Monacho herede instituto, an hereditas transferatur in Monasterium ipso iure?</p> <p>31 Spurius an possit capere ex testamento?</p> <p>32 Auus an possit instituere nepotem legitimum, natum ex</p> <p>33 Prodigus an possit testari? (filio spurio?)</p> <p>34 Inhabiles de iure communi ad testandum, an possint testari ad pias causas? Remissive.</p> <p>35 Institutio heredis expressa, &amp; tacita esse potest.</p> <p>36 Institutio heredis debet esse certa.</p> <p>37 Testator debet ore proprio exprimere nomen heredis.</p> <p>38 Legitima debet filio relinqui iure institutionis.</p> <p>39 Filius an possit institui sub conditione?</p> <p>40 Testamentum in quo filius est exheredatus, an sit nullum?</p> <p>41 Ex quibus causis filius à patre exheredari possit?</p> <p>42 Testamentum in quo filius est præteritus, an sit ipso iure</p> <p>43 Et quid de iure prætorio, &amp;c. (nullum.)</p> <p>44 Filia an possit institui in sola dote sua?</p> <p>45 Testamentum præteritione posthumi an rumpatur?</p> <p>46 Clausula codicillaris, an sustineat testamentum nullum ex causa præteritionis, in vim fideicommissi?</p> <p>47 Præteritio filii à matre an reddat testamentum nullum?</p> <p>48 Præteritio patris à filio, an reddat testamentum nullum?</p> <p>49 Præteritio matris, vel ascendentium per lineam maternam, an annullat testamentum?</p> <p>50 Præteritio collateralium, an vitiet testamentum?</p> <p>51 Præteritio liberti, an reddat testamentum nullum? Remissive.</p> | <p>52 Dispositio Auth. ex causa, an sustineat testamentum nullum ex causa præteritionis, vel exheredationis?</p> <p>53 Et an irritetur institutio facta in re certa, &amp;c.</p> <p>54 Et an omnia in testamento contenta, præter institutionem sustineantur?</p> <p>55 In testamento qua persona testes esse non possint?</p> <p>56 Quis testium numerus in testamento requiratur?</p> <p>57 Et quid de iure Canonico?</p> <p>58 In testamento requiruntur, qd testes &amp; notarius sint rogati?</p> <p>59 Requiritur in testamento, quod testes videant testatorem?</p> <p>60 Duæ personæ an possint simul condere testamentum?</p> <p>61 Testatoris dispositio an semper seruanda sit?</p> <p>62 Testator an possit prohibere detractionem Trebellianicam?</p> <p>63 Et quid in filiis primi gradus?</p> <p>64 Testator an possit remittere vsufructuario cautionem de vtendo, fruendo, &amp;c.</p> <p>65 Testator an possit prohibere ne testamentum infinetur?</p> <p>66 Testator an possit remittere confessionem inuentarii?</p> <p>67 Testator an possit prohibere diuisionem inter heredes?</p> <p>68 Testator an possit concedere legatario licentiam capiendam legatum propria auctoritate?</p> <p>69 Testator an possit priuare heredem hereditate?</p> <p>70 Testator an possit facere, quod bona sua non sint pro legatis hypothecata?</p> <p>71 Testator an possit disponere de rebus heredis?</p> <p>72 Testator an possit prohibere legitimam?</p> <p>73 Testator an possit prohibere filio alienationem suæ legitimæ?</p> <p>74 Testator an possit prohibere ius accrescendi?</p> <p>75 In testamento an possit celebrari contractus?</p> <p>76 Quemadmodum testatoris voluntas conici possit?</p> <p>77 Filii positi in conditione, an censeantur?</p> <p>78 Et quid si testator eos grauauerit?</p> <p>79 Et quid si apposita sit dictio, Masculis?</p> <p>80 Plures simul instituti, vel substituti, an censeantur vocati simul &amp; semel, an autem ordine successiuo?</p> <p>81 Testamentum an annulletur præteritione filij?</p> <p>82 Et an præteritione parentum, vel collateralium?</p> <p>83 Et an propter exheredationem?</p> <p>84 Legitimatione filii naturalis an rumpatur testamentum?</p> <p>85 Et an per ingressum religionis?</p> <p>86 Resurrectione testatoris de funeli, an testamentum rumpatur?</p> <p>87 Testamentum conditum per metum, an sit ipso iure nullum?</p> <p>88 Vltima voluntas an vitietur propter malam latinitatem?</p> <p>89 Testamentum minus solenne an sit ipso iure nullum?</p> <p>90 Ex testamento minus solenni oriatur naturalis obligatio.</p> <p>91 Testamentum an contraria voluntate reuocetur?</p> <p>92 Et quid si testator dicat se velle decedere intestatum?</p> <p>93 Cancellatione testamenti, vel incisione, an reuocetur testamentum?</p> <p>94 Testamentum iuratum an tollatur per secundum testamentum?</p> <p>95 Donatio in pœnam mutationis testamenti an valeat?</p> <p>96 Secundum testamentum ex quo non sit adita hereditas, an tollat primum?</p> <p>97 Testamentum imperfectum an aliquando tollat aliud perfectum præcedens?</p> <p>98 Testamentum primum inter liberos conditum, an per secundum testamentum simpliciter reuocetur?</p> <p>99 Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, an tollatur per secundum?</p> <p>100 Si duo testamenta eodem die confecta producantur, quod eorum præualere debet?</p> |
|--|--|



IVLII CLARI ALEXANDRI-  
NI, IVRIS CONSULTI CLARISS. AC  
REGII SENATORIS, &c.

Ex Libro III. Sententiarum Receptarum:



§. TESTAMENTVM.

*Cum Additionibus, & Paraphrasibus celeberrimi I. C. Hieronymi Giachari Lugiensis,  
& Manfredi Goucani I. C. clariss. & aliorum.*



VANTVM HÆC TESTAMENTORVM MA-  
teria præ cæteris omnibus utilitate & subtilitate excellat, ne-  
mo est qui nesciat. Quotidie enim & in scholis, & in foro  
versantur super vltimis defunctorum voluntatibus variæ  
quæstiones. Harum autem, cum iam nos superioribus pa-  
ragraphis, bonam partem absoluerimus, eamque præser-  
tim, quæ ad Substitutiones, & legata pertinet; restat vt de ipsis Testamen-  
tis, eorumque solemnitatibus breuiter disseramus.

QVÆSTIO I.  
SVMMARIVM.

Quid sit Testamentum?

**R**o intelligentia in primis quæro, Quid sit † Testamentum? Respon-  
sio, \* Testamentum est a voluntatis no-  
stræ iusta b sententia, de eo quod quis  
post mortem suam fieri velit. Ita diffi-  
nit Iurisconsultus in leg. 1. ff. de testament.

ADDITIONES.

a Testamentum.) Aduerte, quod testamentum vires acci-  
pit à morte testatoris, leg. qui hereditatem. l. neminem ff. de ac-  
quir. hered. Vbi enim est testamentum, mors necesse est in-  
terueniat testatoris Testamentum enim in mortuis confir-  
matum est: alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus  
est. Ita legitur, in Sabbato sancto lect. 8. de epistola B. Pauli ad He-  
braeos cap. 9. quæ nota ad essentiam atq; effectum testamenti.  
b Iusta.) Id est perfecta: & sic includit de necessitate in-  
stitutionem heredis. Ita per Bart. in l. 1. ff. eod. qui dicit sibi vi-  
deri durum, quod Iurisconsult. nesciuit diffinire testamen-  
tum, & quod egeat subtili subauditione illa: & istud com-  
muniter tenet dicit Ang. de Aret. in §. 1. Instit. eod. qui num. 1.  
dicit, quod quadruplex est perfectio: dic vt per eundem.  
\* An hæc definitio codicillis & donationibus causa mor-  
tis accommodari possit, an vero solius sit propria testa-  
menti, vide Vigl. Instit. de test. ord. num. 24. Alc. lib. 9. parerg. ca-  
pit. 21. Didac. in rubr. de testam. part. 1.

QVÆSTIO II.  
SVMMARIVM.

Quo iure introducta fuerit testamenti factio?

**Q**VÆRO quo iure † introducta sit testamenti  
factio? \* Respond. Aliqui simpliciter dicunt,  
quod testamentum est de iure ciuili, & dicit Guliel.  
de Benedict. in prima parte, reper. capit. Raynuius. fol. 159.  
numer. 2. de testament. quod ita communiter tenetur:  
Ita etiam tenere communiter Doctores attestatur  
Por. Institut. de testament. in princip. numer. 11. Tu dic,  
quod testamentum ipsum inuentione est de iure gen-  
tium, sed solemnitates, in eo requisitæ, sunt inuentæ  
à iure a Ciuili, & Prætorio. Et hanc opinion. quod te-  
stamentum sit de iure gentium, tenuit Bartol. in leg.  
interdum. nu. 7. de condic. indebit. quam etiam dicit ef-  
se magis communem Cornel. in leg. si testamentum.  
num. 2. & 3. C. de testament. Iason in repet. leg. admonendi,  
post num. 184. vers. subdit tamen. ff. de iure iur. and. & in dict.  
l. interdum. num. 4. quem refert Didac. libr. 3. Resolution.  
cap. 6. num. 7. & dicit Ioan. Annib. in repet. leg. nemo po-  
test. ff. de leg. 1. num. 189. quod ita concludunt commu-  
niter Dd. Videmus enim quod antequam esset in-  
troducendum ius ciuile, apud antiquissimas gentes erat  
in vsu, vt patres familias de rebus suis in casum mor-  
tis, ad eorum libitum disponerent. Et licet postea ius  
ciuile introduxerit solemnitates, quæ ad testamenta  
conficienda requiruntur, tamen inuentio (vt dixi)  
ipsius testamenti fuit introducta à iure gentium. Ne-  
que putes, quod hæc quæstio sit prorsus inutilis, quia  
imo est maximi effectus. Nam si testamentum est de  
iure b gentium, non poterit princeps auferre domi-  
nium alicui quæsitum ex testamento; quod tamen fa-  
cere possit, \*\* si esset de iure ciuili, vt declarauit su-  
pra, libro secundo. §. princeps.

ADDITIONES.

a A iure ciuili.) Item quod testamentum origine sit de iu-  
re gentium, licet eius forma sit de iure ciuili, commune, vi-  
de plene per Hipp. Rimin. in princip. Instit. de donat. num. 184.  
vbi retulit Coral. dicentem toto (vt aiunt) cælo aberrare,  
qui contra tenent.

b De iure gentium.) Et in testamento facto inter liberos;  
quod omnis solemnitas iuris ciuilis, & positiui remissa cen-  
seatur, sola iuris gentium solemnitate in illo seruata: com-  
mune vide per Bero. in quest. 36. nu. 5. quod etiam dixi in col-  
lecta mea commun. opin. verb. testamentum. num. 42.

\* An testandi facultas à natura desit, vel à lege tributa, ad-  
eo vt sine legis permissione non liceat hominibus testari,  
hoc in illud tempus de rebus suis disponere, quo domini ef-  
se desierunt. vide Plat. lib. 11. de legib.

\*\* Eruditissime Ari. Pinel. in 1. par. rub. l. 2. C. de resc. ven. c. 2.  
eorum sententiam explodit, qui dominium iure ciuili quæ-  
situm facilius per Principem adimi posse existimant.

QVÆSTIO III.  
SVMMARIVM.

Quot sint genera Testamentorum?

**Q**VÆRO, Quot sint † genera Testamentorum?  
Resp. quod multæ possunt enumerari diuisio-  
nes testamentorum, tam respectu formæ, & solemniti-  
tatis in eis requisitæ, quam priuilegiorum; quæ siue  
propter personam eius qui condit testamentum, siue  
eius, qui in testamento heres instituitur, siue propter  
causam, in quam aliquid relinquitur, ipsis testamen-  
tis à iure communi concessa sunt. Respectu formæ  
dicimus, quod aliud est testamentum in scriptis, aliud  
est testamentum nuncupatiuum, de quibus infra q. 4.  
Respectu priuilegiorum habes, quod aliud est testa-  
mentum conditum ad pias causas, aliud conditum ad  
profanas, de quibus infra q. 6. & 7. Aliud est testamen-  
tum conditum inter liberos, aliud conditum inter  
extraneos, de quibus infra q. 8. & seq. Aliud est testa-  
mentum militis, aliud testamentum pagani, de qui-  
bus infra q. 15. Aliud est testamentum cæci, aliud non  
cæci, de quo dixi infra quest. 17. Solemus etiam dicere,  
quod aliud est testamentum validum, siue solemnne;  
aliud inualidū, siue minus solemnne; de quibus multa  
dicemus in discursu materiæ, & maxime q. 89. & seq.

QVÆSTIO IV.  
SVMMARIA.

- 1 Quid differat Testamentum nuncupatiuum à testamen-  
to in scriptis?
- 2 Et an testamentum conditum ab eo qui volebat testari in  
scriptis, non seruatis solemnitatibus requisitis, valeat  
vt nuncupatiuum?
- 3 Et an testamentum factum per relationem ad aliquam  
schedulam testibus non lectam, valeat?
- 4 Et quid si Notarius per errorem apposuerit clausulam,  
quod non valeat nisi iure codicilli, an sustinebitur in  
vim testamenti?

**D**ixi, quod aliud est testamentum conditum in  
scriptis, aliud nuncupatiuum. Scire debes, quod  
testamentum in scriptis est, in quo interueniunt so-  
lemnitates requisitæ in l. hac consultissima. in princ. C. de  
testament. Nuncupatiuum † autem est illud, quod cõ-  
ficitur per nuncupationem sine scriptis, iuxta for-  
mam, de qua in l. hac consultissima. §. per nuncupationem.  
& intellige, quod omne testamentum, in quo non  
sunt seruata solemnitates positæ in d. l. hac consultissi-  
ma. in princ. dicitur nuncupatiuum, etiam si sit in scri-  
pturam a redactum: prout quotidie fieri videmus  
per Notarios, qui testamenta, de quibus sunt rogati,  
in publica instrumenti forma conficiunt. Nam ni-  
hilominus dicuntur nuncupatiua & sine scriptis, ex  
quo eo casu scriptura non interuenit pro forma, sed  
solummodo ad faciliorem probationem. Posset en-  
nim etiam sine scriptura confici, & per testes solos  
probari, vt dixi infra lib. 6.

2 Sed quæro: Pone, quod aliquis ꝑ velit testari in scriptis, & testetur, sed non sint in confectiōe ipsius testamenti seruatae aliqua ex solennitatibus requisitis ad testandum in scriptis iuxta dispositionem d. l. hac consultiſſima. in pr. puta, quia omnes testes nō subscripserunt, vel eorum sigilla non apposuerūt. Nunquid tale testamentum\* valebit saltem iure testamēti nuncupatiui? Respond. quod sic. Ita tenet Bart. in l. ff. de iure codicill. prout illum refert Gozad. conf. 3. nu. 11. quid dicit, quod ita est communis opin. scribentium. Sed certe iudicio meo Gozad. fallitur in allegato conf. neque Bart. aut Dd. per eum allegati hoc dicunt, propterea tenenda est opin. Bart. in d. l. ff. in fin. distinguētis post Dy. ibi, quod scilicet cet aut constat, quod testator voluit testari in scriptis, & si deficiant solennitates requisitæ, non sustinetur testamentum; neq; etiā iure testamenti nuncupatiui. Aut non constat, & tunc licet cōperit testari, vt in scriptis, valet nihilominus vt nuncupatiuum. Sumenda est enim semper illa interpretatio, per quam actus sustinetur; nisi voluntas testatoris deficiat. Et ita sentiunt fere omnes Dd. in hac materia loquentes.

3 Sed pone: Aliquis scripsit ꝑ manu sua, vel etiā scribi fecit ab alio suam vltimam voluntatem: deinde coram septem testibus dixit illud esse suū testamentum, & quod ita disponebat de bonis suis, vt legebatur in ipsa scriptura, quæ tamen testibus lecta nō fuit. Quæro, nunquid tale testamentū b valeat? Respi. si ageretur de legato, aut alio relicto particulari, res non haberet magnam difficultatem, quia satis esset, quod appareret de voluntate disponentis relata ad illam scripturam, iuxta vulgatam doctrinam Bart. in l. sita scripsero. nu. 1. ff. de cond. & demonstr. de qua dixi supra §. legatiū. Sed maior est difficultas in institutione heredis vniuersalis. Quia nō videtur posse valere vt testamentum in scriptis, ex quo non sunt seruatae solennitates subscriptionum, & sigillorū. Non videtur etiā posse valere vt nuncupatiuum, ex quo testator voluntatem suā testibus non manifestauit, prout requiritur in d. §. per nuncupationem. Contraria tamen opinio\*\* tenenda est, quod scilicet valeat in vim testamenti nuncupatiui. Satis enim videtur testator suā voluntatem testibus manifestasse, saltem implicite, per relationem ad illam schedulam, siue scripturam. Ita tenet Alexand. conf. 177. nu. 8. lib. 2. Et hanc esse magis communem opin. attestatur Bello. conf. 85. nu. 11. & dixi infra, quæst. 36. versic. sed quid si testator. Consulo d tamen, quod testator faciat, per Notarium a tergo ipsius schedulæ, vel scripturæ clausæ apponi tempus; & nomina testium, & rogatum, ne postea contingat dubitari circa identitatem scripturæ. Et ita obseruauit Ill. d. Vicecomes Senator, cuius testamentū in hac forma confectum, fuit superioribus mensibus apertum in Senatu.

4 Non omitam hoc loco ꝑ vnā quæstionem, quæ proximis annis contigit in quodam oppido huius Domini. Quidā testator vocato Notario & septem testibus, in modum condendi testamenti solennis, fecit legata, instituit heredem vniuersalem, eum ore proprio nominando, &c. deinde Notarius imperitus forte volens apponere clausulam codicillarem, scripsit in hæc verba: Quod quidem testamentum, & vltimam voluntatem præfatus testator voluit, & vult valere iure codicillorum, vel donationis causa mortis, & non aliter, nec alio modo. Fuit diu disputatum, an tale testamentū posset sustineri in vim testamēti.

Et hinc inde fuerunt producta multa Consilia illustrium virorum: quia ille testator licet esset rusticus, erat tamen diues & pecuniosus. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de instru. edit. §. compendiose. sub nu. 17. in verbo, codicillum. refert Pyl. disputasse similem quæstionem, vt ibi per eum. & tenet, quod valeat iure codicillorum tantum, nō autem iure testamenti. Idem tenuit Paul. de Castr. in l. nemo potest. nu. 4. ff. de leg. 1. & dicit Claud. in ead. l. nemo potest. nu. 10. quod ita communiter concluditur. Ergo in dicta causa consului contra communem opinionem, quod imo deberet valere iure testamenti, attento quod apparebat illa verba fuisse apposta ex errore & imperitia Notarii: & in terminis allegabam multas decisiones Dd. sed omnia parum profuerunt, nam deinde intellexi, quod heres ab intestato obtinuerat declarari, quod non valeret nisi iure codicillorum: & male, iudicio meo.

## ADDITIONES.

a Redactum.) Quando duæ scripturæ testamenti reperiuntur, vna publica & authentica, altera vero priuata, & protocolum eorum reperitur, cui sit standum? vide per Cæphal. conf. 238.

a Nunquid tale testamentum valeat.) Quod valeat de generali consuetudine, dixi in (ing. meis sing. 280 vt ibi.

c In institutione.) Quid si testator dixit, instituo illum, cuius nomen est descriptum in quadam mea schedula, quam deposui penes Guardianum obseruantiæ beati Francisci, an valeat? quod sic: vi. per Ang. de Arer. in §. 1. nu. 6. Instit. de testam. vbi Additio. And. Gai. post alios dixit, quod si testator grauaerit heredem dare, illud quod continetur in dicta schedula, quam reliquit penes Guardianum, si recognoscatur, saltem per comparationem heres cogitur adimplere legata virtute testamenti, secundum d. schedulam, & tenuit Rim. iun. in conf. 449. nu. 24. Et quid quo ad institutionem, per eundem conf. 379 nu. 49.

d Consulo tamen.) Et de testamento, in quo descripti sine septem testes, quando constat per publicum instrumentum, quod tale testamentum legitime probatur, communem, vi. per Socia. in conf. 229. colum. 3. & vi. per Boer. decis. 14. in 2. dub. nu. 16. qui sub num. 20. dat cautelam. Et de hoc dixi etiam in collect. meâ commun. opin. in verb. testamentum. num. 14.

\* Vide de hac quæstione Thom. Gramm. decis. 62. nu. 24. & 25. Afflic. dec. 143. Soc. conf. 175. volum. 2. Cæphal. conf. 99. nu. 16. vol. 1. Tal. in l. hac consultiſſima §. per nuncupationem, C. de testam. \*\* Et hanc sequitur tum quoad legata, tum quoad heredis institutiones, Socin. in l. si ita. ff. de cond. & demonstr. Rub. conf. 14. Couar. e. cum tibi, de testam. nu. 5. vide tamen triū casuum in hac quæstione distinctionem apud Rimin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 77. ff. de lib. & posth. & longe verberius Gabr. de testam. concl. 11. vide Mich. Grass. vol. 3. commun. opin. lib. 2. c. 4 q. 12. & 13.

## QVÆSTIO V.

## S V M M A R I A.

- 1 Ad pias causas vnusquisque testari potest.
- 2 Et quid si alias sit inhabilis ad testandum?
- 3 Et quid in pupillo?
- 4 Et quid in prodigo?
- 5 Et quid in furioso?
- 6 Et quid in damnato ad mortem?
- 7 Et quid in filiofam.
- 8 Et quid si velit testari de bonis aduentitiis, in quibus requiritur patri vsufructus?
- 9 Et quid si relinquat aliqua legata aliis personis?

Dicebam etiam aliud esse testamentum conditum ad pias causas, aliud conditum ad causas profanas. Scire debes, quod ante l. i. C. de sacrosan. eccl. non licebat priuatis aliquid relinquere Collegiis aut locis piis. Fuit postea condita illa lex, per quam concessa fuit ꝑ vnicuiq; facultas relinquendi huius-

**a** modi locis a piis ad sui libitum. Et ita communiter intelligitur dispositio illius legis.

Sed quia illa lex loquitur per verbum, V N V S Q V I S Q V E, fuit dubitatum, nunquid etiam illi, qui

**2** alias t̄ erant inhabiles ad testandū, censerentur habilitati, vt possent testari ad pias causas? & aliqui dicebant, quod sic, vt illa lex aliquid operaretur. Sed retento, quod ante illam legem nō liceret relinquere locis piis, satis videtur operari dispositio illius legis, etiam in his qui erant habiles: & ideo tenendum est, quod inhabiles ad testandum nō censentur per illam legem habilitati ad testandum ad pias causas, sed solummodo concessa facultas habilibus, vt possent relinquere Collegiis, & locis piis. Et ita tenuit gl. in d. l. i. in verbo, Habeat. & est communis opin. vt dicit Ial. ibi nu. 12. & seq. in lect. Papien.

**3** Hinc inferitur, quod t̄ pupillus, qui de iure cōmuni testari non potest, etiam si pubertati proximus sit, neq; etiam ad pias causas testari poterit. Ita tenet Bar. in d. l. i. nu. 18. C. de sacros. eccles. & ita tenent communiter Doctores omnes, vt dicit Bessé. in repet. d. l. i. n. 92. & seq. ita etiā communiter teneri attestatur Abb. in Rub. de testam. num. 9. in fin. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alex. conf. 182. post nu. 2. lib. 5. Barba. conf. 58. lib. 1. Gul. de Bened. in 1. parte repet. c. Rayn. fol. 221. post nu. 68. vers. Sed aduertatis. Baucrius in §. praterea. nu. 1. & seq. Instit. qui testam. fac. poss. Deficit enim in pupillo voluntas & intellectus, cuius defectus fauore piæ causæ nunquam suppletur.

**4** Secundo inferitur, quod neque t̄ etiam prodigus, qui pariter de iure communi est inhabilis ad testandum, vt dixi infra quest. 33. non poterit ad pias causas testari, ita tenet Bald. in d. l. i. nu. 17. C. de sacros. eccles. & hanc opin. firmant communiter Dd. vt dicit Alex. in d. conf. 182. post nu. 6. versicul. Sexto probatur. Hanc etiam conclusionem, quod prodigo bonis interdicto, etiā ad pias causas non concedatur testamenti factio, dicit esse communem Legistarum Bessé. in repet. d. l. i. n. 100. Regulariter enim prodigus, cui est interdicta bonorum administratio, æquiparatur pupillo.

**5** Sed an furiosus t̄ poterit testari ad pias causas? Respon. quod non. Ita tenet Bar. in d. l. i. nu. 16. C. de sacros. eccles. & est communis opin. vt dicit Gratus conf. 30. nu. 33. lib. 2. Subest enim in furioso idem defectus intellectus, ac voluntatis, qui in pupillo, quem defectum, vt dixi, lex fauore piæ causæ non supplet.

**6** Quæro, quid in damnato t̄ ad mortem, an possit testari ad pias causas? Respon. quod non. Ita tenet Bar. in repet. d. l. i. nu. 6. C. de sacros. eccles. & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. in Rub. de testam. post nu. 11. versicul. De damnato. Hanc etiam dicit esse communem b opin. Alexan. in alleg. conf. 182. post nu. 5. Est enim per sententiam condemnationis effectus seruus pœnæ, & sic amittit libertatem, & bona. Quod tamen intellige, vt dixi infra, q. 21.

**7** Sed t̄ nūquid c̄ filius familias, qui & ipse alias est inhabilis ad testandum, vt dixi in q. 18. poterit testamentum condere ad pias causas? Respon. in hoc articulo variæ fuerunt opin. Doctorum, de quibus per Scribentes in l. senium. C. de testam. Ceterum omissis disputationibus, magis communis opin. est, quod possit testari ad pias causas, vt dicit Alex. in l. i. §. hoc autē. nu. 4. ff. ad Trebel. intellige modo interueniat consensus patris, Et ita loquitur tex. qui est fundamentū huius conclusionis, in c. licet. §. fin. cum gl. in versicul. indicare, de sepult. in 6. Et hanc esse magis communem opin.

attestatur Rom. in repet. Authen. similiter. C. ad l. Falcid. Ang. in §. 1. nu. 7. Inst. quib. non sit permis. fac. testam. quem refert Gul. de Bened. in 1. parte repet. c. Rayn. fol. 39. nu. 20. Apostil. ad Bart. in l. qui in potestate. sub nu. 2. ff. de testam. Franc. in cap. 1. nu. 36. de testam. in 6. lal. in d. l. i. in lect. Pad. nu. 23. C. de sacros. eccles. & in d. l. senium. nu. 5. & in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. post nu. 10. versicul. Secundo pro ista. C. de test. Dec. in d. l. senium. nu. 21. & seq. Ruin. conf. 62. nu. 11. in fin. lib. 2. Curt. iun. in d. §. ex imperfecto. na. 20. C. de testam. Paris in cap. in presentia. nu. 20. de probat. Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 1. caut. 1. nu. 1. in fin. Et licet in puncto iuris multa dici possent: tamen in practica non est ab hac opinione recedendum.

*inhabilis ad testandum*) Fallit si in testamento sit apposita clausula codicillaris, vel vt valeat tanquam donatio causa mortis, cuiusq; vltimæ voluntatis: tunc enim testamentum sustinebitur in vim donationis causa mortis: vt per Ial. & Curt. iun. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test.

Quæ quidem opin. indistincte procedit, siue huiusmodi filius. velit ad pias causas testari de t̄ bonis aduentitiis, in quibus patri non quaeritur vsusfructus; siue etiam de illis, in quibus patri vsusfructus acquiritur. Et ita hanc esse magis communem sententiam attestatur Bauer. Instit. qui testam. fac. poss. nu. 3. & in §. sciendum n. 6. Instit. de testam. milit.

Vnum tamen nota t̄ in hoc proposito, quod si filiusfam. in huiusmodi testamento, condico ad pias causas, faciat aliqua legata aliis personis, talia legata nihil valent, non tamen accrescunt ipsi piæ causæ, sed vadunt ad venientes ab intestato. Ita dixit Bald. in d. l. senium. in fin. & in hoc nemo discordat, vt dicit Ial. in d. §. ex imperfecto. post nu. 10. versic. Secundo pro ista. Gul. de Bened. in 1. par. repet. c. Rayn. fol. 154. post num. 69. Quod pondera contra ea, quæ dixi infra q. seq. vers. sed quarto.

#### ADDITIONES

**a** *Locis piis*) Sed pone, quædam testatrix legauit cuiusdam affini suæ, An tale legatum dicatur pium? Vide per Cæph. in conf. 216. vbi etiam multa ponit, quando aliquid dicatur relinqui ad pias causas, & quæ concurrere debeant ad hoc vt illud legatum dicatur pium, ibi colligere potes: hic non transfero.

**b** *Commun. opin. Alex.*) Fallitur Auctor hic, quoniam Alex. non attestatur hoc, sed solum refert argumentum, quo Bal. vtiur, est tamen vera, & communis opin. illa.

**c** *Filius familias.*) Sed an filius familias possit testari de dote profectitia stipulata reddi patri, vel filiæ? Quod non, vide per Cæphal. eius conf. 256. vbi plene consultus responderet atque contraria diluit.

#### QUESTIO VI.

##### S V M M A R I A.

- 1 Solemnitates iuris ciuili an sint sublata in testamentis ad pias causas?
- 2 Et an sufficiant duo testes?
- 3 Et an requiratur, quod testes sint rogati?
- 4 Et an mulier possit esse testis in testamento?
- 5 Et an valeat dispositio captatoria ad pias causas?
- 6 Et quid si testator simpliciter dicat, committo dispositioni Titii omnia bona mea?
- 7 Et an testamentū metu conditum ad pias causas valeat?
- 8 Et an in testamento ad pias causas requiratur, quod filius aliquid relinquatur titulo institutionis?
- 9 Et an huiusmodi testamenta sustineantur etiam quoad legata laicis facta?

**F**VIT etiam t̄ dubitatum, ex quo text. in d. l. i. C. de sacrosanct. eccles. concedit, quod libere possit rehn-

relinqui Collegiis, & locis piis, Nunquid per dispositionem illius legis censeantur in testamentis ad pias causas sublatae omnes solemnitates iuris civilis? Respond. quod non. Ita tenet gloss. in d. l. i. in verbo, *casti*. & est communis opin. vt dicit Ias. in e. leg. i. in l. e. n. Padua. nu. 22. Besset. in repet. d. l. i. nu. 33. Hanc etiam opin. gloss. dicit communiter teneri Bart. in lect. d. l. i. in vltimis verbis. licet ipse postea in repet. teneat contrarium. Non enim est verisimile, quod Imper. vni- co verbo incidenter dicto voluerit tollere omnes so- lemnitates à iure introductas. Est autem in se vera il- la conclusio, quod in testamentis ad pias causas non requiruntur solemnitates iuris positivi, sed sufficit solemnitas iuris gentium: & ita dicunt communiter Doctores, vt ait Cornel. conf. 307. in litera B. lib. 3. Ita e- nim statutum est per sacros canones in c. cum esset. & c. relatum. el. i. de testament. quorum dispositio seruan- da est, non solum in terris Ecclesiae, sed etiam in foro Caesaris, vt dixi infra *quest. 57. versic. quæ quidem.*

2 Hinc inferitur, quod licet regulariter de iure cõ- muni requiratur in testamento numerus septem tes- tium, vt dixi infra *quest. 56.* tamen in relictis ad pias causas sufficiant duo a testes. Ita dicit Bart. in d. l. i. nu. 75. C. de sacros. eccles. & est communis opinio, vt testatur Alexand. in l. si certis annis, post num. 5. versicul. & tale relictum. C. de pactis. & conf. 131. nu. 2. lib. 7. quæ quidem est seruanda tam in foro seculari, quam in foro ecclesiastico, prout etiam communiter obser- uatur, teste Ioan. Anq. in d. c. cum omnes, quem refert Imola, ibi, num. 12. in fin.

3 Secundo inferitur, quod licet regulariter testes, in testamento adhibiti, debeant esse rogati, vt dixi infra, *quest. 58.* tamen in testamentis ad pias causas nõ requiruntur, quod testes\*\* sint rogati. Ita dicit Bart. in d. l. i. nu. 76. & est communis opinio, vt dicit Rom. in repet. Authent. similiter. C. ad l. Falcid. Alexand. in d. conf. 131. num. 2. lib. 7. Cornel. conf. 149. in litera B. lib. 2. & conf. 215. in litera R. eod. volum. vbi dicit, quod plu- res Doctores, & maioris auctoritatis, tenent hanc partem, & conf. 307. in litera V. lib. 3. & conf. 259. in lite- ra E. lib. 4. & in Authent. quod sine, num. 8. C. de testament. Socin. in reg. 240. in verbo, Testes, quem refert Boer. de- cis. 34. num. 5. licet reuera ille liber Regularum falso tribuatur Socin. vt ex ipsius ore habuisse testatur Socin. iun. eius nepos, conf. 24. post num. 4. lib. 3. Gul. de Bened. in 1. parte repet. cap. Raynutius fol. 154. nu. 58. Ba- uer. in §. sed hæc quidem, num. 34. Institut. de testament. & dicit Besset. in repet. d. l. i. quod hæc est communis sententia Legistarum, & Canon. licet hæc opin. de stricto iure non transeat sine difficultate, tamen ex quo communiter ita obseruatur, teste Abb. in d. c. re- latum. el. i. post num. 3. de test. om. non esset ab ea consu- lendo, aut iudicando recedendum.

4 Tertio inferitur, quod licet regulariter mulier nõ possit esse testis in testamento, vt dixi infra *quest. 55. versicul. scias tamen.* nihilominus in testamento ad pias causas mulier potest adhiberi in testem. Ita dicit Bald. in lectura l. i. num. 9. C. de sacros. eccles. & hæc opin. communiter tenetur, vt ait Gul. de Bened. in d. c. Ray- nutius. in 1. parte, fol. 154. nu. 65. Quam etiam dicit esse communem Roman. in repet. dict. Authent. similiter. in 16. speciali pia causa, circa vltimas voluntates: quem re- fert Alexand. conf. 102. num. 6. lib. 7. Croctus in tractat. de testib. num. 8. Bauer. in §. testes. nu. 11. & sequent. Instit. de testament. Bello. conf. 13. post nu. 8.

5 Quarto inferitur, quod licet vltima ÷ voluntas

captatoria, scilicet quæ pendet ex alieno arbitrio, vel in alterius arbitrium confertur, regulariter non va- leat, vt dixi supra §. legatum, nihilominus in relictis ad pias causas valet dispositio testatoris captatoria. Ita dicit Bart. in repet. d. l. i. nu. 64. & est communis opin. vt dicit Abbas conf. 32. nu. 3. lib. 2. Alexand. conf. 14. nu. 7. lib. 1. quod consilium est fere per eadem verba editum sub nomine Socini, inter consilia ipsius Socin. in 1. vo- lum. conf. 53. Hanc etiam dicunt esse communem o- pinionem Scribentes in l. captatorias. C. de testament. milit. & in specie Dec. nu. 18. & 20. & Iason nu. 12. quem refert Paris. conf. 83. nu. 29. lib. 2. & conf. 45. nu. 13. lib. 3. & conf. 89. nu. 44. eod. volum. Idem dicit Iason conf. 110. nu. 3. lib. 1. Guliel. de Benedict. in 1. parte repet. d. c. Raynutius, fol. 139. post num. 8. versicul. tertio scilicet. Cum enim hæc sit simplex prohibitio iuris civilis, ne scilicet vltimæ vo- luntates in alienum arbitrium conferantur, non im- pedit, quo minus ea non obstante, valeant relictæ ad pias causas. Et hæc est magis communis opin. Canon. vt dicit Socin. conf. 49. nu. 10. lib. 4.

6 Quinimo, fortius etiam si non appareat expres- se testatorem voluisse testari ad pias causas, sed sim- pliciter testator dicat, committo dispositioni Titii omnia bona mea, licet videatur dicendum, quod tale testamentum tanquam captatorium non deberet sustineri, tamen fauore piæ causæ valet, perinde ac si testatus fuisset expresse ad pias causas. Est casus mira- bilis in c. cum tibi. de testam. secundum lectionem In- noc. quæ communiter tenetur per Legistas, & Ca- non. vt dicit Abbas ibi, num. 4. quem refert Cornel. conf. 156. in litera D. lib. 2. & conf. 302. in litera C. lib. 4. Et per huiusmodi verba censetur institutus heres ille, in cuius dispositione ipsa vltima voluntas committitur, & intelligitur grauatus, vt ipsa bona distribuat ad pias causas, secundum Innoc. in eod. cap. cum tibi. qui in hoc communiter tenetur, vt pariter dicit Imola, ibi, post nu. 16. versicul. sed alii.

7 Quinto inferitur, quod licet ÷ testamentum nutu b conditum, regulariter non valeat, nihilominus fa- uore piæ causæ valet testamentum nutu conditum. Ita dicit gloss. in d. c. cum tibi, in gloss. magna, & ita com- muniten tenetur, vt dicit Corn. in l. iubemus, num. 26. C. de testament. Hanc etiam esse communem opin. at- testatur Alexand. in d. l. iubemus. nu. 3. Aretin. in l. eod. qui, in fin. ff. de testam. Bauer. Institut. de testam. in prin. n. 76. & seq. Riminal. in d. l. iubemus. col. 1. vers. Item an habeat.

8 Sexto inferitur, quod licet de iure ÷ communi re- quiratur, quod legitima relinquatur filiis iure, & ti- tulo institutionis; alias testamentum est nullum, vt dixi infra *quest. 38.* tamen in testamento condito ad pias causas non requiritur, quod aliquid relinquatur titulo institutionis. Ita dixit Bart. in d. l. i. nu. 62. C. de sacros. eccles. cuius opin. est per Doctores communiter approbata, vt dicit Alexan. in l. inter cetera. in princip. nu. 4. ff. de lib. & posth. quem refert Iason conf. 194. col. fin. 9 lib. 2. ita etiam communiter teneri attestatur Mathes. d quem refert Natta in d. §. ex impe. facto, post nu. 114. ver- sicul. Secundo adducit. Hoc enim, quod aliquid relin- quatur filio titulo institutionis, est mera solemnitas à iure ciuili introducta, quæ secundum conclusio- nem superius factam, in testamentis ad pias causas non attenditur.

Sed quæro; Tu vides, quod testamentum minus solemne, in quo sit instituta pia causa, valet fauore piæ causæ, nunquid sustinetur huiusmodi testamen- tum, non solum quod ad institutionem factam de

ipla pia causa, sed etiam quo ad legata ad non pias causas, laicis in eodem testamento relicta? Respon. quod sic. Ita dixit Saly. in *Authentic. cassu. nu. 7. C. de sacros. eccl.* & hanc conclusionem dicit esse communiter approbatam Crot. in *repet. l. re coniuncti. nu. 160. ff. de leg. 3.* Hanc etiam esse communem opin. dicit Gulli. de Bened. in *1. part. repet. d. c. Raynut. fol. 152. nu. 69.* & dicit Iason in *l. hac consultissima. §. ex imperfecto. num. 10. C. de test.* quod ab ista sententia non inuenit aliquem discrepare, quem refert Curt. iun. in *eodem §. ex imperfecto. nu. 18. & seq.* Ex quo enim conualidatur institutio, quæ est caput ipsius testamenti, consequenter & ceteræ partes testamenti sustinentur, postquam non reperitur contrarium à iure decisum. Contra hoc tamen facere videntur ea, quæ dixi supra *quest. 5. versicul. Vnum tamen.* sed ibi defectus erat in potestate testantis, cui lex non permittit testari, nisi ad pias causas: hic vero est defectus solemnitatis. Quicquid sit, hæc conclusio mihi nunquam placuit, quia de facili esset parata via fraudi, & falsitati, vt considerat Curt. in *loco præallegato.*

#### ADDITIONES.

a *Duo testes.*) Adde idem quando haud est dispositum, etiam ad non pias causas, modo coram presbytero parochiali, & duobus testibus, quia tunc valebit testamentum etiam ad non pias causas, commune dixi in *collect. meâ comm. opin. in verb. testamentum. nu. 47.* vbi etiam idem de testamento facto coram iudice ac duobus testibus. Et quid de iure canonico atque in terris ecclesiæ? Vide in sequen. *atque num. 35.* Idem dic de testamento facto inter liberos, in quo duo testes sufficiunt. Et de ista communi dixi supra *nu. 18.* Ad eius tamen reuocationem septem testes requiruntur secundum *Natt. conf. 442. nu. 5. & 7.* verum in contrarium est communis opin. dixi vbi sup. *nu. 53.*

b *Nutu conditum.*) Quid de testam. condito ab eo, qui intelligibiliter negando respondet non, & affirmando respon. sic: an valeat? quod sic, ex quo articulare atque intelligibiliter loquitur. dixi in *collect. meâ comm. opin. in verb. testamentum, num. 23.* Et idem de testamento, in quo heres instituitur, ad Notarii interrogationem: vide *sub num. seq.*

\* Adde Bald. Io. Fab. Salic. Ful. Castren. & Aret. in *l. de sacros. eccl.* Hoc etiam de iure civili verum esse, Alex. *conf. 105. lib. 4. Corn. conf. 77. & conf. 161. lib. pen. asseruerunt.*

\*\* *Testes sine rogati.*) Hæc communis videtur contra *relatum, i. de testamen.* in illis verb. duobus legitimis testibus requisitis, id est, rogatis, per quem text. ita tenuit Lap. *alleg. 30. Castren. conf. 101. lib. 2. Lud. Bologn. in add. ad conf. 82. Annan. sed recte Corn. conf. 278. lib. 7. & Bened. in rep. cap. Raynutius. ver. testamentum. nu. 61. vers. secundo responderetur,* animaduertentes, hæc verba ad iudicem referenda, qui duos testes requirere & examinare debet.

#### QVÆSTIO VII.

##### S V M M A R I A.

- 1 *Testamentum imperfectum ad pias causas, an semper sustineatur?*
- 2 *Et quid si reperiatur schedula scripta vel subscripta manu ipsius testatoris?*
- 3 *Et quid si scripta schedula Notarioq, vocato testator decesserit priusquam Notarius scriberet?*
- 4 *Et quid si testator capto testamento, sed nondum completo decesserit?*

1 **D**IXI in præcedenti quæst. quod testamentum imperfectum favore piæ causæ sustinetur, Quæro, an hæc conclusio generaliter procedat, ex quacunque causa testamentum dici possit imperfectum? Resp. quod non, sed distinguendi sunt aliqui casus.

2 Aliquando enim reperitur † schedula scripta, vel subscripta manu propria ipsius testatoris, continens eius ultimam voluntatem, disponendo de bonis suis in fauorem piæ causæ, & hoc casu tenendum est, quod

talis schedula non sustinetur in vim testamenti, neque alterius ultimæ voluntatis propter fauorem ipsius piæ causæ, ex quo nullam habet formam, propter quam illi debeat fides adhiberi. Nec quidquam facit, quod si inter liberos reperiat talis schedula à testatore confecta, seruanda est, tanquam testamentum, vt cauetur ex dispositione *Auth. quod sine. C. de testam.* de qua dixi in *fra quæst. 14.* quia dispositio illius *Auth.* non habet locum nisi in causa sua, scil. inter liberos, non autem ad pias causas. Et licet in hoc variæ fuerint opin. Doctorum, tamen ista est magis communis, quod scil. non extendatur ad fauorem piæ causæ, & illam dicit magis communiter approbari Socin. iun. *conf. 189. nu. 73. lib. 2.* vbi enumerata auctoritates. Maior enim procul dubio subest ratio in fauorem liberorum, qui omnino sunt ab intestato successuri, quam piæ causæ. Bene verum est, quod quidquid sit in foro fori: tamen in foro poli longe tutior esset contraria opinio, quando huiusmodi schedula esset taliter confecta, quod apparet illam potius esse declarationem voluntatis, & dispositionem, quam preparationem ad disponendum. Et licet forte iudicando non audeat rem recedere à communi opinione: tamē si casus contingeret, non cōsulerem amico, neq; mihi ipsi, posse salua cōscientia res, in tali schedula ecclesiæ relictas, ab herede retineri.

Aliquādo vero testator † scripsit in sihedula integre voluntatē suam, quo scil. modo de bonis suis disponebat, vel illam scribi fecit per Notariū, vel aliam personam: sed illa schedula, seu scriptura non fuit coram testibus lecta, nec ab aliquo Notario publicata. Et hoc casu Doctores tenent, quod tale testamentū valeat ad pias causas, & inter liberos: quia cum non deficiat nisi publicatio, quæ est solemnitas introducta à iure positiuo, non obstante huiusmodi defectu, debet fauore piæ causæ testamentū sustineri. Et fuit originalis opinio Dyni, in *l. Lucius. ff. de testam. milit.* & dicit Dec. *conf. 150. post nu. 3.* quod ita tenent omnes. Hanc etiam opin. dicit esse communem Aret. in *l. si quis qui. col. fin. versic. In primo casu. ff. de testa.* quem refert Boer. *decis. 93. post nu. 10. & dec. 240. n. 5.* Cum qua etiā ego transeo, dummodo duō concurrant. Primum, qd testator hanc suā voluntatem duobus saltem testibus explicauerit, saltem per relationem ad ipsam schedulam, puta, dicendo, ego dispono de bonis meis, vt in hac schedula, alias si reperiretur sola schedula, effemus in casu præcedenti, in quo tenui ipsam schedulam solā non valere in vim testamenti. Secundum autem requisitum est, quod testator non exprimat se velle de conuentis in schedula confici scripturam per Notarium: tunc enim potius esset preparatio dispositionis, quam dispositio, vt dixi in casu statim sequenti, & ideo non valeret in vim testamenti.

Aliquando & tertio testator fecit vocari duos testes, & ibidem fecit scribi per alium Clericum, quod instituebat piam causam heredem in bonis suis; & postea dixit testibus, quod volebat dictam ordinationem scribi facere per Notariū, & iussit etiā Notarium vocari: sed priusquā illam faceret scribi per Notarium, testator decessit. & hoc casu Oldra. *conf. 119.* consuluit, quod talis schedula vna cum depositione illorum duorum testium, non valet fauore piæ causæ in vim testamenti: & hanc opin. dicit esse communem Iaf. *conf. 155. col. 2. ver. Sed per aduocat. lib. 4.* quem refert Episcopus Loarez in suis allegationibus pro Marchione Velez, *fol. 431. post num. 15. versicul. Nec præsertim.* Non enim videtur testator de bonis suis dis-

posuisse, sed tantummodo præparasse id, quod dis-  
ponere volebat: cum ergo deficiat non solemnitas,  
sed dispositio, non potest sustineri in vim vltimæ vo-  
luntatis.

4 Aliquando, & quarto, testator ꝑncepit facere te-  
stamentū, & instituit piā causā heredem, vel ali-  
quid reliquit ad piās causas: deinde fecit transitum ad  
alia legata: & priusquā posset ipsum testamen-  
tū complere, decessit. & hoc casū Bart. in l. in testamento. ff. de  
fideicom. lib. videtur tenere, quod satis dicatur perfecta  
voluntas respectu illius institutionis, vel relictī, licet  
totum testamentū perfici non potuerit: & ideo quod  
favore piæ causæ sustineatur. Et hanc opin. dicit esse  
communem Dec. in alleg. conf. 159. post n. 3. versic. Quar-  
to & vltimo. Sed tamen credo, quod Bart. in hoc male  
dixerit, & quod Dec. fallatur, quia imo communis  
opinio est, quod quocumque testator decessit,  
priusquā integre voluntatem suam explicauerit, tale  
testamentum non dicitur deficere ratione solemnita-  
tis, sed ratione voluntatis, & ideo non valet, neque  
etiam favore piæ causæ. Et ita hanc esse communem  
opin. attestatur Aret. in d. l. si is qui col. fin. versic. Secun-  
do casu, quem refert Boer. in d. decis. 93. post nu. 10. & de-  
cis. 240. nu. 5. quod omnes concludunt hanc esse com-  
munem opinionem; quod tale testamentum, etiam  
quo ad disposita, non valeat, etiam inter liberos vel  
ad piās causas. Nam (vt quoridie experientia docet)  
videmus, quod testatores in ipso actu conficiendi te-  
stamenti mutant, addunt, retocant multa per eos-  
iam disposita: Merito non potest dici perfecta volun-  
tas, donec testator integre omnia explicauerit. Et  
nota in practica distinctionem inter hos casus, quia  
multi confundunt proprios terminos quæstionum,  
& omnia inuoluunt. Vide etiam in hoc proposito ea  
quæ dixi infra q. 9.

Q V Æ S T I O VIII.

S V M M A R I A.

- 1 Testamentum inter liberos valet, etiam si in eo non ad-  
sint solemnitates à iure civili requisitæ.
- 2 Et an in eo sufficiant duo testes?
- 3 Et quid si testator sit cæcus?
- 4 Et an mulier possit in eo testis esse?
- 5 Et an requiratur, quod Notarius & testes sint rogati?
- 6 Et an tale testamentum, si vnus ex filiis in eo sit præteri-  
tus sustineatur?
- 7 Et quid si non sit ei relictum titulo institutionis?
- 8 Et an in testamento inter liberos subintelligatur clau-  
sula codicillaris?
- 9 Et an valeat testamentū inter liberos nuptu conditum?

IN TER alias diuisiones testamentorum dicebam,  
aliud esse testamentum conditum inter liberos, & ali-  
ud conditum inter extraneos. Habet enim testa-  
mentum conditū inter liberos hoc priuilegiū, quod  
etiam si sit imperfectū, id est, minus solemnne, nihilo-  
minus valet tanquam si esset ex omni parte perfectū  
& solemnne. Fac ergo conclusionem: quod testamen-  
tū ꝑnter liberos valet etiam si in eo nō interueniāt  
solemnitates à iure civili requisitæ; & de hoc est text.  
expressus in l. hac consultissima §. ex imperfecto. C. de tes-  
tam. qui est claus in hac materia, sed solummodo at-  
tenditur dispositio iuris gentiū: Ita dicit Bart. in d. §. ex  
imperfecto. in finalib. verbis: & ita tenent omnes, vt dicit  
Iason in Auth. nouissima, nu. 16. C. de inoffic. testam. & ra-  
tio est secundum communiter Scribentes, teste Cur-  
iū. in d. §. ex imperfecto, post nu. 3. & Natta nu. 107. quia,

cum causa testati foueat causam intestati, cessat ti-  
mor falsitatis, propter quem lex requirit maiore nu-  
merum testiū. Sed hæc ratio mihi non satisfacit: quia  
ea attentata, ita dicendum esset, quodocumq; heredes  
ab intestato essent instituti, quod tamen nō est in iu-  
re verum. Ideo iudicio meo tutius esset dicere, hoc  
fuisse introductū favore ipsorum liberorum, quibus  
etiam iure naturali debetur parentum hereditas, &  
dicit Natta in reper. d. §. ex imperfecto. nu. 30. quod ita  
dicunt communiter Doctores.

Hinc inferitur in primis, quod ꝑ licet regulariter in  
testamenti confectioe debeant interuenire septem  
testes, vt dixi infra quest. 56. tamen in testamento con-  
dito inter liberos sufficiunt duo b testes. Ita dicit glos. b  
vnica in Authent. quod sine. C. de testam. & est commu-  
nis opin. vt dicit Grat. conf. 90. nu. 3. lib. 2.

Sed quid in testamento ꝑ cæci condito inter libe-  
3 tos, nunquid sufficiunt duo testes, an autem requi-  
runtur octo iuxta formam traditam per l. hac consul-  
tissima. C. qui testam. face. possunt dixi infra quest. 17. ver-  
ficul. Sed quæro.

Secundo inferitur, quod ꝑ licet regulariter mulier  
4 non possit esse testis d in testamento, vt dixi infra d  
q. 46. versic. Scias tamen. nihilominus in testamento  
confecto inter liberos fœmina potest esse testis. Ita  
dicit glos. vnica d. Authent. quod sine. C. de testam. & ita  
tenent omnes Doctores, vt dicit Dec. in l. 2. num. 31. in  
fin. ff. de reg. iur. Hanc iuris etiam esse communem o-  
pin. dicit Grat. in d. conf. 90. nu. 3. Ripa de Peste, in pri-  
uil. vltimarum voluntatum, nu. 24. Natta in d. §. ex imper-  
fecto. nu. 166.

Tertio inferitur, quod ꝑ quamuis de iure commu-  
5 ni Notarius & testes, qui in testamento interueniūt,  
debeant esse rogati, vt dixi infra quest. 58. in princ. &  
versic. Quod vero. tamen in testamento condito inter  
liberos non requiritur, quod Notarius vel testes sint  
de ipso testamento rogati. Ita dicit glos. in fin. in verbo,  
Excepto testamento. C. de codicil. quam dicit esse com-  
muniter approbatam Dec. conf. 610. nu. 2. Sigismund.  
consil. feudali 8. nu. 16. Et ita communiter teneri attesta-  
tur Cornel. in d. Auth. quod sine. nu. 6. Hanc etiam opi-  
nionem dicit esse communem Iason conf. 68. circa prin-  
cip. lib. 2. Rubeus conf. 6. nu. 5. Natta in d. §. ex imperfecto.  
num. 159.

Sed quæro: Tu scis, quod ꝑ ad hoc, vt testamentū  
6 valeat, requiritur, quod filius in potestate sit institu-  
tus, vel exheredatus, alias autem si sit præteritus, tes-  
tamentum est nullum, vt dixi infra q. 42. nunquid  
hæc conclusio habebit locum, etiam in testamento cō-  
dito inter liberos, ita vt si forte vnus ex ipsis filiis in  
eō sit præteritus, testamentum corruat neq; sustineat-  
ur ex dispositione d. §. ex imperfecto? Respond. quod  
in tali testamento, in quo vnus ex liberis sit præteri-  
tus, non habet locum dispositio d. §. ex imperfecto. Ita  
tenet glos. in l. si filius, qui in potestate. in glos. fin. ff. de lib.  
& posth. quam sequuntur communiter Dd. vt dicit  
Dec. conf. 105. num. 5. in fin. Eandem glos. attestatur esse  
communiter approbatam Claud. in l. inter cetera. nu. 8.  
ff. de lib. & posth. Et hanc esse communem opin. dicit  
Alexand. conf. 126. post num. 3. versic. nec obstat. id quod  
habetur lib. 2. Natta in d. §. ex imperfecto. num. 17. Be-  
rous in cap. Ray. num. 3. & seq. Hic enim defectus præ-  
teritionis est potius circa substantiam, quam circa  
solemnitatē ipsius testamenti: merito non tollitur ex  
dispositione d. §. ex imperfecto. Præterea esset valde in-  
conueniens, vt dispositio d. §. ex imperfecto. quæ fuit

inducta in fauorem liberorum, retorqueretur in eorum odium, contra communes regulas. Vide quæ dixi infra. *vers. Sed pone.*

7 Sed pone: Testator in testamento inter liberos aliquid reliquit vni ex filiis suis non tamen titulo institutionis, prout de iure requiritur, vt dixi infra q. 38. Nunquid tale testamentum, non obstante huiusmodi defectu, sustinebitur? Respon. quod non: sed omnino etiam in testamento inter liberos debet omnibus filiis aliquid relinqui, iure institutionis. Ita volunt communiter Doctores, vt dicit Ruin. *conf. 1. num. 3. lib. 2.* Et hanc opin. communiter tenet attestatur Salic. in *Auth. nouissima. nu. 1. C. de inoffic. testa.* quem refert Alex. e *conf. 75. n. 17. lib. 3.* Eandem opin. dicit esse communem Alber. in *d. Auth. nouissima. circa princ. Mathes. sing. 106.* quem refert Io. Ciriet. *de primogenit. in 3. quest. 2. lib. nu. 14.* Bertran. *conf. 19. col. 1. lib. 3. in 2. parte, & conf. 130. nu. 2. eo. vol. Clau. in l. inter cetera. nu. 4. & seq. ff. de lib. & posth. Curt. iun. in d. §. ex imperfecto. num. 13.* Natta in *eod. §. ex imperfecto. nu. 112. & seq. Apostil. ad Alex. conf. 168. sub n. 6. lib. 5.* Ioan. Dilect. *de arte testan. tit. 3. caut. 1. nu. 8.* Emil. Ferret. in *l. filium quem habentem. nu. 25. & seq. C. famul. hercis.* Dicit etiam Guli. de Benedic. in *1. part. repet. c. Raynut. fol. 194. nu. 135.* quod hanc opin. veluti communem tenet vtraque schola Legistarum & Cano. Idem dicit Probus in *Apostil. ad Io. Mona. in c. si pater. nu. 17. de testa. in 6.* Hanc etiam esse communem opin. Legistarum & Canon. attestatur Ias. in *d. Auth. nouissima. num. 16. & seq.* licet ipse teneat contrarium, & dicat, quod si casus contingeret, ita consuleret & iudicaret. Tu vero in consulendo aut iudicando non recedas à communi opinione: quia lex quæ disposuit, testamentum inter liberos imperfectum valere, condita fuit in fauorem filiorum, vt superius dixi. Ideo vbiunque conditio filiorum efficitur deterior, non debet habere locum dispositio illius legis. Quod autem deterior sit eorum conditio, vbi non sint vocati titulo institutionis, patet ex his quæ dixi in *d. q. 38. vers. neque credas.* Faciunt quæ dixi supra *vers. Sed quæro.*

8 Vnum tamen scias in hoc proposito, quod in testamento inter liberos semper subintelligatur \* clausula codicillaris. Ita dixit gl. nota. in *l. coheredi. §. cum filia: in verbo, non valet. ff. de vulg. quæ est ab omnibus approbata, vt dicit Boer. dec. 240. post nu. 6. vers. & si non valeat.* Et hanc conclusionem dicit esse communem Ias. in *d. §. cum filia. circa fin.* quem refert Bellon. *conf. 83. nu. 4.* Quod nota, quia est maximi effectus, vt videbis infra in discursu materia.

9 Vltius quæro: Nunquid valeat testamentum inter liberos nutu conditum? Respon. quod non. Ita tenet Ange. in *l. discretis. C. qui testa. fac. poss.* vbi refert hanc q. fuisse de facto in Cardinali Perusino. Et hanc opinion. dicit esse magis communem Natta in *d. §. ex imperfecto. nu. 104.* Bauer. *Instit. de testa. in princip. num. 93.* Et sic vides, quod non valet absolute argumentum de testamento ad pias causas ad testamentum inter liberos. Nam testamentum ad pias causas nutu conditum valet, vt dixi supra *q. 6. vers. 5. infertur.* Secus autem in testamento condito inter liberos, vt hic.

#### ADDITIONES.

a *Ex imperfecto.* Istius §. dispositio non habet locum in testamento imperfecto ratione præteritionis: vt per Dec. in *conf. 105. col. si. qui ibid. concord. citat.* Verum habet locum quando filii sunt omnes æqualiter instituti: at secus, si essent inæqualiter instituti, quia tunc non procedit. Vt post

Ruin. *conf. 385. col. 2. vers. 2. in princ. tradit Dec. eod. conf. 105. n. 6.* Adde & vide per Ruin. iun. *conf. 428. nu. 13. 14. 15.*

b *Sufficiunt duo testes.* Adde etiam, idem inter nepotes. Ita contra Curt. iun. consuluit Natta *conf. 423. num. 13.* Hieron. Giachar.

c *Dixi infra.* Vide quæ addidi *preallegata quest. 17.*

d *Testis in testamento.* Adde idem de iure canonico. Vide per Ioan. Dilect. *de ars. testan. tit. 2. in 2. caut. sub nu. 7.* vbi etiam citat Alex. attestantem illam communem atque seq. in *conf. 70. sub num. 13. 14. & 16.* etiam ad pias causas, & etiam tempore pestis licet in testamento in quo liberi sint instituti possit, vt hic & ibi.

e *Alex. conf. 75.* Adde quia est *conf. 76.* vbi etiam vide in additio.

\* An testamentum in quo liberi sunt inæqualiter instituti gaudeat villæ priuilegiis? Negatiuam defendit Tiraquel. *de iur. primogenit. q. 4. nu. 4.* Marian. iun. *conf. 127. vol. 1. & conf. 96. vol. 2.* Affirmatiuam tuentur Bero *quest. 36.* Ruin. *eo. §. ex imperfecto.* Eman. à Colt. in *rep. c. si pater. par. 1. ver. in suo testamento. de testam. in 6.* vide Gab. *de testa. corn. 6. & Cæphal. conf. 431. num. 20. volum. 3.* quæ hic traduntur & priuilegia testamenti inter liberos locum sibi vendicant etiam in testamento matris §. *ex imperfecto.* Haft. *conf. 622. n. 5.*

\*\* Adde Mathes. *sing. 41.* Hyp. *sing. 36.* quoniam hæc eadem clausula totiens subintelligitur, quotiens is, cui testator prouidit, fuit ei valde dilectus, nam vehemens amor vim habet clausulæ codicillaris in testamento. ff. *de fideic. li. Rom. conf. 179. ver. ad quod dicendum. Ias. in l. exigenti. num. 5. ff. de procur. Gram. dec. 62. nu. 27. & 28.*

#### Q V Æ S T I O IX.

##### S V M M A R I A.

- 1 Testamentum inter liberos imperfectum ratione voluntatis, an sustineatur?
- 2 Et quid si testator illud iam captum plene perficere non potuit.

HABES ergo, ex præcedenti conclusione, quod testamentum inter liberos, licet imperfectum, valet. Quæro nunc, an ista conclusio generaliter procedat, ex quo licet a imperfectum, valet. Quæro a nunc, an ista conclusio generaliter procedat ex quocunque defectu tale testamentum imperfectum remanserit? Respond. quod non, sed solummodo quando est imperfectum ratione solemnitatis. \*Ceterum si sit imperfectum ratione voluntatis, nõ sustinetur. Ita sentit gloss. in *l. si n. qui. in gloss. vnica ff. de testament.* quam gloss. omnes sequuntur, vt dicit Ruin. in *dict. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. colum. 1.* Et illam dicit esse communiter approbatam Ruin. *conf. 15. nu. 2. lib. 2.* Dicit etiam Paul. de Castro in *d. §. ex imperfecto. nu. 3.* quod ita tenent omnes. Et ita communiter teneri attestatur Cornel. in *eod. §. ex imperfecto. nu. 3.* Hanc etiam opinionem dicit esse communem Alexand. *conf. 76. nu. 13. lib. 3.* Ias. *conf. 155. colum. 2. lib. 2.* quem refert Ioan. Dilect. *de arte testandi. tit. 2. caut. vltim. nu. 6.* Rubeus *conf. 94. post nu. 3.* Socin. iun. *conf. 147. n. 30. & seq. lib. 2.* subdens, non esse ab ea consulendo, aut iudicando recedendū. Et hanc esse comunem theoreticam dicit Besset. in *reper. l. 1. n. 176. C. de sacros. eccles.* Tu vide ea, quæ latius in hoc proposito, loquendo de testamento ad pias causas, dixi supra *quest. 7.*

Hinc infertur; quod si testator cæperit inter liberos testari, & facta institutione, & aliis legatis, priusquam faceret vnum legatum, quod adhuc restabat faciendum, morte præuentus, illud facere nõ potuit; tale testamentum non valet, neque sustinetur etiam quoad imperfecte disposita. Et hanc dicit esse comunem opinion. Curt. iun. in *d. §. ex imperfecto. num. 1.* Natta in *d. §. ex imperfecto. num. 139. & seq.* Socin. iun. in *d.*

in d. conf. 147. nu. 22. Vide quæ dixi in d. quest. 7. ver. Aliquando, & quarto.

ADDITIONES.

<sup>a</sup> Imperfectum) Hic adde, quod testamentum imperfectum dicitur cum testator esset alia dicturus, licet in eo adesset institutio atque substitutio. communiter post Cardi. Parisi. conf. 146. artic. 3. volum. 4. attestatur Cæphal. in conf. 294. sub num. 9. & istud siue tacite siue expresse constet testatorem voluisse addere, vel detrahere, dicit. Idem de testamento hæud lecto nec publicato: in quo testes non sunt rogati: quod similiter videtur imperfectum ratione voluntatis, communem per eundem Cæphal. conf. prædicto num. 10. Et de istis duabus communibus opinionibus dixi in collect. mea commun. opinion. in verb. testamentum. num. 55. vide ibi fufius.

\* Vide hanc ipsam quæst. de testamento ad pias causas apud Tiraq. de priuil. cau. priuil. 7.

QVÆSTIO X.

SVMARIA.

- 1 Testamentum imperfectum inter liberos an sustineatur etiam in fauorem extraneorum?
- 2 Et quid si substituatur testator vni ex filiis suis pupillis aliquem extraneum?
- 3 Et quid si dederit tutorem extraneum?
- 4 Et an talis tutor debeat à iudice confirmari?

<sup>1</sup> **D**ISPOSITIO d. §. ex a imperfecto, sustinet testamentum ꝑ minus solemniter conditum à patre inter liberos, quatenus concernit interesse ipsorum liberorum. Sed si in ipso testamento sit aliquid insertum, quod concernat fauorem, aut commodum alicuius extranei, illud non sustinetur, sed habetur pro non appposito: & testamentum ipsum, quo ad reliqua concernentia filios, firmum remanet. Ita expresse dicit text. in d. §. ex imperfecto. & intellige extraneum in hoc proposito eum, qui non est de liberis.

<sup>2</sup> Hinc inferitur, quod si testator in testamento inter liberos substituatur vni ex filiis suis pupillariter aliū ex filiis suis, talis substitutio tanquam facta in fauorem filiorum sustinetur. Sed si illi substituatur aliquem extraneum, & qui non sit de liberis, non sustinetur. Ita dixit Bart. in l. 2. nu. 18 ff. de vulgari. & est communis opin. vt dicit Curt. iun. in d. §. ex imperfecto. nu. 6.

<sup>3</sup> Secundo inferitur, quod licet ꝑ possit pater in testamento inter liberos dare vnum ex filiis suis alteri filio in tutorem, saltem quando erat ab intestato legitimus tutor, prout communiter Doctores distinguere videntur, teste Curt. iun. d. §. ex imperfecto. n. 26. in fin. (licet mihi semper magis placuerit quod indistincte id facere possit) non tamen poterit pater in tali testamento dare filio tutorem extraneum. Ita dicunt communiter Doctores, vt ait Sal. in d. §. ex imperfecto. col. 1. vers. Oppo. cum gl. & ita communiter tenetur, vt dicit Cornel. in d. §. ex imperfecto. nu. 15. Hanc etiam esse communem opinionem attestatur Curt. iun. in d. §. ex imperfecto. nu. 26. Licet enim datio tutoris concernat fauorem filiorum, cum tamen redundet in præiudicium, & onus alterius, non videtur æquum, vt priuilegium concessum filiis sit alteri onerosum.

<sup>4</sup> Scias tamen in hoc proposito, quod ꝑ licet datio huiusmodi tutoris extranei in testamento inter liberos non sustineatur, tanquam per se valida, sustinetur tamen ad hunc effectum, vt talis tutor datus à patre debeat postea per Iudicem in tutorem confirmari. Et hanc dicit esse magis communem opin. Alex. conf. 140. nu. 2. lib. 1. quod nota, quia est maximi effectus, Nam tutor datus in testamento minus so-

lemni, tamen confirmatus à Iudice, præfertur tutorei datio, sicut præfertur testamentarius, vt declarat Alex. ibi & dixi supra lib. 2. §. tutor. Neque credas, quod nihil intersit, an quis sit datus in tutorem, & quod datio valeat: An autem quod datio non valeat, sed omnino debeat à iudice confirmari, quia imò multum interest. Nam quando valet datio, tenetur tutor statim tutelam gerere, alias tenetur de neglectis, sed si non valet datio, non tenetur petere se confirmari: & ideo interea donec sit confirmatus, non tenetur de neglectis, vt declarat Natta in d. §. ex imperfecto. nu. 123. & dixi in d. §. tutor.

ADDITIONO.

<sup>a</sup> §. Ex imperfecto) Aduerte, quod tamen procedat extraneis filiis legitimis & naturalibus & legitimatis simul: tamen id intelligitur: modo plus non relinquatur legitimo, quam legitimo & naturali. Ita tradit Nat. ff. in eo. §. q. 18. quem refert atque coadiuuat Rolan. in conf. 95. col. 1. & 2. vol. 3. qui tamen in contrarium consuluit, & dicit contrarium verius, & contraria diluit. Vide ibi per eum.

QVÆSTIO XI.

SVMARIUM.

Testamentum imperfectum inter liberos an sustineatur, etiam si non sit in scriptis confectum?

**Q**VÆRO, an dispositio d. §. ex imperfecto, generaliter procedat in quocumque testamento, scilicet tam nuncupatio, quam in scriptis ꝑ confectio? Hæc difficultas orta est ex dispositione Authen. quod sine. posita post ipsum §. Licet enim verba §. ex imperfecto. sint generalia, & conueniant cuiusque testamento: cum tamen d. Auth. subsequens, quæ videtur limitare dispositionem d. §. loquatur in testamento per scripturam confectio, multi tenuerunt, quod pariter etiam ipse §. ex imperfecto. non procederet, nisi in testamento condito in scriptis. Sed tamen in practica tenenda est contraria opinio, quod scilicet dispositio d. §. ex imperfecto. non limitetur per dispositionem d. Auth. quod sine. quantum ad testamentum nuncupatum, sed solum quantum ad testamentum in scriptis. Et hanc dicit esse magis a communem a Corn. conf. 118. in fin. lib. 3. vbi etiam subdit, quod ita seruatur in pract. Hanc etiam opinionem, quod dispositio d. §. ex imperfecto, habeat locum in testamento nuncupatio, tenuit gloss. in d. §. ex imperfecto. in gloss. 1. in fin. quæ ab omnibus approbatur, vt dicit Corn. ibi nu. 11. Et illam dicit communiter teneri Corn. in dict. Authen. quod sine. nu. 1. illam etiam dicit esse communem Alexand. in d. Authent. quod sine. nu. 3. & conf. 146. num. 5. lib. 2. & conf. 176. post num. 9. lib. 5. & conf. 105. nu. 4. lib. 7. Boer. decis. 240. post num. 1. Natta in d. §. ex imperfecto. num. 191. Rim. in d. §. ex imperfecto. num. 1. in fin. & ab hac sententia non recedas consulendo, aut iudicando.

ADDITIONO.

<sup>a</sup> Esso communem) Adde quod istud est per interpretationem seu extensionem, vt concludit Nat. in d. §. ex imperfecto. in princip. quæst. 37. post alios per eum ibid. relatos: vt retulit Olac. in d. decis. 34. num. 10. Era in schedula, quæ manu matris asseritur conscripta duodecim abhinc annis, testamenti vim inter eius liberos obtineat, vide per Menoch. in conf. 267. qui considerat sex casus, atque examinat illam dubitationem plene.

## QVÆSTIO XII.

## S V M M A R I A.

- 1 Testamentum imperfectum an sustineatur etiam inter liberos naturales tantum?
- 2 Et quid in matre?
- 3 Et an inter filios legitimatos?
- 4 Et an inter liberos à successione per statutum exclusos?
- 5 Et an inter liberos non primi. sed vltioris gradus?
- 6 Et an si filius testatur inter parentes?

**S**ED quia Imp. in d. §. ex imperfecto. disponit, huiusmodi testamentum imperfectum valere inter solos liberos; Quæro, ¶ nunquid dispositio in d. §. habeat locum solummodo inter liberos legitimos, & naturales; an autem procedat, etiam si tale testamentum conditum sit inter liberos naturales tantum? Resp. quod non habeat locum inter liberos naturales tantum, vel spurios. Et hæc est com. opin. vt ait Dec. conf. 610. n. 2. in fi. & n. 3 quem refert Boer. in d. decis. 240. n. 13. Riminal. in d. §. ex imperfecto. n. 5. Picus in repet. §. Titia. n. 43. circa fin. Rubeus conf. 71. post n. 7. Vbiunq; enim lex facit mentionem de liberis, aut filiis; semper intelligendū est de legitimis, & naturalibus, non autē de naturalibus aut spuris, qui sunt à lege reprobati.

2 Et hæc quidem conclusio ¶ de plano procedit in patre testante inter liberos naturales. Sed quid in matre? Resp. quod in ipsa aliud est dicendum. Nam respectu matris, \* & quo ad ipsam, filii naturales reputantur legitimi: & ideo tenendum est, quod in matre testante inter liberos naturales vel spurios, locū habeat dispositio d. §. ex imperfecto. Et ita concludunt communiter Dd. vt dicit Natta in d. §. ex imperfecto. nu. 74. & nu. 78. hanc etiam opin. dicit esse communē Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus, el. 1. post n. 45. versicul. Vnde quia ff. ad Trebellia. & dicit Boer. in d. decis. 204. nu. 13. quod omnes in ea conueniunt, nisi mater sit Illustris. Dicit etiam Guliel. de Benedic. in 1. parte repet. c. Raynutius, fol. 156. n. 84. quod omnes in hoc concordant, quod, quando mater non est Illustris, & filii nō sunt nati ex damnato coitu, proculdubio locum habeat dispositio d. §. ex imperfecto. Quando enim mater est Illustris; filii spurii aut naturales non reputantur legitimi.

3 Sed quid in legitimatis, nunquid ¶ habeat locum dispositio d. §. ex imperfecto. Respond. quod sic, & est cōmunis opinio, vt attestatur Boer. decis. 251. post n. 14. Sunt enim tales filii redacti ad instar legitimorum, & naturalium. Et hoc maxime, si essent legitimati per sublequens & matrimonium, qui in omnibus, & per omnia æquiparantur legitimis: vt dixi supra, lib. 2. §. legitimatus.

4 Item quæro, nunquid ¶ dispositio d. §. ex imperfecto. locum habeat, quando pater testatur inter liberos, qui per statutum essent exclusi à successione intestati, puta, quia sint filia dotata, &c. Resp. quod sic. & hæc opin. communiter tenetur, vt ait Guliel. de Benedic. in 1. parte repet. c. Raynutius fol. 155. n. 81. Hanc etiā dicit esse communem Boer. in d. decis. 241. nu. 9. Et ex hoc potes colligere, quod ratio d. §. ex imperfecto, non est: quia causa testati eo calu foueat causam intestati; sed merus fauor liberorum, vt supra dixi.

Quæro etiam, nunquid dispositio d. §. ex imperfecto. habeat locum, quando pater testatur inter filios ¶ non primi, sed vltioris gradus, puta instituendo nepotem, vel illi substituendo? Resp. quod sic. Ita tenet Albe. de Ros. in d. §. ex imperfecto. vers. Item quia hic

dicit. & est cōmunis opin. vt dicit Boer. in d. decis. 241. post nu. 3. Semper enim in verbis legis appellatione filiorum veniunt nepotes, vt dixi sup. lib. 2. §. filius. Maxime cum agatur de re ipsi filii fauorabili.

Vltorius quæro, quid è conuerso, si filiusfam. in casibus, in quibus potest condere testamentū, testetur ¶ inter parentes, nunquid eo casu habeat locum ¶ dispositio §. ex imperfecto? Resp. \* quod nō. Ita tenet Spec. de instru. editio. §. compendiose. post nu. 32. vers. quid si filius. & ita communiter concluditur, vt dicit Alex. in d. §. ex imperfecto. n. 7. Hanc etiam opin. dicit esse communem Boer. in d. decis. 240. in fi. verbis. Natta in d. §. ex imperfecto, nu. 227. & dicit Riminal. in d. §. ex imperfecto. n. 1. quod ita tenent cōmuniter Doctores. Quod enim contra communes regulas statutum est, nō debet trahi in consequentiam. Et hæc opin. propter auctoritatem Doctorum tenenda esset in practica, licet forte in puncto iuris contraria sit verior.

## A D D I T I O N E S.

2 Per sublequens matrimonium. Adde communem per Menoch. de recup. possessio. in 1. remed. num. 43. Hoc intellige prout tunc & posthæc, non prout nunc & in præteritum inspecto natiuitatis tempore. Item limita in filio nato ex concubina reuera, at secus in spurio. Vide per Cæph. in conf. 82. nu. 23. & fufius in collec. mea comm. op. n. num. 33. verb. legitimatus. vbi fufius declarauit. & in trib. num. seq. vbi quid de concepto, pendente lite, & quid matrimonio in mortis articulo celebrato: & quid de secundis nuptiis, & num. 27. an possit eligi in Episcopum.

\* Ex quo mater quæ filios non habet in potestate hoc privilegio vitur, intelligis ius istud tam libere testandi non esse patriæ potestati tribuendum, intelligis etiam hoc ius filiorum fauori non esse adscribendum, quorum interest patrem intestatum decedere nullo legato, nullo fideicommissio hereditatem optimam, maximam ab intestato ad eos pertinētem, sed in parentum gratiam constitutum, quorum interest filios inuitos etiam imperfectis testamentis obligari.

\*\* Adde pro hac opinione Roder. Secur. in rep. l. quoniam in priorib. C. de inoffic. test. ampl. vlt. n. 6. contrariam tamē sententiam Curtiun in §. ex imperfecto. n. 4. & nouissime Bereng. Fern. in rep. l. in quartam ff. ad l. Falc. c. 1. nu. 47.

## QVÆSTIO XIII.

## S V M M A R I V M.

1 Ex testamento imperfecto inter liberos succeditur tanquam ex testamento, non autem tanquam ab intestato.

**R**ESTAT nunc videre circa hanc materiam testamenti inter liberos conditi, nunquid ex huiusmodi ¶ testamento imperfecto inter liberos, dicitur succedi tanquam ex testamento, an autem tanquam ab intestato? Vtilitas autem est maxima: quia si valet vt testamentum, sustinebitur substitutio pupillaris, item exhereditatio, item datio tutoris, quæ omnia fieri non possunt in codicillis, & ideo non possunt sustineri, vbi nō valerent nisi ab intestato, & sic in vim codicilli? Respon. quod dicitur succedi ex testamento, non autem ab intestato. Ita tenet gl. in l. filii, in verbo, ab intestato. C. sam. hercis. & ita tenent communiter omnes Doctores, vt dicit Cor. in d. §. ex imperfecto. n. 12. in fin. Bertran. conf. 141. nu. 5. lib. 3. in 2. parte. Hanc etiam opin. dicit esse communem Iaf. in d. §. ex imperfecto. nu. 221. Satis enim dicitur testamentum, ex quo lex illud approbat pro testamento, supplendo defectus solemnitatum, & vult ex eo succedi.

## QVÆSTIO XIV.

## S V M M A R I A.

1 Scheda à patre scripta, continens eius vltimam voluntatem, valet inter liberos in vim testamenti?

- 2 Et an requiratur, quod in ea appositus sit dies?
- 3 Et an debeat esse in omnibus per extensum scripta absque aliqua abbreviatione?
- 4 Et quid si tantummodo sit ab ipso patre subscripta, non autem eius manu in totum scripta?
- 5 Et quid si non sit eius manu scripta, sed tantum reperta in eius arca?
- 6 Et quid si non sit scripta, neq; subscripta à patre, sed tantum ab ipsius filijs?
- 7 Et quid si reperiat in schedula testamenti in lib. Notarii?
- 8 Et quid si filij non sint in ipsa schedula equaliter instituti?
- 9 Et an hec conclusio locum habeat etiam in schedula confecta in fauorem piæ causæ?

**H**ABEMVS etiam in hac materia testamenti inter liberos conditi aliam constitutionem mirabilem, quæ est posita in *Auth. quod sine. C. de testam.* per quã disponitur, quod si reperiat \* schedula scripta manu testatoris, in qua cõtineatur eius dispositio inter liberos, talis schedula valet, & illi standum est, etiam, quod in ea conficienda non interuenerint aliqui testes, neq; vlli ipsi schedulæ se subscripserint. Et ita se habet magis communis opin. vt attestatur *Alex. cons. 105. in si. lib. 7.* quem refert *Io. Dilect. de arte testandi. tit. 2. cau. 2. in si.* & aduerte circa intelligẽtiam terminorum; quia Aut pater testando inter liberos siue in scriptis, siue per nuncupationem adhibuit testes, & tunc, etiam si non fuerit adhibitus numerus septem testium, vel etiam deficiant aliqua alia solemnitates à iure requisite, sustinetur nihilominus testamentum ex dispositione *d. §. ex imperfecto.* dummodo de eo deponant saltem duo testes, etiam feminae, etiam non a rogata, vt dixi supra q. 8. *vers. Hinc insertur, & seq.* Aut vero b pater aliquos testes non adhibuit, sed tantum voluntatem suam in scriptis exaratam reliquit, vel in arca, vel apud Notarium, vel aliquem alium non suspectum, & hoc casu habet locum dispositio *d. Auth. quod sine.* scil. vt talis schedula valeat, & illi standum sit, licet careat solemnitatibus requisitis, dummodo appareat, quod sit scripta manu ipsiusmet testatoris.

2 Sed nõ quid requiritur, quod in huiusmodi schedula appositus sit dies, qua confecta est? Respon. quod sic. Ita tenet *Bald. in d. Auth. quod sine. n. 4.* & est cõmunis opin. vt dicit *Natta in repet. d. Auth. quod sine. nu. 30. & seq.* Lex enim requirit tempus in illa apponi, vt in *d. Auth. quod sine.* Debet ergo apponi formaliter & specificè, vt si aliqua suspicio falsitatis subesset, facile deprehendi possit. Et hanc conclusionem nota pro limitatione eorum, quæ dixi *infra lib. 7. §. scriptura.* quod scilicet regulariter in priuata scriptura non requiritur dies, neque annus.

3 Sed quia tex in *d. Auth. quod sine.* dicit non signis, sed literarum consequentia; quæro, vt rum de necessitate requiratur, quod in huiusmodi schedula pater omnia extense scripserit, absq; vllis imbreuiaturis, etiam vsitatis? Respon. quod sic. Ita dixit *Bart. in l. quoties. §. 1. num. 4. ff. de hered. inst.* & est communis sententia, vt ait *Natta, in repet. d. Auth. quod sine. nu. 38.* Quæ tamen intelligenda est, vt procedat circa numerum vnciarum, vel summam aliquam pecuniæ, signis Arithmeticis exprimentam, in quibus de facili potest falsitas committi; sed in reliqua dispositione credo, quod sufficiat illam esse scriptam eo modo, quo ceteræ scripturæ communiter conscribi solent. Et hic fuit sensus Imp. vt apparet in corpore, vnde Authentica ipsa sumpta est.

alio scripta, si tamen ab ipso patre subscripta, nunquid hoc sufficiet? Respondeo, quod sic. Nam c subscribens censetur virtualiter scribere omnia contenta in scriptura, quam sua subscriptione confirmat. Ita tenet *Paul. de Castro, cons. 93. post num. 2. lib. 1.* & est communis sententia, vt dicit *Natta in d. Authen. quod sine. num. 44. & sequ.* Quam ego etiam sequor, modo in subscriptione fiat mentio, quod sit testamentum. Licet enim regulariter sola subscriptio generalis sufficiat, quidquid dixerit *Bart. in leg. diuus. §. item senatus. num. 2. ff. de falsis.* contra quem est communis opinio, vt dixi *infra lib. 7. §. scriptura.* tamen vbilex pro forma requirit, quod aliquis manu propria scribat, semper mihi placuit opinio *Bart.* quod scilicet requiratur specialis subscriptio, quia alias de facili supponendo vnã scripturam pro alia posset falsitas fieri, quam præcipue in hac testamentorum materia lex habet valde suspectam. Et ita teneas, nisi schedula ipsa aliquo alio argumento, quam tali subscriptione confirmata esset.

Item quæro; Pone, quod reperiat in arca patris schedula cõtineas diuisionem bonorũ inter filios, quæ tamen non sit scripta, neq; subscripta manu ipsius testatoris: nunquid talis schedula inter ipsos liberos valebit, ita vt ab eis seruanda sit? Respon. quod non. Eset enim nimis aperta hoc modo via fraudibus. Et ita communiter concluditur, vt ait *Iaf. in d. Auth. quod sine. post num. 1. Guil. de Bened. in 1. parte repet. c. Rayn. fol. 156. post nu. 87.*

6 Sed pone, quod schedula ipsa non sit à patre scripta, nec subscripta, sed tamen sit subscripta ab ipsius filijs, nunquid valebit? Respon. quod sic. Et ita cõcludunt communiter *Dd.* vt dicit *Natta in d. Auth. quod sine. nu. 51.* Intellego, quod valet non vt testamentum, ex dispositione ipsius *Authen. quod sine.* sed vt contractus, ex conuentione ipsorum filiorum: quod nota, quia est magni effectus, vt dixi supra *quæst. proxima.*

7 Præterea quæro, si reperiat in lib. Notarii schedula testamenti, non tamen in ipsa schedula sit scriptum, quod fuerit tale testamentum lectum coram testibus, nunquid valebit inter liberos? Respon. *Bartol. in l. fideicommissa. §. quoties. num. 1. ff. de legat. 3.* loquendo per verbum forte, tenuit, quod sic. Contrarium tenuit *Bald. in dict. Auth. quod sine. num. 1.* etiam in fortioribus terminis, quando scilicet in schedula reperiuntur descripta nomina testium. Et opinio *Baldi* communiter tenetur, vt dicit *Natta in d. Authen. quod sine. nu. 3.* Cum enim lex requirat manum propriam ipsius patris, aliena sufficere non debet.

8 Sed quæro, nunquid dispositio *d. Authen. quod sine.* habeat locum, etiam si filij in ipsa schedula non sint equaliter instituti? Respon. quod sic. Et ita dicunt magis *comm. Doctores*, vt dicit *Socin. iun. cons. 189. nu. 87. lib. 2. & consil. 24. post nu. 9. lib. 3.* Intellego, modo sit modica disparitas, alias secus.

9 Vltèrius quæro, nunquid dispositio *Auth. quod sine.* extendatur etiam, vt locum habeat in fauore piæ causæ, si reperiat in schedula scripta manu defuncti, d absque testibus, in qua de bonis suis disponat ad piæ causas? dixi supra q. 7. *vers. Aliquando enim.*

ADDITIONES.

a Non rogata.) Adde, quod testes esse adhibitos & conuocatos satis est probare dato, quod haud constet eos esse rogatos, commune *Alex. in l. sciendum. num. 43. ff. de verbor. obligat.* qui tamen *num. 43.* dicit magis communem esse, quod haud præsumantur rogati. Adde communem etiam atque vide per *Diaz. regul. 75. 1.* vbiretulit *Iaf.* quadrupliciter limitat.

tantem, in d. l. sciendum. Et regulam, quod testes in testamento debeant esse rogati cum trib. fallen. vide per Soc. in reg. 505. Et no. quod testis rogatus à testatore ex quo eius fides fuit approbata, quod haud potest amplius reprobari. Ita per Alex. in conf. 54. in fin. volum. 3.

b Aut vero ) Adde & vide per Rimin. in conf. 439. num. 13. vbi fufius.

c *Subscribens censetur virtualiter scribere.* De ista communi, in mandante scribi, vide per Villalob. in reg. 138. atque per Crau. in conf. 73. Et an scriptura manu propria scripta dicatur, quando de mandato debitoris scripta reperiatur, vide per Dec. in c. quoniam contra. de probatio. atque per Iacob. de S. Georg. Auth. si quis in aliquo. col. pen. d. eden. Alex. ad Bar. in l. seruus. §. senat. ff. de sal. per Marf. in sing. 471. & per Nat. conf. 287. num. 4. & Cæph. conf. 272. nu. 85. Item quod subscribens dicatur subscribere atque consensum præbere his, quæ in scriptura continentur, vide per Nat. in conf. 651. in 2. dub. atque per Afflic. decis. 361. in 2. dub. Ang. de Arc. Insti. de emp. atque vendit. num. 2. Et subscribens haud possit talem scripturam impugnare, nisi doceat se fuisse deceptum aut subductum ad ita subscribendum: vide Crauc. in d. conf. 73. post num. 40. Et regulam quod subscribens approbare, & se obligare censetur, cum trib. fallen. vide per Soc. sub reg. 477. & aliam consimilem cum vna ampliacione atque sex Fallen. per eundem reg. 439.

d *Pia causa.* Adde & per Dec. in c. scripta. nu. 14. de fide instrum. vbi quod non.

\* Adde quæ in hac schedula solemnitate requirantur, Cæph. conf. 277. nu. 15. 16. 17. 18. vol. 3.

### Q V Æ S T I O X V.

#### S V M M A R I A.

- 1 Plura esse militum priuilegia in condendū testamentis.
- 2 Et an requiratur testes esse rogatos?
- 3 Et an in testamento militis possit mulier pro teste interuenire?
- 4 Et an huiusmodi priuilegia competant militibus etiam non existentibus in expeditione?
- 5 Et an competant aliis personis existentibus in castris, non tamen militantibus?

**D**IXI etiam supra q. 3. multum interesse inter testamentum & militis, & testamentum pagani. Habent enim ꝑ plura priuilegia testamenta militum: \* de quibus toto tit. ff. & C. de mil. testam. quæ potes videre eleganter collecta ab egregio Iuricon. D. Petro Bello Consiliario Ducis Sabaudia, compatre, & vti fratre meo honorando, in suo tract. de Re militari, nuper edito, fol. 71. & aliis 4. seqq.

Quæro: nunquid in testamento militis testes ꝑ debeant esse rogati: dixi infra q. 58. vers. Item quæro.

Quæro etiam: an in testamento ꝑ militis fœmina possit esse testis: dixi infra q. 55. vers. Sed quæro.

4 Sed quæro: nunquid hæc ꝑ priuilegia militibus cõcessa competant illis, non modo quando sunt in expeditione, sed etiam postquam missi sunt à militia?

Respon. Aliqui dicunt, quod duo sunt genera priuilegiorum, quæ militibus concessa sunt circa testamēta conficienda. Primum concernit personā ipsius testantis: quia scilicet multi, qui alias de iure communi non habent testamenti factiōnem: si tamen sint milites, possunt testari; & ista priuilegia ipsi milites non amittunt, etiam si missi sint à militia. Secundum vero concernit modum testandi, quia scil. in testamento militis sublata sunt solemnitates iuris ciuilibus: & huiusmodi priuilegia eis non competunt, nisi donec sunt in expeditione belli. Ita dicit gl. in §. sed hætenus, in gl. 1. Insti. de milit. testa. quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Apost. ad Dec. in l. ius nostrum. sub nu. 8. ff. de reg. iuris. Alii vero aliter dicunt, quod scilicet miles, qui sit sui iuris, habet circa testamenti factiōnem duo priuilegia. Primum, quod potest testari

minus solemniter. Secundum, quod eius testamentum non subiicitur querelæ, & hæc ambo priuilegia miles ipse amittit statim quod factus est veteranus. Sed filiusfam. miles habet circa testamenti factiōnem tria priuilegia. Primum, quod possit testari: Secundum, quod eius testamentum non subiiciatur querelæ. Tertium, quod possit testari minus solemniter. Quando ergo filiusfam. efficitur veteranus, retinet duo priora priuilegia, & tertium amittit. Et hæc est communis opin. vt dicit Sal. in c. fin. num. 3. & 4. C. de inoff. testam. Tu in hoc dic contra. Nam hodie testamentum militis tam patris quam filii subiacet querelæ, vt dixi infra q. 42. vers. Et hæc quidem. & q. 48. vers. Et hæc omnia.

Item quæro: Nunquid aliæ ꝑ personæ non militantes, quæ tamen reperiuntur in castris, gaudeant priuilegiis militum circa testamentum conficiendū? Resp. distinguendum est, an sint in loco hostili, vel ne. Nam si non sunt in loco hostili, non possunt testari, nisi iure communi; si vero sunt in loco hostili, possunt condere testamentum, eo modo, & forma quo possunt milites. Ita dicit gl. in l. scriuarios. in gl. fin. C. de testam. mil. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Paris. conf. 32. nu. 26. lib. 2.

### A D D I T I O N E S.

a *Testamentum militis* ) Quod filiusfam. tamen si miles, haud potest testari de bonis patris, etiam cum consensu patris: potest tamen testari de castrensibus, vide per Soc. in conf. infra allegato.

b *Quando sunt in expeditione.* Hic adde, quod milites nostri temporis, qui vacant armis, pro suo superiore, gaudent priuilegio militum. commun. Soc. conf. 33. nu. 4. vol. 3. quod etiam dixi in colle. mea com. opin. in verb. miles. num. 2. vbi item habes, militum priuilegia non deberi taliter intelligi, quod lædant ius alterius.

\* An Cardin. Duces & Marchiones superiorem non agnoscetes iisdem quibus milites priuilegiari possint. vide l. in l. centurio. n. 7. §. ff. de vulg. & pup. & ibi Gali. com. 4. de polit. tract. compend. subst. car. 41. an valeat testam. militis vel pestis tempore conditum, cui diu causis illis cessantibus testator superuixit, vide Valq. de success. lib. 3. §. 24. part. 1. num. 9. Burlat. conf. 30. nu. 40. & 41.

### Q V Æ S T I O X V I.

#### S V M M A R I V M.

Militem posse decedere pro parte testatam, & pro parte intestatam: idque quomodo intelligendum sit? & numer. 2. 3. & 4.

**H**ABENT etiam milites hoc ꝑ priuilegiū, quod licet regulariter quis non possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, sed causa testati trahat ad se causam intestati: tamen hoc in milite locum non habet, ipse enim potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. Sed vt intelligas hanc materiam, quæ prima facie confusa videtur, distinguendi sunt nonnulli casus.

Aliquando enim miles nullo instituto herede ꝑ vniuersali instituit vnū in aliqua re certa, vel duabus, vel vnum in vna re, alium in alia, & hoc casu: Aut miles prohibuit in suo testamento ius accrescendi, & ille institutus in re certa, nō habet nisi illam certā rem, in reliquo autem succedunt venientes ab intestato: & in hoc differt miles à pagano; quia decedit pro parte testatus, & pro parte intestatus. Paganus enim nō potest prohibere ius accrescendi, vt dixi infra q. 76. Aut vero miles non prohibuit ius accrescendi: & tunc ille institutus in re certa, per ius accrescendi succedit

cedit in tota hereditate. Ita dicit gl. in l. i. in verb. Militares, ibi, si autem vnum. C. de testa. milit. quæ vbiq̃ue magis communiter approbatur, vt dicit Alex. in ea. l. i. post num. 9. ver. ex quibus vltimis. Et ita communiter tenetur, vt dicit Ang. Aret. in §. hereditas. num. 2. Inst. de hered. inst. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Iaf. in d. l. i. nu. 12. Dec. in ea. l. i. nu. 9. & in l. 2. in fin. C. eod. tit. & sic isto casu testamentum militis nullum habet priuilegium: quia causa testati trahit ad se causam intestati; sicut in testamento pagani, in quo institutus in re certa, nullo alio instituto herede vniuersali, succedit per ius accrescendi in tota hereditate, vt dixi supra §. institutio. Aliquando autem miles habens bona castrensia, & bona paganica, instituit vnum heredem in patrimonio castrensi; in aliis autem bonis nemine instituit, vel econtra: & hoc casu bene verificatur regula, quod pro parte decedit testatus, & pro parte intestatus; quia ille institutus in bonis castrensibus, non habet per ius accrescendi reliqua bona paganica ipsius testatoris, in quibus nullus reperitur institutus, vel econtra, sed illa deferentur heredibus ipsius militis ab intestato venientibus. Ita dicit glossa in dict. l. i. in verb. Probetur. C. de testam. milit. & ita tenent omnes, vt dicit Salycet. in ea. l. i. num. 7. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alex. in ea. l. i. num. 19. & ratio est secundum gloss. & Dd. ibi. quia eo ipso, quod miles instituit aliquem in bonis tantum castrensibus, videtur prohibuisse, ne succedat in paganicis, & econtra.

3 Et hinc inferitur, quod si miles instituat vnum in castrensibus, & alium in paganicis; & vnus eorum, puta, institutus in castrensibus, repudiet; quod ad partem repudiatam non admittetur alius institutus in paganicis, per ius accrescendi, sed venient heredes ab intestato, & hæc est commun. opi. vt dicit Dec. in d. l. i. post num. 7. ver. in ea. gloss. & sic miles pro parte decedit testatus, & pro parte intestatus.

4 Aliquando, & tertio, miles instituit quod vnum simpliciter in vna vnciâ, & alium in castrensibus; & hoc casu institutus in illa vnciâ, habebit semiunciam ex paganicis, & semiunciam ex castrensibus; ille vero alius habebit reliqua bona castrensia. In reliquis autem bonis paganicis, ex quo nullus reperitur heres vniuersalis institutus, succedet ille institutus in vna vnciâ, per ius accrescendi; non autem ille institutus in castrensibus, qui, vt dixi, censetur tacite exclusus à iure accrescendi; & ita tenent communiter Dd. vt ait Saly. in d. l. i. n. 6. Et circa istas conclusiones multa possent dici disputando, sed in iudicando non recedas à communibus. Hæc materia non multum versatur in palatiis, & ego nunquam vidi in facto aliquam existis quæstionibus, sed vt plurimum solent tractari coram auditoribus exercituum, coram quibus plerumque huiusmodi controuersie deciduntur iure militari, omittis subtilitatibus iuris ciuilibus.

& sic octauus testis, & alia, de quib. in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. poss. & hoc propter maiorem timorem falsitatis, qui subest in testam. huiusmodi lumine carentis, quam in testamento eius, qui videt, & cognoscit: & ita de facili decipi non potest.

Sed quæro: Tu scis, quod quando pater vult testari inter liberos, sufficiunt duo testes absque aliis solemnitatibus iuris ciuilibus, vt dixi supra q. 8. Pone: quod pater cæcus b velit testari inter liberos, nunquid erunt seruandæ solemnitates, de quibus in d. l. hac consultissima: an autem sufficiunt duo testes? Respon. quod si cæcus velit testari inter liberos, sufficiunt duo testes, nec requiritur aliqua alia forma vel solemnitas à iure ciuili introducta. Ita tenet Bal. in d. l. hac consultissima. nu. 1. & seq. & ita concludunt magis communiter Dd. vt dicit Soc. conf. 263. circa prin. lib. 2. Hanc etiam opin. dicit esse communem Iaf. in d. leg. hac consultissima. num. 4. & conf. 26. versic. facit etiam multum. libr. 1. Bertrand. consil. 221. numer. 2. lib. 3. in 2. parte. Boer. decis. 240. nu. 20. Natta consil. 210. num. 3. & seq. & in rep. dict. §. ex imperfecto. num. 34. & seq. Cessat enim omnis salutis suspicio in filiis, qui omnino sunt patri ab intestato successuri, & de quibus lex maxime confidit. Præterea fauor filiorum, propter quem inducta fuit dispositio §. ex imperfecto, ita militat in filius cæci, sicut in filius videlicet,

ADDITIONES.

a In testamento cæci Et cæcus quis dicatur, & qualiter probeatur, vide per Ate. §. cæcus. Inst. quib. non est perm. facere testa. atque Paul. de Cast. consil. 359. in 1. dub. volum. 2. Item cæci testamentum qua forma concipiatur: vide per Roy. in consil. 18. lib. 2. Et an in eo operetur clausula codicillaris, vide per Iaf. conf. 26. lib. 1. Et quod non sustineatur, non seruata forma d. l. hac consultissima, etiam si addit clausula codicillaris, vide per Iaf. conf. 82. lib. 3. vbi idem etiam, si apparet de pœna in casu impugnati testamenti, & de permissione heredis.

b Pater cæcus, &c. Et quod testamentum cæci conditum inter liberos valeat sine solemnitate, l. hac consultissima. de testam. magis communiter Doct. videntur sic ibi concludere, vt dicit Soc. in consil. 163. in princ. errore allegatum in text. quem vide per Ro. & adde per Rolan. conf. 82.

c Cessat item quibus remediis defendatur, vide per Rimin. iun. in consil. 84. per tot.

d §. Exi. perfecto Et ista est cõmunis opin. de qua videt atq̃ue dic vt per Boer. decis. 240. num. 20. vbi habes etiam in contrarium venientes Idem quando præcessit testamētum solemnne clausulam habens derogatoriam; per quam apparet magis dilexisse agnatos, quam filias institutas in secundo minus solemnni. Et similiter potest causa mortis donare non seruata solemnitate d. l. hac consultissima, & codicillari.

\* De solemnibus in cæci testamento requisitis vide late Kirz. comm. opin. vol. 3. lit. T. ver. testamētum, cont. 5. Et an in cæci testamento heredis institutio necessario præcedere debeat, vide Alex. Iaf. & Dec. in vulgata l. hac consultissima, & Rol. à Val. multas tum opiniones tum auctoritates colligentem toto conf. 82. vol. 1.

QUESTIO XVIII.

SVMARIA.

- 1 Filiusfam. an possit condere testamentum?
- 2 Et an de peculio aduentitio?
- 3 Et an filiusfam. possit de dote testari?
- 4 Et quid si in testamēto apposita sit clausula codicillaris?
- 5 Et quid si pater sit captus ab hostibus.
- 6 Et an possit filiusfam. testari de bonis castrensibus?
- 7 Et an de salario quod lucratus est tanquam aduocatus?
- 8 Et an possit filiusfam. testari ad pias causas?
- 9 Et an valeat staturum disponens, quod filiusfamil. possit testari?

QUESTIO XVII.

SVMARIA.

- 1 Quæ solemnitates in testamento cæci requirantur?
- 2 Et quid si cæcus velit inter liberos testari, nunquid duo testes sufficiant?

DICEBAM etiam supra q. 3. Aliud esse testamentum cæci, aliud videntis. Nam quod in testamento cæci \* ultra numerum septem testium, qui de iure communi in testamentis requiruntur, necesse est quod interueniat Notarius, vel in defectum Notarii alius,

**E**XPLICATIS diuisionibus testamentorum, nunc videndum est quæ personæ habeant testamenti factionem tam actiue quam passiue, id est, qui testamentum facere possint, vel non: & qui ex testamento capere possint, vel non. Nam in iure utroque modo dicitur quis habere testamenti factionem, & in primis quæro, an filiusfamil. in patris potestate existens possit condere testamentum: Respon. quod non, et etiam si pater id illi permittat. tex. est in l. qui in potestate. ff. de testam. & sic vides, quod filiusfam. non est prohibitus testari propter interesse patris, sed quia lex non approbat eius personam, tanquam legitimam ad condendum testamentum & ideo consensus patris non sufficit ad eius personam integrandam. Doctores multū laborant proinuenienda ratione, quare filiusfam. non possit testari, etiam cum patris consensu: & tandem dicunt illud esse, quia testamentum non potest ex alieno arbitrio pendere: & hæc ratio approbatur communiter per Dd. vbiq; vt dicit Aret. in d. l. qui in potestate. post num. 2. illam etiam dicit esse communem rationem Ias. in l. senium. numer. 9. C. qui testam. fac. post quæ tamen multas patitur difficultates, vt per Aret. in loco præallegato, & alios Scribentes. Sed quia hæc modicæ sunt vtilitatis, non insisto.

Vera igitur est, & indubitata conclusio, quod filiusfam. etiam cum patris b consensu non potest condere testamentum. \* Et hæc est communis regula, vt dicit Aret. in d. l. qui in potestate. col. 3. vers. Et ad rationem. cui adde in primis, quod neque etiam testari potest de peculio aduentitio. Et ista est communis opi. vt dicit Alex. in l. sicut certi. c. ca. si. C. de test. mil. Quæ quidem locum habet, etiam si huiusmodi peculium aduentitium spectaret ad ipsum filiumfam. pleno iure, neq; pater haberet in eo vsum fructum; adhuc enim filius de eo testari non poterit, etiam cum consensu patris. Ita sentit gl. in dict. l. qui in potestate. in verbo, nihilominus. & est communis opi. vt dicit Imola in leg. si cum filius § Titio decem. col. fin. ff. de donat. Soc. consil. 112. post numer. 2. vers. Confirmatur, lib. 1. quod est duplicatum col. 72. lib. 2. p. ou. illum refert Apostil. ad Boer. consil. 34. sub num. r. licet Socin. in lib. meo hoc non dicat. Ita etiam communiter teneri attestatur Alex. in l. senium. num. 6. in fin. C. qui test. fac. post Eandem opi. dicit esse communem Aretin. in dict. leg. qui in potestate. col. 3. vers. Et p. iusquam veniam. Ias. in l. fin. num. 3. C. de inoffic. testam. & in l. nemo. num. 2. C. qui test. fac. post. vbi dicit, quod hæc est communis opi. gl. & Doctorum, nemine discrepante, Alex. in dict. leg. nemo. num. 2. quem refert Ruinus consil. 24. num. 11. libr. 5. Dec. in ea. l. nemo. per totam lecturam. Baver. in § sciendum. num. 2. Insti. de testam. mil. Rubens consil. 93. num. 3. & ita seruat communis opi. vt ait Porc. Insti. quib. non est permiss. fac. testa. num. 12. & ratio est, quia, vt dixi, filius repellitur a testando, non propter interesse patris, sed quia non est legitima persona ad testandum.

Secundo adde, quod etiam filia quæ sit in potestate patris, non potest testari de dote sua c aduentitia. & ita concludunt communiter Dd. vt dicit Alex. in d. l. senium. n. 3. Militat enim eadem ratio, quod scilicet non est integra persona ad testandum: licet (respectu huiusmodi dotis) habeat integram personam ad comparandum in iudicio, vt dixi supra lib. 2. § filius.

Sed quæro; Tu scis, quod filium fam. potest donare causa mortis cum consensu patris, nunquid si aliquid relinquat in testamento, in quo sit apposta clausula codicillaris, illud relictu sustinebitur in vim

donationis causa mortis: dixi infra lib. 4. §. Donatio. q. 6. vers. Sed quæro.

Sed pone, quod pater sit captus ab hostibus, & quod patre existente apud hostes, filius faciat testamentum, & decedat, deinde pater revertatur; Quæro, nunquid tale testamentum valeat? Resp. quod non, sed indistincte, est nullum. Nam propter reditum patris fingitur semper filius in potestate patris fuisse. Ita dicit glo. in l. fin. §. ita tamen, in verbo. Rata. C. de sentent. pass. & est communis opin. vt dicit Crot. in repet. l. si is, qui pro emptore. n. 18. & seq. ff. de vsucap.

Scias tamen, quod de bonis castrensibus, vel quasi potest filiusfam. testari. l. fin. C. de inoffic. test. Sed de castrensi potest testari iure militari: si vero testetur de quasi castrensi, debet seruarius commune, vt ibi.

Sed quid de salario, quod filiusfam. aduocati à clientulis suis percipiunt, nunquid poterunt, etiam si sint in potestate patris, de eo ad eorum libitum testari? Resp. Specu. in tit. de actore, tenet, quod non. Sed contraria opinio est magis communis, vt testatur Ias. in d. l. si. num. 1. C. de inoffic. testam. hoc enim reputatur tanquam quasi Castrense peculium, vt dixi supra lib. 2. § filius.

Item quæro, nunquid filiusfamil. possit testari ad spias causas, dixi supra quæst. 5. vers. Sed nunquid.

Quæro etiam, an valeat statutum disponens, quod filiusfamil. possit testari? dixi supra lib. 1.

#### ADDITIONES.

a Quod non.) Adde etiam text. in §. 1. Insti. quib. non est permiss. fac. testam. cum similib. de quibus per la'o. in l. omnes populi. num. 72. ff. de insti. & iur. Sed an dignitas sacerdotalis liberet à patria potestate? quod sic, Bald. in l. apud hostes. de suis & legitim.

b Cum patris consensu non potest) Adde & nouissime vide per Rim. ian. in consil. 459. col. 1. qui limitat, secus stante statuto, & de testamento filiafamilias, quæ patrem instituit sibi heredem, atque de maritalib. blanditiis ad inducendum uxorem ad ei legandum quæ legauit: quod illud testamentum sit validum, & quod legatum factum per uxorem ob nimiam reuerentiam mariti stantis super eius caput sit nullum & inualidum: vide de omnibus per Afflic. de. is. 69. & in additionibus Cæs. Vrsil. ad eundem ibi.

c De dote aduentitia) De profectitia dixi supra sub quæst. 5. vbi quod non.

d Aduocati.) Idem dic de omnibus qui in dignitate vel officii publicis lucrantur: tamen si haud sint Dd. vel notarii, vt per Ang. de Aret. in § sciendum. num. 5. Insti. de testam. milit. p. c. eafum quem dicit notab. in l. si post principium. C. de inoffic. testam. quod bene not esse dicit. Item de filiosfam. notario, quod possit testari de eo quod ipse lucratur, cum censetur peculium quasi castrense. vide in decisio. Tholos. 10. & ibi per Aufreri.

e An valeat.) Et quod valeat. vide Bald. in leg. cunctos populos. num. 15. Cod. de sum. trin. & fide cathol. Bart. in leg. 1. § lex Falcidia in fin. ff. ad leg. Falcid. Et an tale statutum extendatur ad bona extra territorium: quod non, per Bart. & Bal. in l. cunctos populos. col. 9. in fin.

\* Sed neque legare neque fidei committere potest, ac ne quidem mortis causa donare nisi parte presente, vel notario, pro ea stipulante, Bart. in l. tam is qui, num. 2. ff. de mor. cau. don. Alex. l. 3. nu. 8. c. qui test. Guid. Pap. dec. 223. Dec. consil. 195. num. 5. Rol. à Val. consil. 82. num. 27. & 28. vol. 1. ideoque illi plane cœcutiunt, qui putant filiusfam. testamentum ex clausula codicillari sustineri, nec minus hallucinantur, qui putant filiusfam. testamentum eo sui moris effectu conualidari. Caph. consil. 406. nu. 2. vol. 3. cautela tamen tutissima recepta est, vt si filiusfam. de aduentitiis testari velit, primoribus ordinibus initiatur, quia liberam habebit testandi facultatem Bartolom. Cæpp.

## QVÆSTIO XIX.

## S V M M A R I A.

- 1 Bannitus an possit condere testamentum?
- 2 Et quid si sit etiam condemnatus ad mortē naturalem?

1 **Q**VÆRO, an bannitus ab aliqua ꝑ ciuitate, retineat testamenti factionem? Respon. hæc quæstio habet duo capita. Primum, an possit condere testamentum. Secundum, an possit capere ex testamento. Circa primum Bart. in l. eius qui §. i. nu. 3. ff. de test. & in vulgata sua q. i. in ip. Lucana ciuitatis n. 26. distinguendo concludit, quod Aut bannitus vult testari secundum statuta ciuitatis, à qua exulat, & non potest: quia propter bannum amisit illorum beneficium: Aut vult testari secundum ius commune, & potest: quia bannum illius ciuitatis non potuit illi auferre beneficia iuris communis. Et hanc distinctionem Bar. dicit communiter teneri Nellus in tract. bannitorum, in 1 parte secundi temporis, nu. 52. Sed ego alias dicebam, quod hæc opi. Bart. ita generaliter, & indistincte intellecta, non videtur vera, & omittendo auctoritates Dd. loquentium in hac materia, quæ sunt prope infinitæ, Dic, quod aliquando quis est simpliciter bannitus: & intelligo simpliciter bannitum eum, qui est condemnatus in solo exilio, cui non est appositæ pœna mortis, etiam si perueniret in fortiam communis: prout videmus quotidie propter aliquod delictum multos condemnari in exilium, vel perpetuum, vel temporale, etiam arbitrio Principis, vel Senatus, vt dixi infra lib. 5. §. fin. q. 71. circa prin. & talis nullo modo efficitur intestabilis, ex quacunque causa sit bannitus. Ita probat text. in d. l. eius qui §. i. ibi s. d. relegati, & intelligo, quod poterit testari, non modo secundum ius commune, sed etiam secundum statuta ciuitatis à qua est bannitus: nisi in ea adsit statutum, quod banniti non gaudeant beneficio statutorum, prout est in multis ciuitatibus Italia; & poterit disponere de bonis suis tam sitis intra territorium ciuitatis, à qua est bannitus, quam extra: & quod plus est, etiam si tempore banni eius bona fuissent confiscata (vt plerunque fit) tamen si post confiscationem aliquid acquireret, posset de eo disponere, & testari: ex quo iuxta communes regulas, in confiscatione non veniunt bona futura, vt dixi in d. §. fin. q. 79. vers. Vterius quæro.

*Bona futura*) Contrarium videtur tenere Gram. consil. 7. vi. de tamen Dec. cons. 235. 438. & 446. Bart. in l. si qua. ff. de iis qui sunt sui vel alien. iur. in l. 4. C. de iur. fisc. lib. 10. in leg. 1. ff. de bon. damn. Item an publicatus bonis veniant legata conditionalia. Bart. in l. quod traditum. ff. de cond. & demonstr.

2 Aliquando vero quis ꝑ non modo est bannitus, sed etiam est condemnatus ad mortem naturalem, quæ illi in sententia comminatur, vbi in fortiam communis perueniret: & hoc potest dupliciter contingere. Primo, quando sententia mortis præcedit bannum. puta quia detentus in carceribus fuerit condemnatus ad mortem, & post condemnationem auferat e manibus iudicum, & deinde iterum citatus (vt fit) in contumaciam iterum bannitus fuerit, & condemnatus cum comminatione, de qua supra. Secundo vero, quando sententia mortis & exilii simul profertur contra absentem, prout quotidie fieri videmus, stantibus ordinibus siue statutis, quod contumax habeatur pro confessio. & de illis bannitis non est tractandum, tanquam de simpliciter bannitis, sed

etiam tanquam de condemnatis ad mortem. Et ideo dic, quod aut iste fuit ad mortem condemnatus pro delicto, pro quo de iure communi erat imponenda pœna mortis: & fuit in processu & sententia seruata a dispositio iuris communis, quia scilicet fuit condemnatus præsens, & factis suis debitis defensionibus: & tunc talis per huiusmodi condemnationem iam effectus est intestabilis, tanquam seruus pœnæ: & ideo licet aufugiat e manibus Iudicis, adhuc remanet seruus pœnæ, & consequenter non poterit testari, vt dixi infra q. 21. neque intra territorium illius ciuitatis, neque extra: quia talis sententia lata secundum ius commune, illum afficit vbi que locorum. Aut vero fuit condemnatus ad mortem pro delicto, ex quo imponitur pœna mortis, per statutum illius ciuitatis, & non de iure communi. Vel fuit condemnatus contra formam iuris communis, puta in contumaciam, stante statuto, de quo supra, quod contumax habeatur pro confessio: & tunc est distinguendum, an iste bannitus perueniret in fortiam communis, vel non. Nam priusquam perueniat in fortiam communis, secundum magis communem sententiam, non est adhuc effectus seruus pœnæ, vt dixi supra lib. 2. §. bannitus. & ideo poterit testari. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Aretin. in dict. l. eius qui §. i. post num. 3. vers. Vnus est. Neque in hoc ego facio differentiam, an sit bannitus cum confiscatione bonorum, vel non; quia ad hoc vt quis dicatur testabilis, vel intestabilis, nõ consideratur bona, sed status personæ. Ideo dato, quod eius bona essent confiscata, poterit adhuc testari de bonis, si quæ habet extra territorium ciuitatis, à qua est bannitus: illa enim non comprehenduntur in confiscatione bonorum, vt dixi infra lib. 5. §. fin. q. 78. vers. Quæro nunquid. Item de illis quæ acquireret post confiscationem. Nam in publicatione bonorum non veniunt bona futura, \* vt dixi. Item dato etiam, quod nulla bona haberet, non est sine vtilitate, vt quis possit condere testamentum, vt dixi infra quæst. 20. vers. Relegatus.

Aut vero iste bannitus ꝑ peruenit in fortiam communis, & tunc non potest testari, vt dixi infra q. 21. vers. Aut vero: Et Aduerte, quia in hoc articulo ego non facio vim, an talis bannitus, siue ex tenore sententiæ, siue ex forma statutorum, possit impune offendi, vel non. Cum enim illa qualitas, quod possit impune offendi, non respiciat statum personæ, non videtur habenda in consideratione, quo ad hoc, an quis efficiatur intestabilis, vel non.

## A D D I T I O N E S.

a *Seruata dispositio, &c.*) Verum quo in casu bannum sit nullum ob formam non seruata in citationibus ob iniustitiam? vide per Bertazo. crimi. cons. 233. Sed quid si in inquisitione non adsit qualitas, secundum quam poterit fieri condemnatio: An possit deinde lata sententia fisco dare capitula ad probandum qualitatem non expressam? vide per eundem Bertazo. in cons. crim. 197. Et an fisco possit concedi integrum restitutio? vide per eundem cons. 198.

\* Hæc etiam additionalia, quod esse verissimum probat text. in l. si tibi mandauero. §. is cuius ff. manda. leg. interdict. ff. de condi. & dem. Deci. consil. 438. num. 10. l. si ita stipulatus fuerim §. cum stipulamur ff. de verb. obl. Rom. fin. 170. Dec. consil. 235. num. 5. Idem post Alex. & Bart. in l. 3. §. fin. ff. quod quis tu vide copiosius Ar. Pin. in rub. de bon. ma. 7. par. num. 2. 3. & 26. & Caph. toto consil. 121. volum. 3. præsertim num. 49. & 52. & Menoch. cons. 101. volum. 1.

## QVÆSTIO XX.

## SVMARIA.

- 1 Bannitus an possit capere ex testamento?
- 2 Et an saltem bona, posita extra territorium ciuitatis à qua est bannitus?

**C**IRCA secundum: An bannitus † possit capere ex testamento, multa etiam traduntur per Scribentes, maxime in locis ordinariis. Bartol. in *praallegata q. sua* 1. incipit *Lucana ciuitatis. num. 29.* distinguendo dicit; quod aut bannitus non potest virtute statuti illius ciuitatis impune offendi; & tunc est capax omnium successionum, quæ illi deferuntur tam ex beneficio iuris municipalis illius ciuitatis, quam ex dispositione iuris communis: sed si potest impune offendi, tunc non poterit succedere in hereditate sibi delata ex beneficio statutorum illius ciuitatis: erit tamen capax iurium, & successionum, quæ illi deferuntur de iure communi. Et hanc opin. Bart. dicit esse communem Alexan. in *l. 1. num. 4. C. de hered. instituendis.* quem refert Ruin. *consil. 49. num. 3. lib. 4.* Idem etiam dicit Alex. *consil. 26. num. 2. in fin. libr. 1.* quem refert Vantius de *nullit. in Rub. ex inhabilitate. num. 15.* Nellus de *bann. in 1. parte. secundi temporis. q. 5.* Corn. *consil. 29. in primis verbis. lib. 2. & consil. 52. in litera L. eo. volum.* Alexan. *consil. 75. nu. 2. lib. 1.* quem refert Blanc. de *compromiss. in 2. q. num. 16.* Clau. in *l. Gallus. §. nunc videndum. post num. 4. & in leg. ex facto. num. 4. ff. ad Trebell. Cur. sen. consil. 59. num. 19.* Curt. iun. *consil. 182. nu. 4. Iaf. consil. 166. col. 1. lib. 2. & in l. 1. num. 5. & seq. C. de her. instit. Ripa in d. §. ex facto. numer. 14. ff. ad Trebel.* Et sic vides magis communem opinionem esse, quod bannitus sit capax successionum, quæ ei deferuntur ex dispositione iuris communis.

2 Et hæc quidem conclusio de plano † procedit, quantum ad bona sita extra territorium (illa enim non possunt affici ex banno quod emanauit in alieno territorio) & sic remanent in dispositione iuris communis. Sed quid de bonis sitis intra territorium ciuitatis, à qua iste reperitur bannitus? Respond. Rayner. in *d. l. 1. C. de her. instit. tenet,* quod nullo modo iste bannitus possit in huiusmodi bonis succedere. Licet enim ius commune illius ciuitatis non possit banniendo tollere ius commune: potest tamen illud offuscare, & adumbrare, ita vt in suo territorio effectum nõ fortiat. Et hanc opinionem dicit esse communem Iaf. in *praalleg. consil. 166. col. 3. versic. Quarto facit. lib. 2.* Sed quidquid dicat Iaf. credo, quod magis communis opin. sit in contrarium, scilicet, quod imo, etiam si bannitus possit impune offendi, retineat beneficia iuris communis, etiam quo ad bona posita intra territorium illius ciuitatis, prout hanc esse magis comunem sententiam \* attestatur Ripa in *d. l. ex facto. §. ex facto. nu. 15.* Maranta in *repetit. leg. is potest. num. 119. ff. de acquir. hered.* Et quod bannitus retineat beneficia iuris communis, etiam in ciuitate à qua exulat, non videtur dubitandum: ex quo multi ex Doctoribus, per me supra allegatis, ita attestantur esse communem opinionem, & recensent auctoritates, quæ facile dinumerari possunt. & illam etiam credo veriore esse: nam huiusmodi banna, quæ contra abentes proferuntur, sunt valde exorbitantia à dispositione iuris communis, merito restringenda, vt quantum minus fieri potest, operentur. Bene verum est, quod si extaret statutum a excludens expresse bannitum ab omni iure & successione, vel huiusmodi, eo casu procederet opi-

nio Rayn. quod scilicet amitteret etiam successiones sibi intra territorium illius ciuitatis delatas, etiam ex beneficio iuris communis: Sed alio non apparente, consulendo aut iudicando, nõ recedas ab opin. Bart. quæ communis est, & verior: in proposito tamen huius quæst. vide quæ dixi infra, *lib. 5. §. fin. quæst. 71. versic. Dixi autem.*

## ADDITIONES.

- 2 Si extaret statutum excludens ) De cautela ad succurrendum bannito; vide per Duran. de *arte testan. tit. 1. caut. 10. in fin.* Cæpol. *cautel. 38. in fin.* Cæphal. *consil. 334. nu. 29.* & per Rimin. iun. *consil. 379. nu. 85. cum duob. seq.*
- \* Adde Bartol. Bald. Angel. Sal. Alex. Corn. *ad l. 7. C. de her. instit. & late Cæph. consil. 124. vol. 3.* Iul. Clar. *pract. crimin. §. fin. quæst. 71.* Menoch. *consil. 91. num. 2 & consil. 201. per totum. vol. 1.*

## QVÆSTIO XXI.

## SVMARIA.

- 1 Condemnatus ad mortem an possit testari?
- 2 Et quid si ex manibus iudicum aufugerit?
- 3 Et quid si genus mortis, ad quod fuit condemnatus, est à iure prohibitum?
- 4 Et quid si fuerit in contumaciam condemnatus?
- 5 Et an talis condemnatus ad mortem possit testari ad pi-  
as causas?

**Q**VÆRO, nunquid condemnatus † ad mortem possit testari? Resp. quod Aut talis condemnatus est præsens, ita quod post condemnationem statim faciendâ est executio: & hoc casu, cum per condemnationem effectus sit seruus pœnæ, non poterit testari. Et hæc est communis opinio, vt dicit Bal. in *l. fin. nu. 15. C. si à non compet. iud.* quem refert Apostil. ad *Ang. de malef. in verbo, Et ibi caput. sub nu. 20.* Idem dicit Apostil. supra allegata *sub nu. 23.* & hoc siue esset condemnatus secundum ius commune, siue secundum statuta illius loci: nam vtroq; casu proculdubio est intestabilis, quantum ad bona sita in illo territorio. Quo ad alia vero, ita demum efficitur intestabilis, si est condemnatus, seruata tam in processu, quam in sententia, dispositione iuris communis. Quinimo, si prius condidisset testamentum, illud fiet irritum. *l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto rupto.* quod tamen intellige, vt dixi in *vers. Aut vero.* Bene verum est, quod quidquid sit de iure, hodie fere vbique contrarium obseruatur. Quia etiam illi, qui sunt decapitandi, plerumq; in carcere faciunt testamenta, & instituunt heredes, quando eorum bona non confiscantur. Et ita quotidie de consuetudine obseruari attestatur Imola, in *cap. quia ingredientibus. num. 30. in fin. de testa.* quem refert Natta *consil. 177. nu. 4.* Sed certe, ego credo, quod talia testamenta de iure parum vel nihil valeant: quidquid tamen sit, non puto esse ab ipsa consuetudine recedendum.

Sed quid si reus post † condemnationem, antequam fiat executio, ex manibus Iudicum aufugerit, \* nunquid poterit testari? Resp. quod non: adhuc enim remanet seruus pœnæ, & consequenter intestabilis. Ita tenent communiter Dd. vt dicit Arc. in *l. si quis post accus. num. 3. ff. de testam.* Ita etiam communiter teneri attestatur Abbas in *Rubr. de testam. num. 4.* Sed hoc intelligo, vt procedat in illo territorio, in quo fuerat condemnatus, & quo ad bona intra illud territorium existentia. Nam in eo territorio, & quo ad illa, semper remanet intestabilis; sed quo ad bona existentia extra illud territorium, talis sententia eum non efficeret intestabilis: & ideo ipse existens extra illud territorium, posset de eis testari, nisi tamen esset condemnatus pro

rus pro delicto, pro quo de iure communi debuisset ad mortem condemnari; & in processu esset seruata dispositio iuris communis. Nam eo casu ubique, & quo ad omnia semper remanet intestabilis, vt supra dixi.

3 Sed pone, quod † Iudex condemnat reum ad pœnam mortis, sed genus mortis, quo Iudex eum voluit puniri, est à iure prohibitum; puta veneni, mallei, vel securis, vel præcipitii, nunquid ex tali condemnatione reus efficitur intestabilis? Resp. quod non, etiã si delictum, pro quo est condemnatus, mereretur pœnam mortis. Ita dixit Ang. in l. si quis mihi bona. §. si fisci. ff. de acquir. hered. Et ita concludunt Dd. vt dicit Apostil. ad Ang. de malefic. in verb. & ibi caput, post num. 23. hanc etiã opin. dicit esse communem eadem Apostil. in eo. verb. sub num. 29. Ex quo enim huiusmodi pœnæ sunt à iure interdictæ, non possunt efficere aliquem seruum pœnæ, & sic intestabilem; quod nota in practica, quia est mirabilis decisio.

4 Aut vero talis † condemnatus erit absens, sed fuit condemnatus virtute statuti disponentis, quod contumax habeatur pro confesso, & quod contra eum possit procedi ad sententiam definitiuam; & tunc si iste condemnatus & bannitus non veniat in fortiam communis, non efficitur seruus pœnæ, & id eo poterit testari. Si autem veniat in fortiam communis, tunc efficitur seruus pœnæ, & consequenter non poterit testari. Et hæc est magis communis opin. vt dicit Aret. in d. l. eius qui. §. 1. post num. 4. vers. sed dubium. Et si priusquam veniret in fortiam cõmunis, fecisset testamentum, illud redderetur nullum. Quæ tamen omnia, vt supra sapius dixi, intellige, quo ad bona sita intra illud territorium, non autem quo ad alia; nam sententia illa condemnationis & banni, accipit virtutem & robur ex dispositione statutorum illius ciuitatis, & non à iure communi; merito non potest effectum suum porrigere extra illud territorium; & ita teneas.

5 Quæro, nunquid † condemnatus ad mortem possit testamentum condere ad pias causas? dixi supra, quest. 5. vers. Quæro quid in damnato.

\* An saltem possit de bonis post condemnationem quaesitis testari, vide Ben. Capr. in tur. commun. opin. vol. 1. vers. sc. testamentum condemnati.

QVÆSTIO XXII.

SVMARIA.

- 1 Deportatus an possit condere testamentum?
- 2 Et an possit capere ex testamento?
- 3 Et quid in relegato?

1 QVÆRO, nunquid deportatus † habeat testamenti factionem? Resp. hæc quaestio pariter habet duo capita, intelligendo de factione testamenti actiue & passiue, vt dixi supra, q. 18. Si ergo quaeris, nunquid deportatus possit condere testamentum? Respon. quod non: & de hoc est tex. in l. eius qui. §. 1. de testam. intelligendo ibi, verbum, deportati, vt stet in casu nominatiuo; non autem in genitiuo, prout intelligit ibi gloss. subaudiendo, verbum, bona, & male, iudicio meo. Et hæc opin. quod deportatus non possit testari, communiter tenetur, vt dicit Imola in cap. quia ingredientibus. post num. 30. de testament. Illam etiã dicit esse communem Maranta in repet. l. is potest. num. 17. ff. de acquir. hered. Natta in repet. §. ex imperfecto. num. 51. Amittit enim deportatus libertatem, & omnia quæ sunt iuris ciuilibus, &c.

Si autem quaeris, nunquid † deportatus possit capere ex testamento? Respon. pariter, quod non. Est enim talis deportatus prorsus incapax omnis successionis, vt dixi supra hoc eod. lib. §. 1. & est communis opin. vt dicit Alex. in l. 1. num. 2. C. de her. instit. Hereditas autem ipsa non applicatur fisco, neque fiscus illam aufert à deportato, tanquam ab indigno, sed perinde succeditur defuncto per alios institutos, vel peruenientes ab intestato, ac si deportatus institutus nõ fuisset. Et hæc dicit esse magis communem & veram sententiam Alex. conf. 26. nu. 1. lib. 1.

Relegatus autem non perdit † testamenti factionem, vt probat text. in d. l. eius qui. §. 1. Non enim amittit libertatem, neque ea quæ sunt iuris ciuilibus, & ideo licet in sententia relegationis sint etiã confiscata eius bona, prout sæpe fit, & de iure fieri potest, vt est tex. in l. relegati. & in l. relocatorum. §. ad tempus. ff. de interd. & relog. nihilominus (vt dixi) retinet testamenti factionem. Et si dicas, quid operatur testamenti factio sine bonis? Resp. quod multum operatur circa bona, quæ in ipsa confiscatione nõ comprehenduntur, vt dixi supra, q. 19. vers. Aliquando vero. Præterea testamentum & hereditas vtique considerantur etiã in eo, qui nihil in bonis relinquit, neque id prorsus est sine vtilitate. Nam qui potest testari, poterit (licet ipse nihil habeat in bonis) substituere filio suo pupillariter: quod tamen facere non posset, si non haberet testamenti factionem. l. 2. §. filius. ff. de vulgar. Item poterit dare tutorem filiis suis; quod pariter fieri nõ potest, nisi in testamento aut codicillis testamenti confirmatis. leg. 3. ff. de test. tute. vt eleganter considerat Imol. in d. e. quia ingredientibus. num. 7. &c.

ADDITIO.

a Relegatus. Obiter hic scias, quod relegatus ad tempus potest finito tempore redire absq; alia superioris licentia: vide per Caph. plene in conf. 235. num. 12.

QVÆSTIO XXIII.

SVMARIA.

- 1 Condemnatus ad perpetuos carceres an perdat testamenti factionem?

QVÆRO, nunquid condemnatus † ad perpetuos carceres perdat testamenti factionem? Respon. Abbas in Rub. de testam. post nu. 4. vers. Dubitatur etiã. dicit, quod si talis condemnatus ad perpetuum carcerem est laicus, proculdubio efficitur intestabilis, & quod hæc est communis sententia. Hanc etiã dicit esse communem Fran. c. in Rub. de testam. vers. 12. prohibetur. quem refert Bertran. consil. 194. post num. 2. lib. 1. in 2. parte. quæ tamen opinio nunquam mihi placuit. Certum est enim, quod de iure ciuili non imponitur hæc pœna carceris, vt dixi infra lib. 5. §. fin. q. 70. vers. pœna autem. Cum ergo non possit quis effici intestabilis, nisi quando imponitur pœna à lege permessa, vt dixi supra, q. 21. vers. Sed pone. sequitur, quod talis condemnatus ad perpetuos carceres de iure ciuili non amittit testamenti factionem.

QVÆSTIO XXIV.

SVMARIA.

- 1 Excommunicatus an possit testari?

QVÆRO, an excommunicatus † possit testari? Resp. gloss. in c. decernimus, in verb. & testificando, de sentent. excommu. in 6. tenet quod non. & dicit Alber. in l. 1. num. 4. C. de here. instit. quod ita tenent communiter Cano. & forte tempore Alberici ista \* opin. sal-

tem apud Cano. erat magis communis. Sed hodie contraria opi. scilicet, quod imo excommunicatus a possit a testari, est magis communis, vt dicit Abb. in *Rub. de testam. nu. 5. Barba. in c. quia ingredientib. col. fin. de testa. quem refert Io. Dilec. de arte testandi. tit. 1. caut. 10. nu. 1. Aretin. in l. si queramus. colum. pen. vers. Tertio adde ff. de testa. quem refert Apollil. ad Ang. de b. Aret. in §. fin. sub num. 10. Instit. quibus non est permiff. fac. test. & Francus in repet. *Rub. de testam. nu. 32. And. Besset. in repetit. l. 1. num. 65. C. de sacrosanct. Eccles. Bertrand. conf. 227. nu. 11. lib. 2. in 1. parte. & conf. 41. num. 1. lib. 2. in 2. parte.* Et dicit Corne. *conf. 180. in litera R. lib. 4.* quod est communis sententia fere omnium, maxime in occulte excommunicato. Et hæc opi. intrepide tenenda est, vbi duo concurrant. Primum, quod non sit excommunicatus ex causa, quæ alias redderet illum intestabilem. Secundum, quod excommunicatio sit occulta; si vero hæc duo non concurrerent, res non esset sine difficultate. Sed pro nunc nihil determino.*

## ADDITIONES.

<sup>a</sup> Excommunicatus possit testari.) Et quod excommunicatus habeat actiue & passiuè testamenti factionem: communem dixi in colle. mea com. opin. ver. excommunicatus. nu. 7.

<sup>b</sup> Ang. de Aret.) Aduerte quod Ang. ibid. excipit vnum casum, videl. in hæretico, in quo hoc esse speciale dicit, vt non possit testari: alii autem possunt: & illam communem attestantes retulit Apoll. ibid.

<sup>†</sup> Et quid si publice sit excommunicatus, & quid si pro vsuris, pro hæresi, pro iniuria facta Cardinali, & quid si sit anathematizatus, & quid si ex privilegio testandi facultas sibi competat, vide late Gabr. de testam. conclus. 1.

## QVÆSTIO XXV.

## S V M M A R I V M.

<sup>1</sup> Infamis an possit testari?

<sup>1</sup> <sup>a</sup> QVÆRO, an infamis possit testari? Resp. quod sic. Ita tenet Bartol. in *l. is cui. §. si quis ob carmen. ff. de testam.* & ita communiter tenetur, vt dicit Abbas in *Rubr. de testam. post num. 8. vers. XV. prohibetur.* Quod intellige, nisi expresse à lege prohibitus sit testari, prout est infamis condemnatus ob libellum famosum, vt probatur in *d. §. si quis ob carmen.*

## ADDITIONES.

<sup>2</sup> Infamis.) Adde quod infamis quis efficitur tripliciter, vt per Cæph. *conf. 227. nu. 14.* videlicet, ipso iure, per sententiam, & ex genere pœnæ, vt quia iussu prætoris fustibus quis sit cæsus. Item quæ personæ infames dicantur, vide in *c. infames. 6. q. 1.* Et obiter sic scias, quod infamis repellitur ab omni officio publico, & ab omni dignitate Ecclesiastica, etiam ab habita. Instantia vero facti repellit à dignitatibus habendis, nō à quæstibus, nisi dicatur in sententia. Item non repellit à dignitatibus & honoribus beneficialibus. Hæc & alia notatu digna vide per Felin. in *cap. præterea. de testib. cogen.* vbi etiam habes, quod imputandum est ei, qui assumitur ad officium publicum, si non detegit inhabilitatē suam, & quod indignus, qui patitur se eligi consentiendo electioni, punitur.

## QVÆSTIO XXVI.

## S V M M A R I A.

- <sup>1</sup> Vsurarius manifestus non potest testari, nisi præstita cautione de restituendis vsuris.
- <sup>2</sup> Et an præstanda sit cautio pignoratitia?
- <sup>3</sup> Et quid si talis cautio post testamentum conditum præstetur?
- <sup>4</sup> Et quid si vsurarius deserit vsuras exercere?
- <sup>5</sup> Et quid in Iudæo vsurario manifesto?
- <sup>6</sup> Et an vsurarius manifestus possit donare causa mortis?

<sup>1</sup> <sup>a</sup> QVÆRO, an vsurarius manifestus possit a testari? Resp. quod sic: dummodo præstet cautionem

de restituendis vsuris, iuxta formam *c. quanquã, de vsur. in 6.* Quis autem dicatur vsurarius manifestus, dixi infra *lib. 5. §. vsura. vers. Sed hic quero.*

Sed <sup>†</sup> quero, quia ille text. simpliciter requirit, quod præstetur idonea cautio, nunquid sufficiat nuda cautio, an autem requiratur pignoratitia vel fideiussoria? Resp. quod requiruntur pignora, vel fideiussores. Ita tenet glof. in *dict. c. quanquam. in verbo, Idonee.* quam dicit esse communiter receptam Didac. *libr. 3. resol. c. 3. nu. 6.*

Sed pone, quod conditum sit testamentum non præstita cautione; iuxta formam *d. c. quanquam.* sed post testamentum præstetur talis cautio, nunquid testamentum ipsum, præstita ex post facto cautione, reuocualefcet? Resp. quod in hoc artic. magna est controuersia inter scribentes: tamen magis communis opin. est quod reuocualefcet; vt attestatur Alexand. in *l. Gallus. §. ille casus. num. 8.* licet dicat quod contraria opinio est de iure sustentabilior. Eandem opin. dicit esse communem Felin. in *cap. cum dilectus. num. 3. de accus. Dec. in l. quod in initio. num. 12. ff. de reg. iur.* Didac. in *d. c. 3. post num. 9. vers. XII. hoc.* Et hæc opin. tanquam æquior tenenda esset in practica.

Item quero, si vsurarius manifestus desinat exercere vsuras, nunquid in eo locum habebit dispositio *dict. c. quanquam;* vt scilicet non possit testari, nisi præstita cautione? Resp. <sup>\*\*</sup> quod sic. Et hæc est magis commun. opin. vt attestatur Soc. *conf. 127. ante num. 1. lib. 3.* & etiam tutor animæ, propterea iudicando, aut consulendo, non esset ab ea recedendum. Certum est enim, quod etiam, quod quis desinat fœnerari, non tamen propterea desinat esse vsurarius, vt dixi infra *lib. 5. §. vsur. vers. Vltimo quero.* Sed istam conclusionem intellige, vt procedat in vsurario, qui vsuras non restituit. Nam si vsuras restituisset, & desinisset fœnerari, vtique posset condere testamentum; esset enim superflua cautio pro restituendis vsuris, si iam facta esset restitutio.

Quero etiam, nunquid <sup>†</sup> dispositio *d. c. quanquam* habeat locum etiam in Iudæis? Resp. quod non: <sup>\*\*\*</sup> sed eorum testamenta valent, etiam si publice exerceant vsurariam prauitatem. Et ita videmus communiter obseruari, vt dicit Aret. *consil. 58. in vltimis verbis.* Cum enim Iudæi sint extra gremium Ecclesiæ, non est de eis curandum, vt dixi supra *lib. 2. §. Iudæus.*

Quero, an vsurarius manifestus possit donare causa mortis, dixi infra *lib. 4. §. Donatio. quæst. 7.*

## ADDITIONES.

<sup>a</sup> Possit testari.) Adde hic, quod sicut vsurarius manifestus prohibetur testari, prohibetur etiam causa mortis donare, hanc magis communem vide per Alex. in *l. discretus. numer. 2. C. qui testam. fac. possunt.* Et de cautelis vide per Duran. *de art. test. tit. 1. caut. 7.* Et dixi in *colle. mea commu. opin. verb. vsurarius. num. 7.* Item quis dicatur vsurarius manifestus, habes ibid. *num. 4. & 5.* non transcribo. Vide etiam de illa q. per eund. *§. donatio. q. 7.*

<sup>\*</sup> Vide latius Gabr. *conclu. 3. de testamen.* à quo multas tum ampliaciones tum limitationes addices, & an testamentum factum priusquam vsuras exerceret, sustineatur, vide Cæph. *conf. 402. num. 14. vol. 3.*

<sup>\*\*</sup> An idem de excommunicati testamento dici possit, nimirum illud derenta ab solutione reuocualefcere? vide Hyp. de Marl. in *l. questionis habende. num. 53. 54. ff. de quæstio.*

<sup>\*\*\*</sup> Adde Alexand. *consil. 6. volum. 6. Socin. consil. 70. 71. 72. volum. 7. Hi. fin. 609.*

## QVÆSTIO XXVII.

## S V M M A R I A.

- 1 Prælati aut Clerici an possint testari?
- 2 Et an de bonis suis patrimonialibus, si nullos habeat propinquos.
- 3 Et quid de bonis quaesitis post adeptum beneficium, seu prælaturam?
- 4 Et quid de bonis Ecclesiæ?
- 5 Et an Papa possit dare licentiam Clerico testandi de bonis Ecclesiæ?
- 6 Et quid de bonis quaesitis ex fructibus Ecclesiæ?
- 7 Et an Papa possit concedere Prælati, ut de huiusmodi bonis possint testari?
- 8 Et quid de fructibus extantibus collectis in bonis Ecclesiæ?
- 9 Et an Clericus decedens ab intestato tales fructus ad heredes suos transmittat?
- 10 Et an Clericus possit de quotidianis distributionibus testari?

¶ QVÆRO, nunquid Prælati & Clerici possint testari? Hæc est pulchra quæstio, & sæpissime contingit in practica. Præmitte ergo in primis pro intelligentia eorum, quæ dicenda sunt, quod in hoc proposito possunt considerari quinque genera bonorum: scilicet; Bona propria seu patrimonialia ipsius Clerici, siue Prælati. Item, bona Ecclesiæ, siue beneficii. Item, bona quaesita ex fructibus Ecclesiæ. Item, fructus collecti in bonis Ecclesiæ. Item, quotidianæ distributiones quas Clericus percipit in ipsa Ecclesia.

Circa bona patrimonialia videtur absolute dicendum, quod quilibet Clericus, siue Prælati, possit de eis ad sui libitum disponere, & testari; intellige, quando sunt quaesita ante clericatum, ut statim subiiciam. Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando Prælati habet filios, vel propinquos. Sed quid si nullos habeat propinquos, nunquid poterit in bonis suis patrimonialibus extraneum heredem instituere, & cum Ecclesiæ præferre? Dubium facit *tex. in cap. Episcopus qui filios. 12. quæst. 2. ibi. alium quam Ecclesiam non relinquat heredem.* Sed dic, quod ille *tex.* est potius consilii, quam præcepti, ut sentit gl. ibi; & ideo tene, quod poterit Prælati testando præferre extraneum Ecclesiæ, & ista est communis opin. ut attestatur *Barb. de præstatiâ Card. in 3. q. basilica prima partis, post n. 40. vers. Nunc venio.* quæ etiam est æquior: ut scilicet unusquisque liberam de bonis suis disponendi habeat facultatem.

Sed quid dicendum est de bonis patrimonialibus quaesitis, postquam Clericus ad beneficium, seu prælaturam fuit promotus, nunquid etiam de illis poterit testari? Resp. Aut constat, quod Prælati, vel Clerici, illa acquisiuit ex patrimonio Ecclesiæ, vel eius contemplatione, & tunc non potest Clericus de eis testari: alia n. bona sunt Ecclesiæ quaesita, non autem ipso Clerico, aut Prælati. Aut vero constat, quod illa acquisiuit ex suis laboribus, vel industria: & tunc efficiuntur propria ipsius Clerici, & consequenter poterit de eis testari. Et hæc est communis opin. ut dicit *Cor. cons. 314. in litera A. lib. 3.* Sed quid si nihil probetur? Resp. quod in dubio, alio modo docto, præsumptio est, quod sint quaesita intuitu Ecclesiæ. Ita tenet *Ioan. And. in cap. 3. de testam. quem sequuntur communiter Doctores, ut ait Socin. consil. 91. num. 1. lib. 3.* Dicit etiam *Albe. in Auth. licentiam, post nu. 3. C. de Episc. & cler.* quod ita tenent communiter *Can.* Et hanc opin. dicit esse communem *Corn. consil. 88. in litera R. lib. 2. & in d. cons. 314. in litera B. & consil. 288. in litera E. lib. 4.* Bene verum est, quod si probetur, quod Clericus habebat patri-

monium, vel officium, vel exercitium, vel aliquid aliud, ex quo potuerit illa acquirere, præsumitur acquisiuisse, secundum quod magis est verisimile, & in hoc concordant communiter omnes, ut dicit *Corn. in alleg. cons. 88. in litera R. lib. 2. & ideo hoc casu bonum esset habere Iudicem fauorabilem.*

Dixi secundo, quod habet Clericus, seu Prælati, bona Ecclesiæ, seu beneficii, intellige, tanquam simplex administrator; etenim est eorum dominus, aut possessor, ut dixi supra *lib. 2. §. Prælati.* Et de istis bonis non est aliquo modo tractandum: quia bona Ecclesiæ sunt Dei, & sunt reseruatæ, ut de eorum fructibus d. subueniatur egentibus. *cap. videntes 12. q. 1. merito non potest Prælati, aut Clericus, de eis disponere aut testari. Et hoc est indubitatum.*

Sed quæro, nunquid Papa possit dare licentiam Clerico, testandi de bonis Ecclesiæ? Resp. quod sic, & est communis opinio, ut dicit *Dec. consil. 521. post n. 3. nam (ut vulgaris est regula) Papa in beneficialibus omnia potest. Debent autem ex honestate summi Pontifices diligenter advertere, ne id faciant sine causa. Quamuis enim omnia liceant, non tamen omnia expediunt.*

Tertio dixi, quod potest habere Clericus bona quaesita ex fructibus Ecclesiæ; & de huiusmodi bonis pariter Clericus seu Prælati testari non potest. Nam talia bona sunt Ecclesiæ, & pertinent ad successores in beneficio; non autem ad heredes ipsius Clerici, siue Prælati; & caueant Prælati, qui in fraudem Ecclesiarum suarum, per tertias personas, prædica acquiri faciunt, ex pecuniis, per eos cumulatis, ex fructibus beneficiorum suorum, ut ea in propinquos suos postea perueniant: quia dum alios fallere putant, se ipsos potius deiiciunt in æternum vitæ interitum. Deum enim fallunt, cui nihil est occultum.

Sed an poterit summus Pontifex concedere Prælati, ut de talibus bonis possint testari? Resp. quod sic. Et in specie, quod Papa possit concedere Cardinali, ut testetur de bonis quaesitis ex fructibus suorum beneficiorum, tenuit *Holt. in summa de poenit. & remiss. §. qui consistendum. vers. Cui Cardinales,* & ita communiter tenetur, ut ait *Dec. cons. 157. post num. 1. vers. ulterius etiam.*

Quarto videndum est, quid de ipsis fructibus extantibus, collectis in bonis Ecclesiæ, nunquid possit Clericus vel Prælati de eis testari? Hæc est ardua quæstio, & quæ indiget pontificia decisione, ut dicit *Barbat. in c. fin. de peculio clerico.* in hoc autem articulo habemus gloss. ordinariam, ad quam semper recurrimus, in c. presenti. §. porro. in verbo, Reseruari. de offic. ordin. in 6. quæ refert quandam distinctionem *Holtien. in d. c. fin. de pecul. cler.* distinguentis in hunc modum. Aut Clericus habet administrationem, & talis clericus, quamdiu vivit, & sanus est, æquiparatur usufructuario: & ideo potest de ipsis fructibus donare, moderate tamen. Cum autem incipit infirmari, tunc incipit etiam æquiparari vlurario: & sic nihil habet ex fructibus beneficii, præter proprium usum & facultatem, de eis dandi elemosynam pauperibus, non autem potest de eis testari. Aut vero clericus non habet administrationem, sed est personaliter & simpliciter beneficiatus: & talis semper cõparatur usufructuario, & facit fructus suos, & de eis potest tam in vita quam in morte disponere & testari; & subdit gl. quod hæc distinctionem approbat quasi ubique generalis consuetudo. Ita etiam de consuetudine communiter obseruari attestatur *Butr. in c. peruenit. de fideiuss. quem*

quem refert Corn. in d. consil. 314. in litera B. lib. 3. Idem dicit Butr. in c. 1. de causa poss. & prop. quem refert Imo. in c. fin. post n. 11. de pec. cler. Cald. in d. c. fi. Imol. in c. relatum, el. 2. n. 2. in fin. de test. & in c. requisisti. n. 45. in fin. eo. tit. & in c. quia nos. n. 5. eo. tit. vbi, quod ita cōmuniter seruatur, & tenetur. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. in d. c. peruenit. post nu. m. 31. de fideius. Bello. consil. 3. num. 2. & dicit Boer. consil. 48. num. 1. quod illam glo. sequuntur communiter Scriben. Contrariam tamen opin. quod scilicet Clericus non possit de fructibus beneficii sui testari, tenuit simpliciter glo. in d. c. fin. in verb. Obitus. de pecul. cleric. & Archid. in c. statutum. §. assessorem. de rescript. in 6. & hanc opin. dicit cōmuniter teneri Card. in cap. fin. quem refert Bologn. in addit. ad consil. Ioan. de Anan. 87. post num. 4. Dicit etiam Nic. de Vbald. de success. ab intest. in vltima particula post num. 19. versic. Non obstante motiua. quod in quibuscunque redditibus beneficiorum, Clerici morte equiparantur usufruario potius, quam usufructuario, & quod hæc videtur magis communis sententia Doctorum. Et dicit Iaf. consil. 75. col. 2. vers. nec obstat fundamentum. lib. 3. quod hæc opinio est magis communis: quod imo Clericus beneficiatus, siue habeat administrationem, siue non, indistincte prohibetur de fructibus beneficii, etiam perceptis & reconditis testari: & hoc, siue ei succedat ipsa Ecclesia, siue successor in beneficio. Sed quidquid dicit Iaf. tenenda est opin. Host. & glo. in d. §. porro. quam semper & vbique vidi seruari, saltem in fructibus collectis & reconditis. Quæ magis etiam de plano procederet, vbi extaret consuetudo, quod fructus spectarent heredi Clerici, non autem successori in beneficio: nam eo casu proculdubio posset Clericus de eis testari. Et ita tenent communiter Dd. vt dicit Bellon. in d. consil. 3. num. 1.

9 An autem Clericus, si intestatus & decedat, huiusmodi fructus ad heredes suos transmittat? dixi supra hoc eo. lib. §. 1.

10 Quinto dixi, quod Clerici habent & etiam quotidianas distributiones; Quæro an de illis possint testari? Respon. quod in hoc etiam variæ opiniones sunt inter Dd. Nam aliqui tenent, quod tam in huiusmodi quotidianis distributionibus, quam in aliis redditibus beneficiorum, Clerici potius censendi sunt administratores, & in morte usufruarii, quam domini, vel usufructuarii. & dicit Nicol. de Vbal. in d. vlt. particula, post n. 19. quod hæc videtur communis sententia Doctorum. Contrariam autem opinionem, scilicet quod tales distributiones quotidianæ efficiantur propriæ Clericorum, tenuit Guliel. de Monte Laud. Et hanc esse magis communem affirmat Paris. consil. 33. numer. 8. & seq. lib. 4. vbi plures auctoritates recenset; & hæc procul dubio in via iudicii obtineret, prout etiam fateri videtur Nicol. de Vbal. in loco præallegato. Licet enim negari non possit, quin quodammodo dicantur acquisitæ intuitu Ecclesiæ: tamē principaliter dantur intuitu personæ, propter diurnam operam, & laborem: merito Clerici eas faciunt proprias, & de eis possunt ad libitum disponere. Et ita obseruatur in practica, maxime in iam exactis; & aduerte, vt semper consulendo, aut iudicando ad hæreas communi obseruantia: quia in prædictis quæstionibus præcipue est attendenda consuetudo provinciarum, vt affirmant Dd. in locis præallegatis.

#### ADDITIONES.

a Clericus.) Quæro hic, an Clericus teneatur ad sui prædecessoris debita item & an ad fructus male perceptos? vide per

Boer. decis. 204. n. 48. 49 vbi quod sic in debitis realibus non contractis post trāsitum, alias secus. Item tenetur Clericus ad sumptus medicinar. sui prædecessoris. vt habetur per Iaf. in consil. 122. in 2. vol. quem ibi vide. Sed quis dicatur Clericus? vide Cagnol. in l. 2. n. 21. ff. de orig. iur. & Clericorum priuilegia vide per Card. in Clem. 1. de vit. & honesta. cleric. & Bertac. verb. clericorum priuilegia.

b Ipsius clericus.) Hic aduerte, quod cognitio, an quis sit Clericus vel ne, non spectat ad iudicem Ecclesiasticum, per Rol. in consil. 4. n. 20. vbi concordantes conuocat, quibus adde vt per Campeg. reg. 427. num. 2. Idem de vestibus. per Roland. ibid. num. 27. & 33. Item clericum quem non esse, quomodo probetur? vide Boer. decis. 171.

c Quod in dubio.) Item per clericum acquisita, de quib. bonis acquisita censeantur, vel è propriis, vel ex illis Ecclesiæ? vide clare atque dilucide explicatum per Menoch. eius solenni tracta. de arbit. iudic. cas. 159 vbi distinguendo ponit quatuor casus. Sed quid si emit rem pro alio, an censeatur de bonis Ecclesiæ? vide per Corn. consil. 288. vol. 4. Barb. consil. col. 6. vol. 2. Quid si adsint fructus beneficiorum, allodialium, & Ecclesiasticorum, quomodo fiet diuisio, & quæ accipietur præsumptio? vide Bald. consil. 113. vol. 2. Et quid si habeat beneficium, & officium? Boer. decis. 10.

d Fructibus.) Sed nunquid Clericus plurium Ecclesiarum lucratur fructus omnium, si resideat in vna? vide per Boer. decis. 17. vbi disputat de fructibus grossis.

e Nunquid Papa.) Potest tamen Clericus testari absque licentia Papæ de distributionibus quotidianis: per Dec. in consil. 280. in princ. Item, quod Papa possit dare Clerico licentiam testandi: vide etiam per Dec. in consil. 157. num. 4. vbi debet intelligi secundum ius commune, & sine præiudicio alterius. Sed nunquid data licentia intelligatur de primo testamento, ita vt vagari haud possit? quod intelligatur de prima ita vt non possit vagari, vide per Dec. in consil. 112. allegato in text. in contrarium vide per Sarmen. eius tract. de redditibus Ecclesiasticis. Item quod intelligatur secundum ius commune, vlt. Dec. d. consil. 157. tradit Roland. in consil. 35. num. 6. vol. 2. Et an licentiam testandi de bonis Ecclesiæ possit dare Papa abique causa: communis opin. est, quod sic, vt refert Dec. ibid. 513. quæ data presumitur propter antiquitatem temporis, vt per Crauet. in consil. 36. At data licentia testandi non intelligitur codicillandi: vt per Socin. iun. consil. 89. num. 31. Et Clericus quando postulat licentiam testandi de fructibus quod debeat facere mentionem de illorum valore & quantitate atque de aliis, alias non valeret, vide per Bart. consil. 33.

f Ex fructibus.) Imo quod Clericus testari possit de fructibus beneficii, vide per Alex. in consil. 101. & 110. per Bello. 3. Anna. 87. Iaf. 75. in 3. & 85. vol. 4. Et vbi non testetur, an transeat ad eius successorem? vide Bald. consil. 313. vol. 2. & omnino per Bello. eod. consil. 3. Et quod ad heredem stante consuetudine: vido ad Anna. d. consil. 87. n. si per Bologn. in additio. Sed quid de pensionibus nondum obrentis? per Bello. ibi. Et quid de bonis Clerico obuentis ex successione parentum vel donatione consanguineorum? vide per Ann. d. consil. 87. vbi etiam num. 2. quid in bonis acquisitis intuitu seruitii personalis. Itē quod Clerici testari possint de bonis propriis vel acquisitis intuitu personæ: de acquisitis vero intuitu Ecclesiæ, quod non habetur, atque notatur in c. cum esset, & c. cum in officio. de testam.

g Clerici.) An Clericus possit dotare filiam? vide per Lud. in c. vstris. §. 23. de donat. inter vir. & vxor. verum quod haud possit donare concubinæ etiam cum iuramento vide per Crauet. eius consil. 229. n. 3. & per totum per Nat. consil. 550. fallit propter bene meritum per Tiraq. in l. si vnguam. C. de reuoc. don. pag. 146. Sed de meritis haud standum est confessioni donatoris: quotiam aliter debent probari, vt tradit Crauet. vbi sup. Item quod Clericus possit paruos consanguineos alere, atq; sororem inopem dotare de redditibus Ecclesiæ, vide per Nat. consil. 211. n. 21.

## QVÆSTIO XXVIII.

### SVMARIA.

- 1 Monachus vel religiosus an possit condere testamentum?
- 2 Et nunquid ante religionis ingressum?
- 3 Et quid si sit minor, prodigus vel furiosus?
- 4 Et an tale testamentum subsequente ingressu annulletur?
- 5 Et quid si tempore testamēti cogitauit de religionis ingressu?
- 6 Et an possit condere testamentum post ingressum religionis, sed ante professionem?

7 Et an post factam professionem?

8 Et an inter liberos?

9 Et an possit testamentum antea conditum reuocare?

3 **Q**UÆRO, nūquid monachus † vel religiosus habeant testamenti factionem? Resp. videndum est imprimis, an possint testamētum condere. Secundo, an ipsi possint capere ex testamēto aliorum. Quo ad primum, distinguenda sunt tria tempora. Primum est, ante ingressum. Secundum est, post ingressum, sed ante factam professionem. Tertium est, post factam professionem.

2 In primo tempore, certum † est, quod quicumque, modo alias sit habilis ad testandum, poterit testamētum condere, antequam ingrediatur religionem: & illud testamentum valebit. Potest enim quilibet ante ingressum religionis, de bonis suis disponere, prout voluerit; est text. expressus in §. *illud. in Auth. de Mona.* Quinimo, si aliquis testetur ante religionis ingressum, contemplatione tamen ipsius ingressus poterit testari, etiam non seruata solemnitate iuris communis. Ita tenet Bald. in *Auth. si qua mulier, post n. 7. ver. Ex hoc dico. C. de sacros. Eccl.* & hanc esse dicit communem opin. Dec. *conf. 31. post n. 3.* Si enim hoc permittitur militibus armata militia, multo magis permittendum est huic, qui de proximo accingendus est cœlesti militia. Et licet hæc opin. in puncto iuris patiatur aliquam difficultatem: tamen non credo q. in practica obtineret, propter auctoritatem Bart. & sequacium.

3 Sed nunquid † minor, prodigus, vel furiosus, poterunt ingrediendo religionē, testari vel alias disponere de bonis suis, etiam sine auctoritate curatoris, si quem habeant? Resp. quod sic, dummodo appareat, quod tempore dispositionis & ingressus non esset furiosus. Ita tenet Ioan. And. in *c. in presentia. de probatio.* Et ita etiam communiter teneri attestatur Abbas in *eod. c. in presentia. n. 54.* Nam in spiritualibus non attenditur auctoritas patris vel curatoris. Est magno decisio, & repugnare videtur his, quæ diximus supra *quest. 2. vers. 2. insertur, & sequen.* nihilominus magna est etiam auctoritas istorum patrum, qui illam tenent.

4 Sed retenta conclusione, quod † testamētum conditum ante religionis ingressum valeat: Quæro nunquid tale testamentum per subsequentem religionis ingressum annulletur? Solemus enim dicere, quod monasterium habetur loco filii, vt dixi infra *li. 7. §. Eccl.* ideo sicut natiuitate posthumi rumpitur testamētum, ita et videtur dicendum, in religionis ingressu? Resp. si loquimur de religione incapace bonorū immobilium, non est dubitandū: quia non modo testamentum non rumpitur per huiusmodi religionis ingressum, sed imo ab ipso ingressu vires assumit, nō aliter ac si ipse ingrediens naturaliter mortuus fuisset: & in proposito vide, quæ dixi supra §. *substitutio.* Si vero loquimur de monasterio capace bonorum, & successionum, tunc & distinguendum. Nam aut testator fecit testamentum, non cogitans de ingressu monasterii, & hoc casu per ingressum rumpitur testamētum, ad exemplum filii nati post testamentum; & ita tenet Bar. in *d. Auth. si qua mulier, post n. 7.* & est cōmunis opinio, vt attestatur Imol. in *c. 1. n. 11. de testam.* quem refert Ioan. Dilec. *de arte testandi. tit. 3. caut. 9. n. 1.* Aret. in *l. 1. n. 6. in fi. ff. de test.* Quam tamen conclusionem intellige, vt procedat dummodo testator in ipso monasterii ingressu, non solum seipsum, sed et bona sua, expresse monasterio dedicauerit, alias vero, licet ingrediens monasterium censetur etiam bona sua tacite dedicare

monasterio, non crederem, quod per hanc tacitā voluntatem dicatur reuocata prior expressa voluntas. Item, illam intelligo vt proeedat, quātum ad institutionē; sed quo ad reliqua crederē testamētū ipsum sustineri, iuxta dispositionē *Auth. ex causa. C. de lib. prater.*

Aut vero fecit testamentum † cogitans de ipso ingressu: & tunc si aliquid relictum est monasterio, pariter non videtur dubitandū, quin testamētū ipsum valeat: maxime si fuit relictū titulo institutionis secundum omnes, vt dicit Imol. in *l. 1. n. 11. in fi. ff. de test.* Ita et communiter teneri attestatur Abbas in *dict. c. presentia. n. 49. in fi.* Si vero nihil reliquit monasterio, variaz sunt opin. inter Dd. nam aliqui tenent, quod testamentum irritetur prateritione monasterii, prout etiam rumpitur agnatione posthumi. Et hanc opin. dicit esse communem Imol. in *d. l. 1. n. 11. in fi.* quem refert Ias. in *dict. Auth. si qua mulier. n. 17. in fin.* & illam dixit communiter seruari Alber. in *ea. Auth. si qua mulier, post princ.* Contrariam autē opinionem, sc. quod imo per ingressum religionis nō rumpatur testamētū, etiam si in ipso testamento nihil relictū sit monasterio, tenuit Bart. in *dict. Auth. si qua mulier. n. 8.* cuius opin. dicit esse communiter approbatam Ripa in *l. si vnquam. quest. 35. n. 94. C. de reuoc. donat.* referens idem attestari Dec. in *d. conf. 31.* quem ego (ni fallor) fidelius retuli supra *vers. sic.* In primo tempore. & ab hac opin. ego non recederem in practica, attenta dispositione *d. §. illud.* generaliter loquentis, & quæ mihi iustior, & æquior videtur, & magis fauet testamento, & iudicio meo, hodie est etiam magis communis: saluo tamen semper iudicio sanctæ Ecclesiæ, cui in omnibus me subiuicio.

Dixi secundum tempus cōsiderari † posse post ingressum, ante tamē factam professionem; & aduerte, quia ego hic accipio ingressum pro simplici ingressu: & assumptione habitus; & sic quādo solum est nouitius, non autem prout proprie intelligitur ingressus; quando scilicet est facta professio. Et tenendum est, quod talis nouitius potest testari, licet si decedat intestatus, eius bona acquirantur monasterio, non autem venientib. ab intestato, vt dixi supra, *hoc eo. §. lib. 1.*

Tertium tempus est \* post † professionem a factā; & circa hoc tempus duo sunt videnda. Primum, an Religiosus professus possit condere testamētum. Secundum, an possit testamentum iam conditum reuocare. Circa primum est text. expressus in *Auth. ingressi. C. de sacros. Eccl.* quod ingressi monasteria, se suaq; dedicant Deo, nec ergo de his testantur, vt pote nec dominiretū; quæ *Auth.* est canonizata in *c. quia ingredientib. 19. q. 3.* & intellige, quod si est ingressus monasteriū capax bonorum immobilium, nō potest testari; quia tempore professionis omnia eius bona ipso iure translata sunt in ipsum monasterium; vt habetur in *d. Auth.* & dixi in loco *præallegato.* Si vero est ingressus monasterium incapax, pariter non potest testari, sed alia ratione, quia sc. tempore professionis amisit dominium omnium rerum suarum, quod fuit acquisitum eius hereditibus ab intestato venientibus, vt *ibi dixi.* Vel dic, & forte melius, quod ingressus religionem non potest testari, nō ea ratione, quia nō habeat bona: hoc enim non consideratur, quantū ad hoc, vt quis debeat censi testabilis, vel nō, vt dixi supra, *quest. 19. vers. Aliquando vero.* Sed quia mutat statum, & amittit libertatem, quo ad seculum, licet vera libertas sit seruire Deo.

Scias tamen quod poterit huiusmodi professus in monasterio, capace bonorum immobilium † testari inter liberos, iuxta dispositionem *Auth. si qua mulier. C. de sacros. Eccl.*

Quo

9 Quo ad secundum vero, an professus possit testamentum antea conditum reuocare, idem est dicendum, ut scilicet in quibus casibus professus potest testari, in illis etiam possit testamentum prius conditum reuocare; iuxta dispositionem dicti. Auth. *si qua mulier.* & sic inter liberos tantum, non autem inter extraneos.

## ADDITIONES.

a *Post professionem.* Hic cadit pulcherrima quaestio, an scilicet creditores intransit religionē debeant cōuenire debitorem vel monasterium? vide per Spec. *tit. de stat. monach. num. 53.*

\* Religionis iam professus natum quidē cum est Prælatus testari potest. Capr. *in suis reg. c. 10. nu. 32.* nisi cum in vni Pontificis licentia quam superuenire non sufficit, neque Abbatis auctoritas, vna cum capituli consensu idonea est. *l. f. conf. 54. vol. 1. Accur. conf. 100. num. 3. Butl. conf. 75. num. 23. 24. 25.*

## QVÆSTIO XXIX.

## S V M M A R I A.

- 1 Monachus vel religiosus an possit capere ex testamento?
- 2 Duo esse genera mendicantium?
- 3 Fratres minores incapaces esse relictorum ex testamento.
- 4 Et quid in aliis mendicantibus?

1 **R**ESTAT nunc explicandum caput quaestionis, an scilicet monachi vel religiosi possint capere ex testamento, & in hoc distinguendum est inter mendicantes & alios religiosos, quorum monasteriis permissum est possidere bona immobilia. Et quo ad mendicantes, fac regulam, quod ipsi non possunt ex testamento capere bona immobilia; & in hoc omnes conueniunt.

2 Debes tamen scire quod duo sunt genera mendicantium. Alii enim sunt mendicantes ex regula, Alii ex suis constitutionibus. Mendicantes ex regula, sunt fratres Minores primi Ordinis; illis, n. B. Franciscus expresse in eorū institutione & regula prohibuit, ne quid proprii prorsus haberent, neve quid immobile possiderent in communi. Alii vero sunt mendicantes non ex regula, sed ex suis constitutionibus. Et quod fratres, seu religiosi non solum ex regula, sed etiam ex suis constitutionibus iudicentur mendicantes, tenuit Cald. *conf. 17. sub tit. de Regularibus.* Et est cōmunis opin. Dec. *in ca. ad nostram. n. 11. de appell.* Et de istis potest poni exemplum in fratribus Prædicatoribus. Illi n. licet ex eorum regula non sunt mendicantes (nam militat sub regula B. Augustini, quæ permittit possidere immobilia in communi) dicuntur tamen mendicantes, quia ex eorum cōstitutionibus id eis est prohibitum. Ita tenet Bald. *in d. c. ad nostram.* & est communis opinio, ut attestatur Bertran. *consil. 206. n. 3. lib. 3. in 2. parte.* Et quod Prædicatores non dicantur incapaces bonorum immobilium ex eorum regula, sed ex suis cōstitutionibus, dicit communiter teneri Bertran. *consil. 152. n. 2. lib. 1. in 2. parte.* qui etiam *consil. 112. n. 1. lib. 3. in 2. parte.* attestatur hanc esse magis communem opin.

3 Hoc præmissis, dic quod fratres vel Minores nullo modo possunt capere ex testamento, neque ex relictis, si quæ eis fieri contingat, aliquid eis acquiritur, neque in proprio, neque in communi; ut est tex. expressus *in c. exiit. de verb. signif. in 6. & in Clemen. exiit. de verb. signif.* Fratres autem Prædicatores & alii mendicantes, exceptis Minoribus, possunt capere ex testamento, etiam bona immobilia, non tamen ut ea retineant, neque in proprio, neque in communi, sed ut vendant, & eorum precium in suas necessitates a conuertant. Ita dicit gloss. notab. quæ semper ad hoc propositum so-

let allegari *in c. 1. in verbo, Domum, de religio. domibus. in 6.* Et dicit Calderinus *consil. 46. sub tit. de testam.* quod hanc conclusionem tenent omnes Scribentes. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alex. *conf. 88. n. 1. lib. 2. Dec. conf. 559. post n. 3. & 4. & in cap. in presentia. n. 69. de probat.* Et licet aliqui ex præallegatis Doctoribus loquantur de bonis eius, qui ingreditur religionem, de quo etiam dixi supra, *hoc eod. lib. § 1. Idem etiam, & forte plus dicendum est in bonis legatis, prout loquitur gl. in dict. cap. 1. & multi ex Dd. sup. a allegatis.* Non enim dicuntur accipere immobilia, ex quo statim illa vendere intendunt, & precium in suas necessitates conuertere. Cauetamen, ne decipiaris, quia licet antiquitus per constitutionem capituli generalissimi fratrum Prædicatorum cautum fuerit, ne proprium quid immobile possiderent: tamen postea per contrariam constitutionem alterius capituli generalissimi illa prima constitutio fuit reuocata; & sic hodie sunt capaces bonorum immobilium in communi, prout sunt alii non mendicantes. Et de hoc etiam extat amplum privilegium eis concessum a Sixto Papa, eius nominis IV. & ita indifferenter obseruatur.

Quo vero ad alios religiosos non mendicantes, quibus permissum est possidere bona immobilia in communi dicendum est, quod proculdubio possunt capere ex testamento, non tamen vel sibi acquirit, sed monasterio; & in hoc nemo discrepat.

## ADDITIONES.

a *Conuertant.* De isto communi ego etiam dixi in *collecta mea. commun. opin. in verb. Fratres. sub num. 3.* vbi etiam habes quod in tali alienatione non requiritur solemnitas requisita in alienatione bonorum Ecclesiæ, quæ sit ex necessitate status eorum.

\* Quid si ipsorum minorum Ecclesiæ & conuentus, non autem ipsi fratres minores institutione, vel legato honorentur? Bart. credit institutionem, & legatum valere, *in l. ciuitatibus. de leg. 1. in l. seruis de alim. & cib. leg. Dec. cōf. 299. n. 12. Abb. conf. 63. vol. 2. contrarium idem Bart. defendit l. 1. C. de conduct. & product. Bald. conf. 438. & conf. 479. vol. 2. Dilec. *tit. de his qui non habent test. fact. caut. 11.* Sed de tota hac quaest. vide latius Gab. *tit. de her. instit. concl. 1. & tit. de leg. conclus. 1.**

## QVÆSTIO XXX.

## S V M M A R I V M.

- 1 Monacho herede instituto an deferatur hereditas monasterio ipso iure.

**Q**VÆRO, pone, quod monachus sit heres institutus, nunquid hereditas deferatur monasterio ipso iure; an a. prius deferatur monacho, & deinde mediante eius persona deferatur monasterio? Vtilitas autem huius quaestion. potest esse maxima. Nam ex resolutione huius articuli pendet decisio multarum quaestionum, puta si monachus ante aditam hereditatem decedat, an illam transmittat ad monasterium præferatur substituto. Item, an monasterium, vel etiam solus Abbas possit a adire: de quibus omnibus suis locis tractauimus. Scias ergo, quod in hoc articulo magna fuit controuersia inter Cano. & Legistas: nam communiter Canon. tenent, quod ipso iure, & absque aliquo facto ipsius monachi, hereditas immediate deferatur monasterio, ut dicit Corn. *consil. 272. in litera C. lib. 3.* subdens, quod hæc opinio debet prævalere in foro Canonico. Hanc etiam dicit esse communem opin. Canon. Socin. *consil. 183. circa princ. lib. 2 & consil. 245. num. 3. eod. vol. Curt. iun. consil. 48. n. 8. Ripa in l. 1. num. 203. ff. de vulga. Paril. in d. cap. in presentia.*

num. 203. de probatio. Ex alia parte communiter Legista tenent, quod imo prius hereditas deferatur monachio, & deinde ex persona monachi acquiratur monasterio, vt dicit Bertrand. *consil. 73. num. 3. lib. 3. 2. parte.* Et hanc esse commun. opin. Legistarum attestatur Socino. *in d. consil. 183. circa princip. & consil. 52. n. 10. lib. 4.* Ripa *in d. l. 1. num. 150.* Guliel. de Bened. *in secunda parte repet. cap. R. ynutus. fol. 25. num. 81. Purpurat. in l. fin. num. 191. C. de pactis.* Hæc est ardua quæstio & satis periculosa, propter infinita argumenta, quæ hinc inde adducuntur per Doctores. Propterea in tanto conflictu opinionum credo quod Iudex non erraret, sequendo in foro Cæsaris opinionem Legistarum, & in foro Canonico opin. Canonistarum.

## A D D I T I O.

<sup>a</sup> Possit adire ) Item quid si monachus non vult adire hereditatem, Abbas an possit? vtumque commune dixi in collect. mea commun. opin. in verb. Monachus. num. 6 & 7.

## Q V Æ S T I O XXXI.

## S V M M A R I A.

- 1 Filius naturalis an possit capere ex testamento?
- 2 Et an spurius?
- 3 Et an relictum factum spurio applicetur fisco?
- 4 Et quid si relictum sit ab extraneo?
- 5 Et quid si relictum sit à patre extraneo heredi. qui deinde spurium instituat, an presumatur factum in fraudem?
- 6 Et quid in spurio legitimo?
- 7 Et quid si instituat spurium sub conditione, si legitimabitur?

**Q**UÆRO, nunquid † filius naturalis, vel spurius, habeat testamenti factionem, intellige, de passiva, an scilicet possit capere ex testamento? Nam de actiua nulli dubium est, quod potest condere testamentum: & pro resolutione, omittendo quid esset constitutum de iure Digestorum, habemus text. expressum in *Auth. licet. C. de natural. lib. in qua* videre potes, in quibus casibus, & in quota parte possunt parentes filios naturales sibi heredes instituere: cuius quidem *Auth. dispositio* est in vsu, & seruatur, neque est correctæ per dispositionem *cap. per venerabilem, qui filii sint legit.* & sic obseruanda est etiam de iure canonico, vt iacius dixi supra, *lib. 2. §. filius.*

2 Sed quid dicendum † est de filio spurio, & sic nato ex damnato b coitu? Respon. quod huic filio non potest pater in testamento aliquid relinquere, vt est text. *in dict. Authent. licet. in fin.* Nisi forte occasione alimentorum. Teneatur enim pater huiusmodi filios alere etiam de iure ciuili, vt dixi *in dict. §. filius.*

3 Sed quid si pater habens † filium spurium, illum in testamento heredem instituat, vel aliquid relinquat. Respon. quod talis institutio & relictum nihil valet, & pro non scripta habetur: illud autem, quod relictum erat spurio, non applicatur fisco; neque fiscus illud aufert ab ipso spurio, tanquam ab indigno; sed defertur venientibus ab intestato, vel heredibus institutis, si qui extant. Ita dicit Bartol. *in l. fin. n. 8. ff. de his quib. vt indignis, & in l. hereditas. num. 1. C. de his quibus vt indignis.* & est communis opinio & conclusio Dd. vbique, vt attestatur Alex. *consil. 74. num. 6. libr. 5.* & *in l. si is qui. post num. 3. ff. de vulg.* Quam tamen intellege, vt procedat, quando eis palam relictum est, secus autem si heres, vel aliquis alius patri testanti fidem accommodauit: nam eo casu fiscus ab eo auferret tanquam ab indigno, vt dixi infra, *lib. 5. §. fin. q. 79. ver-*

*fic. Quando heres.* Ratio autem differentia est; quia, quando relinquit filio spurio, relictum habetur penitus pro non scripto, ex quo ipse spurius est prorsus incapax: & sic fiscus non habet à quo auferat: sed quando relinquitur alteri, qui fidem accommodauit illud dandi filio spurio, ille quidem est capax, sed quia fidem in fraudem accommodauit, fiscus ab eo illud aufert, tanquam ab indigno.

Regulariter quidem † tam spurius, quam ipsius spurii pater, habent testamenti factionem, præter quàm inter ipsos; nam pater spurii potest cuicumque in testamento relinquere, præter quam ipsi filio spurio, & è conuerso filius spurius potest à quocunque, excepto patre, sibi in testamento relictæ capere. Poterit igitur ab extraneis spurio relinqui, vel etiam inter viuos dari quocunque titulo: vt dicit gloss. *in Authent. quib. mod. natu. effi. sui. §. vltima siquidem, in verbo, Participium,* quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Ioan. Garo. *in l. 1. in textual. num. 37. in fin. C. de secund. nupt.*

Sed pone, quod pater † habens filium spurium, instituat aliquem extraneum heredem, qui deinde moriens ipsum spurium heredem in bonis sibi ab eius patre relictis instituat, nunquid præsumetur hæc facta in fraudem, ita vt fiscus ipsa bona ab eis auferre possit? Respon. quod non. Ita dicit Bartol. *in d. l. si is qui num. 3.* quem sequuntur communiter Dd. vt dicit Alexand. *in ead. l. si is qui. num. 6.* Quod intellige, vt procedat, nisi aliqua aliæ coniecturæ fraudis concurrerent, puta, quia ille institutus dū viueret, semper permisisset istum filium spurium huiusmodi bona possidere, vel similes.

Scias tamen, quod hæc † omnia intelligenda sunt, & vt procedant in filio spurio non legitimo. \* Nam si esset d legitimatus, vtique posset etiam à patre heres d institui, & ei quocunque titulo relinqui. Quinimo si esset à patre in testamento præteritus, illud rumpe- ret ad instar legitimi, vt dixi infra q. 84. Et hoc quidem de plano procedit, quando est legitimatus, tempore quo à patre heres instituitur. Sed quid si legitimitio reconualescet? Respon. Aut fuit legitimatus viuo ipso patre testatore, & tunc legitimitio retrotrahitur ad tempus testamenti, & consequenter, institutio conualidatur. Aut vero fuit legitimatus post mortem patris, & tunc legitimitio non retrotrahitur, & sic institutio non reconualescit. Ita communiter tenetur, vt dicit Alexand. *in l. Gallus. §. instituens. post num. 2. versic. Si autem filius.* Et hanc dicit esse communem opin. Gozad. *consil. 21. post numer. 35. versic. Ad quintum.* Bene verum est, quod si pater ipse iussisset filium legitimari, crederem idem dicendum, quod si ipso patre viuento legitimatus fuisset, ad quod faciunt ea, quæ dixi supra *lib. 2. §. filius.*

Sed quæro, nunquid † possit pater filium spurium instituire sub conditione, si legitimabitur? e Respon. e quod sic: & talis institutio valebit. Ita tenent communiter Doctores, vt dicit Cagnol. *in l. quamdiu. post num. 3. ff. de reg. iur.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Bauer. *Instit. de hered. instit. §. heres. numer. 6. & seq. Ial. in d. l. Gallus §. instituens. num. 5. & consil. 117. col. pen. lib. 1.* quem refert Ioann. Dilect. *de art. test. lib. 1. caut. vlt. numer. 15. Dec. consil. 176. post numer. 5. versicul. Et sic ratio.* Curt. *iun. consil. 84. nu. 3.* & ita quotidie seruatur. pater possit instituere filium spurium? Dixi supra *lib. 1.*

Præterea quæro, an valeat statutū disponens, quod

## ADDITIONES.

a *Filius naturalis.*) Obiter quæro, An filius naturalis excludat substitutum? quod sic, commune dixi in colle. mea com. opi. in verb. Filius. num. 58. & num. 59. vbi et si non succedat, tamen conditionem fideicommissi facit deficere, & ibi etiam posui regulam, cum octo fallen. remissive.

b *Ex damnato coitu.*) Hic cadit pulcherrima dubitatio, nunquid nati ex coniugio prohibito censeantur legitimi, si ambo coniuges ignorauerint impedimentum matrimonii; quod sic receptum esse attestatur Rol. conf. 93. nu. 18. lib. 3. vbi etiam tales excludunt substitutum vocatum per verba simplicia. Et quod plus est, tales filii nati ex matrimonio putatiuo succedunt etiam in feudo: verum ut efficiantur legitimi, & patri succedere possint, requiritur, ut matrimonium haud sit clandestinum, sed celebratum in faciem Ecclesie, præmissis publicis denunciationibus in ecclesia, & seruata forma c. cum in inhibitione. de clandest. depon. commune, per Roland. vbi supra num. 26. Et est hodie innouatum per S. C. Tridenti. Sessio. 24. sub decreto de reforma. matrimonii c. 1.

c *De iure civili.*) Imo de iure civili haud sunt alendi à patre. §. ultra. in Auth. quib. mod. nat. effi. sui: nec nominandi pro filiis, quia reputantur infames infamia facti. Verum de iure canonico, naturali pietate inspecta tenetur pater spurium alimenterare: & illa æquitas attenditur etiam in foro seculari, vide per Rimin. iun. conf. 380. à n. 8. vsque ad n. 20. & per totum. d. Nam si esset legitimatus.) Quod si institutio esset facta de filio minus legitime legitimato, an valeat? quod non: dixi in collect. mea commun. opinio. in verb. legitimatio n. 1. vide ibid.

e *Si legitimabitur.*) Idem de institutione facta sub conditione cum capax fuerit: quæ similiter redditur valida. commune dixi in d. colle. mea commun. opin. vbi supra num. 2. Item quod institutio conditionalis haud transmittatur ad hæredes, moriente instituto ante impletam conditionem: commune etiam dixi sub num. 1.

\* Scito, & memoria tenero, legitimato maiorem portionem relinqui non posse, quam vni legitimo minorem portionem habenti Dec. conf. 393. num. 2. Verum si minus solemniter legitimatus instituatur, non tenet institutio, Cast. in l. eam quam, per illum tex. Cod. de fidei. Paris. conf. 10. num. 21. volum. 2. & conf. 21. num. 227. eod. Dec. conf. 276. vers. non obstat, & conf. 230. 288. 454. l. conf. 227. volum. 4.

## QVÆSTIO XXXII.

## S V M M A R I A.

- 1 Pater an possit instituere nepotem legitimum & naturalem natum ex filio spurio?
- 2 Et quid si illum instituatur contemplatione filii?
- 3 Et quid si habeat sobolem legitimam?

1 **D**ICTVM est, quod pater non potest filium spurium heredem instituere. Quæro, nunquid possit nepotem a legitimum & naturalem natum ex ipso filio spurio sibi heredem instituere? \* Resp. quod sic: & est communis conclusio, ut dicit Corne. conf. 1. col. 16. in litera F. lib. 3. Berous q. 127. cit. caprine. Cessat enim in eo macula natalium, & licet radix sit infecta, debet potius attendi causa immediata, quam mediata.

2 Scias tamen in primis, quod hæc conclusio non ita absolute procedit, ut scilicet liceat auctori indistincte huiusmodi nepotem ex filio spurio instituere: sed distinguendi sunt tres casus, secundum Bar. in d. l. Gallus. §. quod si is. Aut enim certum est, quod auctori instituit institutum nepotem contemplatione filii sui spurii, ut scilicet filius ipse sentiat aliquod commodum ex tali institutione, puta ususfructus, vel huiusmodi: & talis institutio corrui, & in hoc nemo dubitat. Aut vero certum est, quod illum instituit non contemplatione filii spurii; puta, quia ipse filius iam sit præmortuus, vel quia auctori expresse cauerit in testamento, ut nihil ex ipsa institutione filio spurio acquiratur, neque etiam quo ad ususfructum: & eo casu valet institutio. Aut sumus in dubio, quia scilicet non apparet, an cō-

templatione filii fuerit institutus, vel non: & tunc pariter valet institutio. Et ista est communis conclusio, ut attestatur Ias. in d. §. quod si is. num. 21. & seq. In dubio enim semper fauendum est testamento; & sumenda est etiam præsumptio, propter quam delictum excludatur.

Item scias, quod hæc conclusio, quod si auctori possit nepotem legitimum ex filio spurio heredem instituere, de plano procedit, quando ipse auctori aliam sobolem legitimam non habet. Et ita esse communem opin. attestatur Alex. in d. §. quod si is. num. 7. Corn. conf. 25. col. 2. lib. 1. Dec. conf. 462. n. 17. & seq. Sed quid si extet auctori soboles legitima? Respon. quod extante sobole legitima, non potest auctori plus relinquere tali nepoti legitimo, nato ex filio spurio, quam potuisset relinquere ipsi filio spurio eius patri. Ita tenet gl. fi. in l. fin. Cod. de nat. liber. arg. illius legis, quæ in nepotibus ex filiis naturalibus ita distinguit. Et hanc opin. dicit esse communem Alex. conf. 74. post num. 5. lib. 3. Ias. in l. hereditas. n. 8. C. de his quib. ut indig. Bertran. conf. 177. n. 1. lib. 3. in 2. part. Apostil. ad Alex. in d. conf. 74. sub num. 1. Licet super hoc articulo Doctores verba scripserint: hæc tamen opinio tanquam verior & æquior tenenda esset in practica. Semper enim fauere debemus legitimæ soboli potius, quam illegitimæ, ut homines ab illicito concubitu, quantum fieri potest, retrahantur.

## ADDITIONES.

a *Nepotem.*) Item quod institutio facta de nepotibus ex filio spurio casu, quo filius legitimatus heres primo loco institutus sit in capax, valeat: commune dixi in d. col. mea commun. opinio. in verb. institutio num. 6.

\* Hanc quæst. & distinctionem de nepote legitimo ex filio spurio exaudias, secus ex filio incestuoso, qui a nullo ex parentibus nullo casu potest institui. Alex. Ias. & Claud. Lancel. in leg. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posthum. Corn. conf. 25. vol. 1. Mars. sing. 143. Corlet. sing. 135.

## QVÆSTIO XXXIII.

## S V M M A R I A.

- 1 Prodigus an possit testari?
- 2 Vasallus an possit de feudo testari?

**Q**VÆRO, nunquid prodigus possit testari: Respon. quod antequam sit illi interdicta per Iudicem administratio bonorum, poterit testari, & eius testamentum valebit. Ita dicit gl. in l. is cui lege, in priv. in 2. exemplo. ff. de testam. & illa gl. communiter approbatur, ut dicit Arc. in d. l. is cui. colum. 2. vers. in gl. posita.

Item quæro, nunquid vasallus possit de feudo testari? dixi infra lib. 4. §. feudum. q. 40.

## ADDITIONES.

a *Illi interdicta per iudicem administratio.*) Similiter scias, quod prodigus potest contrahere, & alienare antequam sibi interdicatur à iudice, commune dixi in colle. mea com. opin. in verbo, prodigus. num. 1. & num. 2. quod prodigo interdicta sibi prius administratione datur curator, non ut prodigo, sed ut minori. Item commune ibi. Item quod prodigus obligetur ex suo delicto: commune, ibidem num. 3.

## QVÆSTIO XXXIV.

## S V M M A R I A.

- 1 Inhabiles ad testandum an possint testari ad pias causas?
- 2 Intestabiles actiue, scilicet qui non possint condere testamentum, an etiam sint intestabiles passiue, ut scilicet non possint capere ex testamento?
- 3 Et quid si princeps concedat alicui facultatem testandi, an ille

*an ille poterit testari, non seruatis solemnitatibus à iure requisitis?*

1 **Q**UÆRO, nunquid illæ personæ, quæ † alias sunt inhabiles ad testandum, possunt testari ad pias causas? Dixi supra, q. 5.

2 Item quæro, nunquid personæ, quæ † sunt intestabiles actiue, scilicet, quæ non possunt facere testamētum, sint etiā intestabiles passiue, ita vt neq; possint capere ex testamento? Resp. in hoc est distinguendum. Nam aut quis est prohibitus testari propter aliquod crimen commissum, vt est hæreticus, & talis non potest capere ex testamento. Aut est prohibitus testari propter aliquem defectum, qui non cadit in crimen, vt est pupillus, mutus, & huiusmodi, & non prohibetur capere ex testamento. Ita tenet glo. in l. b. cui. §. 1. in gloss. fin. in fin. ff. de testa. quam approbant Dd. communiter omnes, vt dicit Aret. in eo. §. 1. col. fin. vers. in gloss. vltima.

3 In proposito huius materiæ quæro, si † Princeps concedat alicui facultatem testandi, nūquid iste poterit testari, non seruata solemnitate à iure requisita? Resp. aut ille cui Princeps concedit facultatem testandi, est alias de iure communi inhabilis ad testandum, & tunc talis facultas intelligitur seruata solemnitate iuris communis. Aut vero talis facultas est concessa alicui, qui sit habilis ad testandum: & hoc casu, vt concessio alicui operetur, intelligitur absque solemnitatibus iuris communis. Ita distinguit gl. in l. si quando. in gl. 1. C. de inoffic. testa. & dicit Alber. in d. l. si quādo. in si. prin. quod hæc opinio & distinctio communiter tenetur ac seruatur. Dicit etiam Dec. in l. Eunuchis, post n. 15. C. qui testam. fac. poss. quod eam gl. communiter Dd. sequantur.

ADDITIO.

a *Vt est hæreticus.* ) Et quod hæreticus haud possit testari, speciale est, vt dixi supra q. 24. in apostill. signata litera B.

QVÆSTIO XXXV.

SVMARIA.

- 1 *Institutio heredi in testamento necessario requiritur.*
- 2 *Et an sufficiat tacita?*
- 3 *Et an valeat testamentum secundum consilium Galli Aquilii?*

**V**IDIMVS, quibus personis permissum sit facere testamentum, & quæ personæ ex testamento capere possint. Nunc est videndum, quæ in testamento ipso requirantur. Et in hoc scire debes, quod ex his, quæ de iure in testamentis requiruntur, aliqua sunt, quæ respiciunt formam substantialem ipsius testamēti, vt est † institutio a heredis: aliqua respiciunt formam probatoriam, vt sunt rogatus testitum ac Notarii, publicatio testamenti, & huiusmodi, de quibus omnibus sigillatim videamus.

2 In primis igitur institutio † heredis est caput testamenti. §. heredis autem. Instit. de legatis. neque sine ipsa dici potest esse testamentum: & consequenter illa deficiente, testamentum ipsum corrumpitur, vt de his omnibus sunt iura vulgatissima. Scias autem, quod duplex est institutio heredis, expressa scilicet, & tacita. Expressa est, quando testator nominatim dicit, Titium heredem instituo. Tacita vero, puta, si testator dicat; Si ille qui ab intestato mihi successurus est, nolit esse heres, substituo Caium. Nam hoc casu videtur tacite testator instituisse eum, qui erat illi ab intestato successurus. Quæro nunc, an ista tacita in-

stitutio sufficiat ad validitatem testamenti? Resp. Aut ille, qui est tacite institutus, erat persona, quæ de necessitate iuris non debebat institui, vel exheredari, sed erat extraneus: & tunc sufficit huiusmodi tacita institutio ad validitatem testamenti, & substitutionis. & in hoc consentiunt omnes Dd. vt dicit Guliel. de Benedict. in 2. par. rep. c. Raynurius, fol. 4. numer. 23. Aut vero iste erat filius, vel alius, qui de necessitate debebat institui, vel exheredari: & hoc casu non sufficit, quod sit eo modo tacite institutus; sed requiritur, quod sit nominatim & expresse institutus. & hæc est communis opin. vt attestatur Guliel. de Benedict. in loco præallegato, numer. 23. & seq. Ratio autem differentia est. Nam licet vtroque casu videatur testator tacite instituisse eum quem posuit in conditione; tamen in secundo casu hæc tacita institutio non sufficit: ex quo pro forma traditur est à lege, quod filius nominatim instituatur vel exheredetur, quæ non potest per æquipollens adimpleri.

Hinc inferitur, quod non † valet testamentum 3 conditum secundum consilium Galli Aquilii, scilicet per illa verba, Si filius meus me viuo morietur, nepotem instituo: quia necessaria erat institutio filii expressa. Et hæc est cōmunis opinio, quidquid dixerit Bartol. in l. Gallus. in princ. numer. 5. & illam communem esse attestatur Alexand. consil. 108. post numer. 4. versic. prædictis etiam. lib. 1. quod est in ea parte duplicatum in consil. 109. numer. 7. libr. 2. Idem Alexand. consil. 185. post numer. 17. versic. nec obst. quod not. lib. 2. & consil. 199. post numer. 12. eo. vol. quem refert Apostil. ad Bart. in leg. Gallus. in princ. sub numer. 5. Idem affirmant Scribentes in d. l. Gallus. in princ. & in specie Alex. post numer. 6. versic. ex prædictis. & Claud. post numer. 10. & Iaf. num. 44.

ADDITIO.

a *Institutio.* ) Aduerte hic triplicem esse institutionem: propriam, impropriam & impropriissimam. De his vide per Ang. de Aret. §. 1. Instit. de hered. instit. & adde quod si sint liberi, sunt necessario à parentibus instituendi vel exheredandi, vt valeat testamentum: habetur in l. inter cetera. ff. de lib. & posthum. vel saltem eis institutionis titulo quod est honorabilius, aliquid relinquendum, & de his vide per Durant. de art. test. tit. 4. cap. 1. vbi num. 3. e contrario auifit filium facientem testamentum in casibus à iure permissis, vt parentes in aliquo instituunt heredes, quia illis præteritis testamentum viribus caret. Et ista est communis.

QVÆSTIO XXXVI.

SVMARIA.

- 1 *Institutio heredis debet esse certa.*
- 2 *Et quid si non sit specialiter expressa persona heredis, sed veniat certificanda per aliam scheidulam, vel scripturam?*

**A**D hoc autem, vt institutio valeat, plura requiruntur. Primo scilicet, quod † sit certa. Item, quod ore proprio exprimatur. Item, quod sit iusta, & intelligo iustam, quia si testator habet filium, tenetur illum instituere, &c. Dixi ergo in primis, quod debet institutio esse certa; quia nisi persona eius, qui heres instituitur, sit certa, testamentum ipsum corrumpitur, l. quoties. §. heres. ff. de hered. instit. cum similib. Quod tamen intellige secundum doctrinam Bart. in l. quidam relegatus. num. 3. de reb. dubis: quam dicit esse communem Paris. consil. 3. num. 12. & 15. lib. 3.

Sed quid si testator certum heredem † in testamēto 2 nominatim non expresserit, illum tamen desi-

gnauerit per relationem ad aliam schedulam, vel scripturam, in qua sit ipsius heredis nomen expressum, ita tamen, quod illius persona veniat solum post testatoris mortem certificanda? Certe talis institutio sustinebitur, & ad hoc allegatur Bart. in leg. si ita scripsero. ff. de cond. & demon. Sed aduertendum est, quia Bart. ibi loquitur in legatis & relictis particularibus, & in illis doctrina Bartol. est communiter approbata, vt dixi supra § legatum, & attestatur etiam Ias. in l. certum. post numer. 1. ff. si cert. pet. a. qui subdit, eontrarium esse tenendum in heredis institutione: & ad hoc ponderat Bartol. in leg. fin. in fi. Cod. de fideicommiss. & dicit, quod opin. Bartol. ibi est communis. Sed quidquid dicat Ias. Doctores magis communiter idem sentiunt, etiam in institutione heredis vniuersalis, vt dixi supra quest. 4. versicul. Sed pone. Et hanc opin. quod valeat huiusmodi institutio implicite facta per relationem ad aliam schedulam, dicit esse communem Paris. consil. 19. num. 13. lib. 3. vbi etiam dicit ita communiter seruari Natta, in repet. Auth. quod sine. num. 26. C. de testa. Iudicio meo negari non potest, quin hæc opinio in puncto iuris non modicam patiatur difficultatem: nihilominus propter auctoritatem Dd. illam tenentium, & stante etiam communi obseruantia, non esset ab ea in practica recedendum. Illam tamen intellige, vt procedat: modo liquide constet, illam schedulam vel scripturam, quæ exhibetur, esse illam, ad quam testator se retulit, alias dispositio esset penitus nulla. Ita dicit Bartol. in d. l. si ita scripsero, & ita omnes vno ore concludunt, vt dicit Paris. in allegato consil. 19. num. 26. Vide quæ dixi in d. q. 3. versic. Sed pone.

### QVÆSTIO XXXVII.

#### S V M M A R I A.

- 1 Testator debet heredem ore proprio nominare.
- 2 Et quid si Notarius nominet ipse heredem, & interroget testatorem, qui respondeat, quod si?
- 3 Et quid si id fiat ab alio, quam à Notario?
- 4 Et quid si Notarius testatorem non specialiter de herede ipso, sed de toto testamento interroget?
- 5 Et quid si testator articulate loqui non possit?
- 6 Et quid si talis interrogatio fiat à persona suspecta?
- 7 Et quid si huiusmodi testamentum scriptum sit iniussu testatoris?
- 8 Et quid si testator prius aliud testamentum validum confecisset?

**D**ICEBAM etiam, in institutione heredis requiri, quod testator ipsum & heredem suo ore proprio & nominet: & de hoc est text. in l. heredes palam. in princ. ff. de testam.

2 Sed quid si Notarius, aut & aliquis alius ex astantibus, tempore testamenti exprimat nomen heredis, & ipse testator verbis profiteatur se agnoscere, nunquid valebit institutio? Resp. Alber. Papien. tenuit, quod non: sed quod omnino requiratur, quod testator ore proprio nominet ipsum heredem. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo talis institutio valeat, tenet gloss. vulgata, quæ ad hoc quotidie allegatur, in l. iubemus. in verbo, quemadmodum. C. de testam. & ideo si quis interroget testatorem hoc modo: Vis instituere heredem Titium? & ipse respondeat illius interrogationi, quod sic: sustinebitur testamentum,

perinde ac si testator ore proprio heredem ipsum nominasset. Et illam gl. dicit esse communiter approbatam Afflic. delif. 143. numer. 3. & ita communiter teneri affirmat Socin. consil. 20. post num. 5. lib. 4. Hanc etiam opin. esse communem attestantur Scribentes in dict. l. iubemus. & in specie Fulg. qui dicit, quod ita communiter tenetur, relatus per Corn. consil. 261. in litera P. lib. 4. & Alexand. numer. 9. & Ias. numer. 10. qui etiam refert Angel. ibi dicentem, quod hæc communis opin. approbatur in iudiciis & in scholis, licet Angel. in libro meo hoc non dicat, Alexand. consil. 12. post num. 6. lib. 1. & consil. 33. num. 1. & seq. lib. 3. & consil. 47. num. 7. lib. 2. Imol. in c. cum tibi. num. 3. de testam. quæ refert Corn. consil. 73. in litera H. lib. 1. Corn. consil. 257. circa fin. lib. Bald. Nouel. in leg. 1. § si quis ita. ff. de verb. obligat. quem refert Apostil. ad Alexand. in d. l. iubemus. sub num. 9. Ias. consil. 324. in fin. lib. 1. Dec. consil. 489. post num. 3. versic. Et in casu Ruin. consil. 12. num. 9. & n. 12. lib. 2. Bertran. consil. 212. post nu. 17. lib. 1. in 2. parte. Bauer. Instit. de testa. in princ. numer. 64. & seq. Socin. iun. consil. 144. num. 13. lib. 2. & consil. 178. num. 16. eo. vol. & consil. 183. numer. 26. cod. vol. Boer. decis. 35. numer. 6. Crauetra consil. 117. n. 1. D. Bellon. præceptor meus in Institutionibus, & deinde Mediolani Senator consil. 62. n. 7. Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 4. caut. 2. num. 1. Et ita obseruari attestatur Bart. in d. l. heredes palam, in fi. princip.

Et licet Bald. in d. l. iubemus. n. 6. in fi. voluerit & constringere hanc opin. gloss. & communem, vt solummodo procedat, quando ille, qui interrogat, est ipse Notarius, qui de testamento debet esse rogatus, & aliqui etiam ex præallegatis Dd. referant gloss. ipsam loqui in tabellione: Alii vero dicant, quod gloss. primo generaliter loquitur, deinde subdit, maxime si sit tabellio: tamen in libro meo illa gloss. nullam mentionem facit de tabellione: & iudicio meo magis communis intentio Dd. est, quod illa decis. gloss. indistincte procedat, siue interrogatus sit Notarius, siue quicumque alius. Et ita plures ex Dd. supra allegatis indistincte affirmant illam esse communem; & multi etiam attestantur, consulentes in casibus, in quibus testator non fuerat interrogatus à tabellione, sed ab alio extraneo, & in specie Ruin. consil. 2. num. 3. lib. 2. & quod circumscriptus his qui loquuntur in Notario interrogante, sit etiam longe magis communis opin. tenentium generaliter, tam in alio interrogante, quam in Notario, attestatur Cornel. consil. 77. in litera D. lib. 4.

Hanc etiam conclusionem & nonnulli extendunt & vt procedat, non modo si Notarius specialiter de ipso herede tantum testatorem interrogauerit, sed etiam si totum testamentum in scripturam redactum testatori legat, & deinde testatorem generaliter interrogauerit, an ita testari velit. Et ita loquitur Aret. in Instit. de testam. in princ. post num. 15. versic. Nota istam. vbi dicit, quod ita tenent communiter Doct. quem refert Gratus consil. 30. num. 20. lib. 2.

Sed certe licet forte propter auctoritatem tot Doctorum difficile esset in practica obtinere contra opin. illius gl. Mihi (vt verum fatear) illa nunquam placuit; quia negari non potest, quin eam tenendo sit aperta via fraudibus; & aliquando dicebam maxime è Republica futurum, si Cæsarea constitutione caueretur, ne huiusmodi testamentis, quæ ab infirmis ad alterius interrogationem conficiuntur, aliqua fides adhiberetur; nisi testator saltem per tres dies in bono sensu post tale testamentum condi-

tum superuixisset. Nam sæpenumero ab infirmis fere statim morituris solent talia testamenta extorqueri; vt ego aliquando in facto contigisse intellexi; & ideo de facili, si casus contingeret, recederem ab illa opinione tam iudicando, quam consulendo.

5 Scias ergo in primis, † quod ista conclusio gloss. quæ habet, quod *b* testamentum, & institutio valet, quando testator alio interrogante, an velit talem instituire, respondet, quod sic: restringenda est, vt procedat, modo testator ipse non sit adeo oppressus morte, quod articulate loqui non possit, sed habeat adhuc bonum sensum, & bonam memoriam, alias secus. Et ita loquuntur omnes Dd. supra allegati, vt per te videre poteris, & in hoc nemo dubitat.

6 Item scias, quod dicta conclusio non procedit, vbi talis interrogatio † fieret à persona suspecta, & qui est in ultimo mortis articulo constitutus: nam eo casu, attentata qualitate interrogantis, & statu interrogati, resultat vehemens suspicio, quod testator potius ad suggestionem & importunitatem illius ita responderit, quam quod talis esset eius voluntas. Et ita hoc casu sequenda esset opinio Alber. Papin. quam his duobus concurrentibus dicit esse magis communem Socin. iun. in d. consil. 183. num. 27. & seq. libr. 2. vbi etiam refert Guliel. Ponta. idem attestantem in l. 1. §. si quis ita. colum. 6. versic. Limitatur tamen. ff. de verb. oblig.

7 Tertio scias, quod illa † gloss. & communis opin. restringenda est, vt procedat, quando testator prius exposuerat voluntatem suam Notario, qui eam rededit in scriptis, postea redit ad testatorem, & illa lecta, eum interrogat, an velit ita testari. Nam eo casu si responderit, quod sic, vtique valet, quod gestum est. Et hanc dicit esse communem declarationem & limitationem Bello. consil. 74. num. 14. Sed si quis iniussu testatoris testamentum aliquod ordinauerit, & postea coram ipso, & etiam coram testibus lecto tali testamento interroget testatorem, an ita velit, & testator respondeat, quod sic; tale testamentum nihil penitus valebit. Et ita communiter tenetur, vt dicit Bertran. consil. 194. num. 3. lib. 3. in 2. parte. Socin. iun. in d. consil. 83. nu. 32. Et licet Alex. in d. l. iubemus. & Dec. in d. consil. 489. & alii etiam superius alleg. in vers. Sed quid si Notarii. asserant, hanc opin. quæ dicitur fuisse Alber. Papin. esse communiter reprobata; illud tamen non est verum, nisi quatenus ipse Alber. volebat simpliciter, & absolute, quod testator infirmitate grauatus non posset ad alterius interrogationem testari. Hoc enim repugnabat opin. gloss. in d. l. iubemus. quæ proculdubio est magis communiter approbata, vt superius dixi; sed quatenus volebat opus esse, quod ante interrogationem appareret testatorem ita voluisse testari, certe opin. Alber. est magis communis, magis æqua, & magis iura, & ideo his duobus concurrentibus, scilicet quod testator sit valde infirmitate grauatus, & quod non constet testatorem habuisse prius animum ita testandi, non esset ab ea recedendum. Et ita secundum istam opin. in facti contingentia iudicauit Senatus in causa Illustr. D. Marliani.

8 Quarto scias, † quod si testator iam aliud testamētum validum, & solemne confecisset, deinde faciat secundum ad alterius interrogationem; per hoc posterius illud primum non reuocatur. Ita tenuit Paul. de Cast. consil. 155. in fin. lib. 1. & hæc limitatio est magis communiter recepta, vt attestatur Socin. iun.

in allegato consil. 133. num. 34. Et licet istæ limitationes videantur fere destruere ipsam conclusionem gloss. & communem; ego tamen eas consulendo & iudicando sequerer intrepide, & aliis sequendas consulere, vt quantum fieri potest, malitiis hominum, & fraudibus occurratur.

ADDITIONES.

a *Ore proprio nominet.* Item quod institutio heredis nominandi per Titium sit inanis, communem vide per Cardin. Paris. in consil. 38. num. 51. volum. 3. Et idem si ego instituo, vel substituo aliquem heredem, si vxor mea pariat masculum, & vxor mea decedat in partu, & ex ipsius ventre extrahatur masculus viuus, haud dicitur adimpleta conditio illa, quinimo defecta. Adeo vt institutio vel substitutio locum habeat nullum, text. est in l. anniculus. il. 1. §. 1. ff. de verbo sign. quem ad hoc not. esse dicit lac. de S. Geor. in l. reprehendenda, in fin. C. de instit. & substitut. & hæc dixi etiam in colle. mea commun. opin. in verb. institutio, sub num. 10.

b *Quod testamentum.* Item quod testamentum conditum ab eo, qui intelligibiliter negando respondet sic, valeat, ex quo articulate & intelligibiliter dicitur loqui, communem vide per Soc. in consil. 20. lib. 4. & per Cæphal. consil. 546. vbi etiam habes, quando quis dicatur loqui articulate. Et dixi etiam in colle. mea commun. opin. in verb. testamentum, num. 23.

QUESTIO XXXVIII.

SUMMARI A.

- 1 Hodie legitima filio relinquere debet titulo institutionis.
- 2 Et quid de iure Digestorum, & Codicis?
- 3 Et quid de iure Canonico?
- 4 Et quid in testamento inter liberos?
- 5 Et quid in testamento condito ad pias causas?
- 6 Et quid in testamento condito ab eo qui vult ingredi religionem?
- 7 Et quid in legitima quæ relinquitur filie femina?
- 8 Et quid in legitima ascendentium?
- 9 Et quid si quantitas legitima sit alterata ex dispositione statuti?
- 10 Et quid si pater dicat, relinquo filio meo centum, an censeantur relicta titulo institutionis?
- 11 Et quid si dicat, relinquo centum pro legitima, vel Falcidia?
- 12 Et quid si testator dicat, relinquo filia mea centum pro dote?
- 13 Et quid si pater adiiciat, quod nihil ultra petere possit?
- 14 Et quid si testator iusserit testamentum extendi ad dictamen sapientis, nunquid poterunt addi illa verba: titulo, vel iure institutionis?

Dixi etiam, quod institutio debet esse iusta: non enim sufficit in testamento aliquem esse institutum ad hoc, vt testamentum ipsum valeat: sed requiritur, quod si quis de iure est instituendus, instituat: alias testamentum est nullum. Et posui exemplum in filio, qui de iuris necessitate debet institui, vel exheredari, & ideo si sit præteritus, testamentum est nullum, vt dixi infra, quæst. 42. in princip. & est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. in Authent. ex causa, num. 52. Cod. de lib. præter. Et aduerte, quia de iure nouissimo, ad hoc, vt filius non dicatur præteritus, non sufficit, quod de eo in testamento sit facta mentio, etiam si pater ei aliquid relinquat, quod sit plus quam legitima illi debita: sed requiritur, quod sit ei relictum † titulo honorabili institutionis. Text. est in §. aliud quoque capitulum, in Authent. vt cum de appell. cognosc. Et licet gloss. in l. scimus, §. cum autem, in verbo, Celebrari. Cod. de inoffic. testam. tenuerit, quod suffi-

ciat si filius sit honoratus per viam fideicommissi; tamen contrarium tenent communiter Dd. Et illam gloss. esse communiter reprobata, attestatur Alex. in l. inter cetera, in princip. numer. 2. in fin. ff. de lib. & posthum. & sic facienda est conclusio, quod omnino ad hoc, vt testamentum valeat, requiritur, quod filio relinquatur legitima, titulo institutionis; alias testamentum esset nullum, & sic filius succederet patri ab intestato. Et ita tenent omnes indifferenter, vt dicit Ias. in Authent. nouissima. numer. 13. Cod. de inoff. testam. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alexand. in dict. leg. inter cetera in princip. post numer. 2. versicul. sed sustinendo, Picus in repet. i. in quartam, post numer. 50. vers. Quarta est conclusio. ff. ad Trebel. Bert. consil. 19. col. 1. lib. 3. in 2. parte, consil. 65. numer. 1. eo. vol. & consil. 133. post numer. 1. eo. vol.

Neque credas, \*\* quod hæc dispositio iuris in fauorem filiorum sit prorsus inutilis. Nam si filius fuerit in re certa etiam minima institutus; proculdubio si coheres vniuersalis repudiuerit, tota hereditas accrescet ipsi filio instituto in re certa. Quod tamen secus esset: si non titulo institutionis, sed titulo legati, aut fideicommissi, vel alio particulari titulo aliquid ei relictum fuisset, vt dixi supra §. institutio. Item est utilis, quia institutus capit propria auctoritate, non autem legatarius. Item, quia heres scriptus potest intentare remedium l. fin. C. de edict. diui Adri. tollen. & petere, se mitti in possessionem, non autem legatarius, &c.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit de iure nouissimo, per text. in dict. §. aliud quoque. & ita loquuntur Dd. per me supra allegati. Sed quid de iure † Digestorum? Respon. quod etiam de iure Digestorum legitima erat filio relinquenda, titulo institutionis. Et hæc est communis opin. vt dicit Gul. de Bened. in 1. parte repet. c. Raynutius. fol. 184. numer. 15. Iac. de Nigis in rep. Rub. ff. de leg. 1. post numer. 17. vers. vltra alios. De iure autem Codicis est expeditum, quod sufficiebat filium honorari quocumque relictum titulo. Text. est expressus in l. omnimodo. C. de inoff. testam. & in hoc nemo dubitat. Sed quidquid sit, postquam habemus certam dispositionem iuris nouissimi, frustratorium est in huiusmodi quæstionibus tempus conterere.

Hæc etiam conclusio de plano procedit secundum ius civile: est enim de hoc text. expressus in d. §. aliud quoque. & ita communiter tenent attestatur Imol. in dict. c. Raynutius. post numer. 51. vers. Sed quidquid. & in hoc modica est controuersia inter Doctores. Sed quid dicendum de iure † Canonico? nunquid etiam illo iure necesse est, vt legitima filio relinquatur, titulo institutionis? Respon. in hoc variæ fuerunt opin. inter Dd. Nam Hostien. in c. Raynutius. tenuit, quod de iure canonico sufficeret legitimam relinquere quocumque titulo. & hanc opin. dicit esse communem Alex. in d. l. inter cetera, in princip. numer. 6. quem refert Politus in repet. l. filium quem habentem. numer. 145. in §. C. fa. n. heres. & Ram. consil. 11. numer. 2. lib. 2. Contrariam autem opin. scilicet, quod imo etiam de iure canonico requiratur, quod legitima filio relinquatur titulo institutionis, tenuerunt gloss. in d. c. Raynutius. in verb. Relinquens. & in c. si pater. in verb. Institut. de testam. in 6. quas dicit esse communiter approbatas in d. Alexand. sibi ipsi contrarius. consil. 70. numer. 6. lib. 2. Hanc etiam opin. dicit communiter tenere Imol. in dict. c. Raynutius. post numer. 51. versic. Sed dubium. &

illam dicit esse communem Ias. in d. Authent. nouissima. numer. 31. & in Rub. ff. de solut. matr. post numer. 32. Boer. decis. 267. numer. 1. Berous in d. c. Raynutius. numer. 38. & seq. Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 3. caut. 1. post numer. 1. Prob. in Apostil. ad Ioan. Mon. in c. si pater. numer. 25. de testa. in 6. Ex quo enim hoc de iure civili est decisum, non est inducenda discrepantia inter ius canonicum & civile, vbi expresse id cautum in iure non reperitur. Et licet forte contraria opin. magis conueniat æquitati iuris canonici; tamen propter auctoritatem Dd. tenentium hanc secundam opinionem non esset ab ea consulendo aut iudicando recedendum.

Sed quid in testamento inter † liberos, nunquid erit etiam necessarium, vt filii sint honorati titulo institutionis? dixi supra, q. 8. vers. Sed pone.

Item, quid in testamento † condito ad pias causas? dixi supra, q. 6. vers. Sexto infertur.

Item quæro, quid † in eo, qui testatur volens ingredi religionem, nunquid etiam in eius testamento requiritur titulus institutionis, ad hoc vt testamentum ipsum valeat? Respon. Aut quæris, an requiratur, quod aliquid relinquat titulo institutionis monasterio, in quod ingredi vult. & vide quæ dixi supra q. 28. vers. vt vero. Aut quæris, an requiratur, quod aliquid relinquat filiis titulo institutionis? & dico quod non; sed sufficit quod relinquat quocumque titulo, & filii nihilominus habebunt suam legitimam. Ita tenent Bart. in Authent. si qua mulier. numer. 7. & seq. C. de sacrosan. eccles. & est communis opin. vt dicit Claud. in d. l. inter cetera. numer. 12. & seq. Nam testamentum eius, qui vult ingredi religionem, non subiacet dispositioni iuris communis, vt dixi in alleg. q. 82. versic. In primo. & versic. Sed nunquid.

Sed quid in filia scemina, nunquid etiam in illa locum habebit conclusio, vt scilicet de necessitate, etiam illi sit † relinquenda legitima, titulo institutionis? Respon. quod sic, & de hoc non est dubitandum, postquam à lege sublata est in successione differentia sexus. l. maximum vitium. Cod. de lib. præterit. Ideo eius præteritione pariter vitatur testamentum, sicut præteritione filii masculi, vt dixi infra q. 42. vers. Item quæro.

Sed quæro, tu scis, \*\*\* quod iure † hodierno ita est aucta legitima ascendentium, vt legitima descendendum, vt dixi supra hoc eod. §. legitima. Nunquid etiam huiusmodi legitima ascendentium erit pariter relinquenda titulo institutionis, sicut legitima descendendum? Respon. Bartol. in d. Authent. nouissima. numer. 4. C. de inoff. testam. tenuit, quod non. Sed contrarium tenent omnes Dd. scilicet, quod imo sit etiam ascendentibus relinquenda legitima titulo institutionis. Et hanc opin. contra Bartol. esse communem attestatur Ant. de But. consil. 15. numer. 2. Alex. in l. 1. post numer. 4. de bonor. possess. sec. tabulas. Dec. in d. l. 1. numer. 8. C. de bonor. possess. secund. tabul. Ias. in d. Authent. nouissima. numer. 37. vbi dicit, quod in hac opin. Bart. est solus, & miratur, quod ex tam frequenti caterua Legistarum & Canon. Bart. nullum amicum inuenit, qui tenuerit cum eo. Guliel. de Bened. in 1. part. repet. c. Raynutius. fol. 206. numer. 249. & seq. Bertran. consil. 34. numer. 6. & 7. lib. 1. in 2. parte, & consil. 43. post numer. 1. lib. 3. in 2. parte. Socin. iunior. consil. 64. numer. 1. lib. 2. Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 3. caut. 1. numer. 1. pro qua facit text. in dict. §. aliud quoque, dum vult ea, quæ in filio constituta sunt, etiam in parentibus locum habere.

bere: & in practica nefas esset consulendo aut iudicando ab hac opin. recedere.

9 Sed pone, quod in † ciuitate adfit statutum, loquens de legitima, & aliter circa ipsam disponens, quam sit à iure communi dispositum: nunquid etiam huiusmodi legitima, ita alterata, erit titulo institutionis relinquenda? Resp. Bald. in l. maximum vitium, post numer. 15. C. de liber. præterit. tenuit, quod non. Sed illud dictum Baldi communiter reprehenditur, vt dicit Claud. in d. l. inter cetera, numer. 18. Polit. in repet. l. filium quem habentem. numer. 154. C. famil. herisc. Non enim est ita de facili inducenda correctio iuris communis, præter id quod à statuentibus expressum est.

Sed nunquid tota & integra legitima est de necessitate filio relinquenda, titulo institutionis? Respon. quod non; sed sufficit, quod aliqua res, quæcunque illa sit, relinquatur titulo institutionis: satis enim est, quod in aliqua re, vel minima, filius sit honoratus illo titulo institutionis, & in hoc nemo dubitat.

10 Quid vero; si pater in testamento dicat, relinquo filio † meo centum, nunquid centebitur relictum iure institutionis, ita vt testamentum iustineatur? Resp. quod non. Et ita magis communiter tenetur, vt dicit Alexand. in l. humanitatis, post num. 2. vers. & prof. C. de impub. Nam verbum, Relinquo, adiectum certæ rei, nunquam trahitur ad institutionem, vt dixi infra, lib. 7.

11 Sed quid si dicat, relinquo † centum pro legitima, vel pro Falcidia, non tamen dicat titulo institutionis, nunquid hoc sufficiat? Respon. in hoc articulo fuit aliquando controuersia inter Dd. nam Bart. in Auth. vnde si parens, num. 2. C. de inoffic. test. tenet, quod sufficiat. Et hanc opinionem \*\*\*\* dicit esse communem Alexand. in d. l. humanitatis, num. 2. Dec. in d. l. humanitatis, nu. 4. quem refert Boer. decis. 267. col. 2. Hanc etiam opin. quod scilicet sufficiat pro titulo institutionis, si testator dicat, Relinquo centum filio meo pro legitima, vel pro parte sua, dicit esse magis communem Alexand. consil. 50. circa fi. lib. 7. Contrariam autem opinionem, scilicet quod imo non sufficiat, tenuit Sal. in dict. Authen. vnde si parens, num. 4. & hanc opin. dicit esse communem Ioan. Dilect. de arte test. in d. lib. 3. caut. 1. n. 1. in fin. Sed certe credo, quod Ioann. Dilect. in hoc verum non dicat: quia imo opin. Bart. est verior & magis communis, & etiam æquior: sufficit enim mentem testatoris apparere, licet verba quædoque non ita aperta esse videantur. Non enim omnis testator (vt dicunt Dd.) scit dicere: heredem instituo, vel titulo institutionis relinquo. Et ab hac opin. tanquam æquiore, & quæ magis fauet testamentis, censerem non esse in practica recedendum.

12 Quid autem si testator dicat relinquo † filia meæ centum pro dote, nunquid tale relictum sustinebitur in vim institutionis? Resp. quod sic: ex quo enim dos est ius vniuersale, vt dixi infra lib. 4. §. dos. sequitur, quod verbum Relinquo, illi adiectum, debet importare institutionem: per ea quæ dixi infra, lib. 7. Et hanc opin. tenuit Ant. de Butr. in dict. c. Raynutius. quæ dicit videri verioris & communiore Ruin. consil. 14. numer. 7. lib. 2. Et ita obseruari attestatur Guliel. de Bened. in 1. parte repet. d. c. Raynutius, fol. 299. numer. 275. prout illum refert Apostil. ad Alex. consil. 17. post num. 20. lib. 3. Sed reuera Guli. ibi (quod viderim) hoc non dicit: quinimo videtur sentire contrarium, dum ait, quod hæc limitatio procedit de æquitate canonica, & quod forte non seruetur in terris imperii.

Benedicit, quod secundum hanc opinionem semper consuluerunt Dd. Tholosani, & sæpe iudicauit suprema Parlamenti curia Tholosana. Ego vero non negauerim, quin ista opin. de iure stricto aliquam patiat difficultatem, prout etiam multi Dd. contrarium in specie tenuerunt: sed fauore testamenti, vbi res ad hunc solum punctum reduceretur, vtique inclinarem in hanc sententiam, maxime si esset iudicandum secundum æquitatem, & sola facti veritate inspecta.

Præterea quæro, Pone, pater † relinquit in testamento filio suo centum, deinde adiecit clausulam, quod nihil ultra petere possit, nunquid eo casu centebitur relictum titulo institutionis? Respon. Baldus in l. si adulta, num. 2. C. de hered. acti. tenet, quod sic: Sed in hoc reprehenditur communiter per Dd. vt dicit Claud. in d. l. inter cetera, num. 22. Nam ex huiusmodi verbis quæ appositæ sunt, vt restringant dispositionem, non debet ipsa dispositio ampliari, vt scilicet subintelligatur titulus institutionis, qui à testatore expressus non fuit.

Vltius quæro, quid † si testator in testamento dixerit, quod volebat testamentum suum extēdi dictamine b sapientis; nunquid poterit sapiens cuius b dictamine extendendum est testamentum, apponere, relictæ factæ filiis, illa verba, iure aut titulo institutionis? Respon. Bart. in l. illa institutio, num. 2. & 3. ff. de hered. institut. tenuit, quod non. & dicit Claud. in d. l. inter cetera, num. 26. in fin. quod cum sequuntur communiter Dd. Contrarium tamen, scilicet quod imo possit & debeat sapiens addere illa verba, iure institutionis, tenuit Bald. in d. l. illa institutio post numer. 1. versic. in ea gl. statuti. Et hanc opin. dicit esse communem Socin. iun. consil. 143. numer. 14. lib. 1. Et ita fit de facto, vt attestatur Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de instru. edit. §. postremo. sub num. 13. quem refert Imol. in d. c. Raynut. post numer. 55. Socin. iun. consil. 124. numer. 48. lib. 1. Et hæc opin. tanquam magis communis, & consuetudine etiam roborata, tenenda est in practica, vt quantum possibile est, defunctorum voluntatibus iustitendis faueamus. Et hæc omnia nota, quia quotidie in facto contingunt.

#### ADDITIONES.

a Titulo institutionis.) Obiter pone, Filia in contractu matrimonii promisit renunciare omnibus bonis paternis & maternis consummato matrimonio quæ tamen non renunciauit. Et tandem pater in testamento certam summam eidem reliquit iure institutionis. An d. filia mortuis patre & matre possit agere ad supplementum legitimæ? quod sic, vide per Boer. decis. 3. qui etiam num. 16. tenet, conuentionem factam inter patrem hinc & eiusdem filie maritum de ipsa, postquam eandem ad domum mariti duxerit, renunciare faciendo hereditati paternæ, nullam esse, postquam prius haud renunciauerit, neque ipsi marito quicquam obesse. Item an filia instituta ultra legitimam suam & dotem matris, & prohibita plus petere dictante sic statuto, intelligatur exclusa à dote materna in quantitate non in specie debita? vide per Bal. in l. libert. libertaque. col. pen. C. de ope. lib. vbi & quid si dubitatur, dummodo non sit prohibita plus petere.

b Dictamine sapientis.) Obiter hic scias, quod error commissus à notario propter consilium sapientis, cui notarius submissus erat in consistentibus in iure, non imputatur notario, etiam si fallum commiserit. Vide per Felyn. in c. ex literis. col. 5. versic. 6. declaratio. de fide instr. Sapiens autem an & quando possit addere, supplere & declarare: vide per Cæphal. consil. 28. vbi plene.

\* Vide octo casus quibus alio quam institutionis titulo legitima filio relinqui potest apud Chaffan. in consuet. Burg. de success. rub. 7. §. 4. num. 7. & seq. viginti autem accumulatur Valq. Auth. nouissima, C. de inoff. num. 259.

\*\* Tamen in re certa institutus & de restituendo grauatus Trebellian. nõ deducit. Crauet. *consil.* 186. & feudum siue emphyteusis pro hered. accepta non pertinet ad filium heredem singularem, Couarr. *lib. 7. var. resol. c. 18. n. 5. Clar. §. feud. q. 86. & §. emphyt. q. 16. & 38. Rol. consil. 23. n. 44. & 53. volum. 1. Burf. consil. 92. num. 25. & seq. ideoque fit vt tota inter institutionem singularem, & generalem differentia intercedat.*

\*\*\* Vtrum filio legitimam non esse sufficienter relictã an heredi sufficienter relictã fuisse probandum sit, vide Burf. *consil.* 93. num. 18.

\*\*\*\* Istius sententiz assertores laudare potes, Cornel. *consil.* 298. num. 10. & *seq. lib. 1. Alexand. consil. 50. volum. 7. Capr. c. Raynut. de test. num. 6. Valq. Auth. nouissima. num. 254.*

### Q V Æ S T I O XXXIX.

#### S V M M A R I A.

1. Filius in potestate an possit institui sub conditione potestatiua?
2. Et an sub conditione casuali, vel mixta?
3. Et quid in nepote qui tenet primum gradum?
4. Et an hæc locum habeant iure hodierno?

**S**VCCESSIVE quæro, nunquid filius † in potestate possit institui sub conditione? Respon. in hoc proposito possunt considerari tres species a conditionum: Aliqua enim est conditio potestatiua, aliqua casualis, & aliqua mixta. Potestatiua est, quæ pendet à mero arbitrio ipsius instituti: puta, Instituo te, si feceris testamentum: & sub huiusmodi conditione potest filius institui, & testamentum non vitatur, neque etiam respectu legitimæ. \* Et ista est communis opin. vt dicit Alex. *in l. cum posth. in ff. de lib. & posth.* Ex quo enim potest filius conditionem ipsam adimplere, censetur quasi pure institutus, & ideo si illam non adimpleat, videtur tacite paternam hereditatem repudiare. Et licet Bart. *consil.* 198. n. 1. tenuerit, quod hæc conditio reiicitur: tu tamen tene contrarium, licet, quod talis conditio potestatiua non reiiciatur ab institutione filii, nisi esset contra bonos mores. \*\* Et ita esse communem opin. affirmat Ioann. Dilect. *de arte testandi, tit. 3. caut. 4. num. 2.*

**A**liqua vero est conditio † casualis, quæ scil. pendet à casu, siue fortuna, puta, si nauis ex Asia venerit. Item aliqua mixta, quæ partim pendet ab arbitrio ipsius instituti, partim ab alieno, puta, si filius meus duxerit Seiam in uxorem, &c. & sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta, non potest filius institui, nisi in defectum conditionis b exheredetur; alias testamentum est nullum, text. est *in l. si pater. C. de instit. & substit. & ratio est, quia deficiente conditione, filius non remanet c institutus, neque exheredatus: & sic tanquam ipso præterito testamentum redditur nullum. Et hæc dicit esse communem rationem Ias. *in d. l. si pater. num. 8. & seq.**

**E**t hæc conclusio locum † habet, non solum in filio in potestate, sed etiam in nepote, qui sit suus, scilicet, quem in gradu nemo præcedat: nam nec ipse potest sub huiusmodi conditione casuali vel mixta heres institui, nisi in eius defectum exheredetur, alias testamentum erit nullum, prout supra dictum est de filio in potestate. Ita tenet gloss. *in d. l. si pater.* & est communis conclusio, vt attestantur Scribentes *in d. l. si pater,* & in specie Ias. *post num. 16. vers. in quarta.* & Dec. *num. 14. Dec. consil. 236. col. 1. in fin.* Est enim & ipse de necessitate instituendus, quando tenet primum locum.

Sed quæro, nunquid hæc conclusio, quæ habet, quod filio instituto sub conditione casuali, vel mixta,

testamentum est nullum, habeat locum † etiam iure hodierno. Dubium autem facit, quia hodie de legitima filii reiicitur omnis conditio, vt dixi supra §. *legitima.* merito filius debet censer, tanquam in legitima pure institutus, & sic sustineri testamentum? Resp. in hoc articulo variæ fuerunt Doct. opin. nam antiqui omnes vsque ad Bartol. tenuerunt, quod etiam hodie tale testamentum non valeat. Et hæc opin. dicit esse communem Soc. *consil.* 97. *post num. 3. & consil.* 98. *num. 1. eo. vol. vbi enumerat auctoritates.* Et opinio Bartol. qui contrariam tenuit (vti statim subiiciam) communiter improbari affirmat Ioan. Dilect. *de arte testandi, tit. 3. caut. 1. numer. 2.* Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo hodie tale testamentum sustineatur, tenuit Bartol. *in dict. leg. si pater. num. 2. & in l. suus quoque. in princ. post num. 3. versic. Re intro. ad gloss. ff. de hered. instit. & hæc opin. dicit esse communem Ias. in d. l. si pater. numer. 19. & seq. Bertrand. consil. 161. num. 2. in 2. parte. & consil. 135. num. 1. lib. 2. in 2. parte. & consil. 166. num. 5. lib. 6. & consil. 245. num. 3. eod. vol. Gratus consil. 112. num. 3. lib. 2. Apostil. ad Bart. *in d. l. si pater. sub numer. 2. & dicit Paul de Castr. in dict. leg. suus quoque. in princ. num. 1. in fin.* quod opin. Bart. communiter tenetur. Dicit etiam ibi Paul. de Castro, sed non in libro meo, quod ita seruat totus mundus, prout illum refert Alexand. *in dict. leg. si pater num. 9. & Corn. consil. 301. in litera F. lib. 4.* Hanc etiam opin. Bart. magis communiter obseruari attestatur Corn. *consil. 114. in princ. lib. 4.* Tu ergo, quidquid dicant alii, tene opin. Bart. tanquam magis communem & veriore, per text. *in l. scimus. §. cum autem. Cod. de inoff. testam.* quem Bartol. ad hoc propositum eleganter inducit, neque illi aliqua bona responsio iudicio meo accommodatur per tenentes contrarium. Cum etiam hæc opinio sit æquior, & faueat testamentis, & adsint tot illustres Dd. affirmantes illam in practica communiter obseruari: non puto esse ab ea consulendo aut iudicando recedendum.*

#### A D D I T I O N E S.

**a** Tres species conditionum.) Hic cadit pulcherrima dubitatio, An institutio heredis per patrem testatorem facta hoc modo, videlicet, Casu quo A. stare nollit cum B. & C. fratribus suis, seu alii eius fratres nollent stare, & habitare cum prædicto A. dicatur facta in pœnam priuationis, vel resoluat in conditionali dispositione, quod non dicatur facta in pœnam priuationis, sed sit conditionalis dispositio, commune vide per Soc. *consil.* 21. *col. 1. vol. 3.* quod dixi etiam *in collect. mea. commun. opin. in verb. institutio. num. 3.*

**b** Exheredetur.) Et istam regulam, quod filius haud possit institui à patre sub conditione casuali, nisi sub contraria exheredetur, cum suis ampliationibus, atque limitationibus, vide per Duen. *reg. 368. in vol. diuers.* Et in institutione conditionalis, scias hic, quod non transmittitur ad heredes morientis instituto ante impletam conditionem, gl. est communiter approbata *in l. unica. C. de his qui ante aper. tabul. vt attestatur Crauet. in consil. 58. sub num. 15.* quod etiam dixi *in collect. mea. commun. opin. in verb. institutio. num. 7.*

**c** Filius non remanet institutus.) Item quod filius haud censetur institutus per conditionalia verba ab ipso testatore prolata, vt si sic dixerit, si filius meus me viuente moreretur, nepotem instituo: commune dixi *in collecta mea. commun. opin. in verb. filius. sub num. 35. vbi ibidem.*

\* Imo vero à potestatiuæ conditionis onere immunis est legitima, Bal. Sal. Castr. Mod. Patil. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. test. de quo vide Gabr. tit. de legitim. conclus. 1.*

\*\* Imo vero conditio contra bonos mores nullo casu ex filiis instit. reiicitur, sed eam labefactat, & euertit, text. est singularis *in l. filius. ff. de cond. inst. Soc. in l. non dubitamus. ff. de cond. & dem. Bald. Corn. Dec. lac. de S. Georg. in l. si pater. C. de instit. & substit.*

## QVÆSTIO XL.

## S V M M A R I A.

- 1 Filium posse ex causa à patre exheredari.
- 2 Et quid si illum exheredet nulla inserta causa?
- 3 Et quid si sit inserta, sed illegitima?
- 4 Et quid si sit legitima, & ab herede?
- 5 Et quid si non probetur?
- 6 Et an qua dicuntur de exheredatione locum habeant in testamento militis?
- 7 Et an in filio emancipato?
- 8 Et an in legitimo?
- 9 Et an in filia per statutum exclusa?

**D**ICTVM est in patris testamento necessariam esse filii institutionem, ad hoc vt testamentum ipsum valeat: Scire tamen debes, quod potest etiam ex causa filius à patre exheredari; & ideo dummodo filius in testamento reperiatur, vel institutus, vel exheredatus, sustinetur testamentum. Vt autem perfecte intelligas hanc materiam exheredationis liberorum, quam Dd. diuersimode explicant, & scias, quando testamentum propter exheredationem reddatur nullum vel inofficiosum, & consequenter in quibus casibus hodie sit locus querelæ, considerandi sunt nonnulli casus.

Aliquando enim (& iste est primus casus) pater exheredat filium nulla inserta causa, \* & hoc casu testamentum est ipso iure nullum; & sic non est opus querela ad illud rescindendum. Et hæc est communis opin. vt dicit Imol. in l. i. num. 6. & ff. de testa. & in l. filio præterito. post num. 30. ff. de iniusto rupto. Curt. iun. in Auth. ex causa. num. 4. 2. C. de lib. præterit. & dicit Iason in d. Authen. ex causa. post nu. 18. quod in hoc nemo contradicit. Ex quo enim per dispositionem §. aliud quoque capitalium. in Authen. vt cum de appellat. cognos. cautum est, vt in exheredatione nominatim causa inseratur: merito non inserta causa, & sic non seruata forma à lege tradita, actus remanet ipso iure nullus, & in hoc non est controuersia apud Dd.

Aliquando etiam vero in exheredatione est inserta causa, & tunc aut causa inserta non est ex causis legitimis, ex quibus pater potest filium exheredare; puta, quia dicit, exheredo filium meum, quia noluit dare operam literis, vel huiusmodi: & tenendum est, quod etiam hoc casu testamentum sit ipso iure nullum, \*\* & consequenter, quod non sit opus querela. Paria enim sunt quid non fieri, vel minus legitime fieri: neque potest dici seruata esse formam à lege traditam; ex quo talis forma laborat vitio visibili repugnante ipsi legi. Et ita communiter tenetur, vt ait Imol. in l. i. nu. 6. ff. de testam. & in d. l. filio præterito. nu. 30.

Quandoque pater etiam in exheredatione et apponit causam legitimam, & tunc est etiam distinguendum. Aut enim talis causa est vera, quia scilicet heres institutus probat illam esse veram (& hic est tertius casus) & tunc valet exheredatio, & frustra tractamus, an hoc casu sit locus querelæ, quia cum testamentum valeat, & exheredatio ipsa iuris dispositione foueatur, inanis esset querela, si per filium proponeretur.

Aut talis causa inserta etiam non probatur ab herede (& iste est quartus casus) & tunc bene valet ipsa exheredatio, ex quo non laborat defectu formæ à lege traditæ, sed potest deinde per querelam testamentum ipsum, tanquam inofficiosum, rescindi. Et hæc

conclusio est clara, & per omnes approbata, vt dicit Curt. iun. in d. Auth. ex causa post num. 4. 2. vers. alias duas. Et ita communiter teneri attestatur Imol. in d. l. i. num. 6. ff. de testa. Corn. consil. 158. in litera T. la. l. 2. & consil. 225. in litera E. lib. 3. Hanc etiam dicit esse communem Alex. in dict. Auth. ex causa. num. 2. Iaf. in dict. Auth. ex causa, post num. 18. Et sic nota, quod ad hoc, vt exheredatio valeat, duo necessario requiruntur. Primum, quod causa legitima nominatim inseratur in testamento. Secundum, quod ipsa causa ab herede probetur: & hanc dicit esse communem conclusionem Curt. iun. in Auth. non licet. num. 17. C. de lib. præter. & hic habes casum, in quo negatiua est fundamentum intentionis, & tamen non debet probari à de quo tamen articulo vide quæ dixi infra lib. 7. §. probat. Sufficit enim filio si dicat testamentum paternum, in quo ipse est exheredatus, esse inofficiosum, & causam ipsam exheredationis non fuisse veram. Nam si heres non probauerit illam esse veram, exheredatio non valebit, & consequenter testamentum ipsam corruet, tanquam à demente & insano conditum. Hoc tamen quod dixi secundum communem opin. exheredationem non valere, nisi causa probetur, intellige vt procedat, quantum ad hoc, vt exheredatio sustineatur, si testamentum per querelam impugnetur. Nam ad hoc, vt mero iure valeat, sufficit, quod causa ipsa legitima nominatim inserta sit, licet non probetur. Ita dicit gl. i. in l. i. in gl. i. in fi. ff. de test. & est communis sententia, vt dicit Aret. in ea. l. i. col. 3. vers. in ea gl. ibi, & col. 4. vers. Sed consequenter.

Neque putes modicam vtilitatem in hoc versari, an scilicet testamentum reddatur ipso iure nullum, an autem sit impugnandum per querelam, quia hæc differentia maximi est effectus. Si enim testamentum est nullum, filius habet spacium 30. annor. ad dicendum ipsum nullum. Communis est enim conclusio, quod ius dicendi nullum, minore temporis spacio non præscribitur, vt dixi infra lib. 7. §. præscriptio. Si vero testamentum valet, sed est per querelam rescindendum; certum est, quod querela non durat nisi quinquennio, vt est in iure notissimum.

Sed quæro, nunquid hæc etiam conclusio, quæ habet, quod iniuste exheredatus possit testamentum paternum rumpere per querelam inofficiosi, habeat locum etiam in testamento militis? Resp. quod quidquid esset de iure antiquo, hodie proculdubio, etiam contra testamentum militis, habet locum querela. Ita tenet gl. in fin. in verbo, testamta. C. de inoff. testa. & est communis opi. vt dicit Alex. in l. centurio, numer. 50. ff. de vulga. & ideo, si pater miles testans de bonis castrensibus prætereat, vel sine causa exheredet filium in potestate, hodie eius testamentum subiacer querelæ. Et hanc dicit esse communem opin. Imol. in d. l. filio præterito, num. 32. in fi. de iniust. rupto. Alex. in d. Auth. ex causa, num. 5. Bauer. in §. illis autem. nu. 17. Instit. de testa. milit.

Item quæro, quid in filio etiam emancipato, an et ipse, si sine causa, vel cum causa, quæ deinde non probetur, fuerit exheredatus, poterit dicere testamentum nullum, vel illud per querelam inofficiosi rescindere? Resp. quod sic: nam hodie quoad exheredationem inter filios emancipatos, & filios in potestate, nulla est differentia. Et hæc est communis opin. vt attestatur Curt. iun. in d. Auth. ex causa. nu. 43.

Vt iterum quæro, quid in etiam legitimo? dixi infra, §. quest. 48.

6 Quæro etiam, quid in filia † per statutum exclusa? dixi infra, q. 4. 2. vers. Item quæro.

ADDITIONES.

a *Ex causa.*) Et quod testamentum, in quo filius est exheredatus cum causæ legitimæ expressione valeat, commune dixi in colle. mea commun. opin. verbo, testamentum, nu. 8. Item ex causa exheredari. Hic licet exheredationis causas nunquam esse adiuuandas. l. cum quidam in fin. ff. de lib. & posthu. & habetur etiam per glo. in §. pœnales. in verb. in ius vocasset. Instit. de action.

b *Exheredari.*) Aduerte quod exheredatio debet esse pura: alias si sit sub conditione, haud valet: hanc communem cum suis ampliationibus atq; limitationibus remissive, vide per Duen. reg. 278. vbi etiam dixi in colle. mea comm. opinio. in verb. exheredatio, num. 1. vbi etiam posui, quomodo accipiat illud dictum S. Augusti. dicentis, qui volunt filium exheredare, atque ecclesiam instituire, alium quærant consultorem, quam Augustinum.

c *Exheredatione.*) Quid si in vno testamento institutus sit Titius, & in alio exheredatus? quod non valeat talis exheredatio decidit Ang. Aret. in §. 1. Inst. quibus mod. testa. in fin. nu. 4. Et quid si conferatur exheredatio vel priuatio hereditatis post ius quæsitum, puta testator instituit Titium heredem suum, qui si testatoris uxorem molestauerit in tali relicto, priuatur eius hereditate. vide & dicit per Ang. de Aret. vbi supra num. 5. Et quid si in eodem testamento testator instituit filium tuum, & in eodem testamento sub conditione exheredat? quod valeat testamentum, & sub contraria conditione censetur institutus, decidit Ang. Aret. eod. §. 1. num. 3. Item an exheredari possit filius nubens inuito patre vel alimētis priuari? vide per Rimin. iun. in conf. 133.

d *Non debet probari.*) Olim quidem tenebatur filius exheredatus agens de inofficioso, probare testamentum inofficiosum, & sic sine causa se fuisse exheredatum: hodie vero secus, cum magna sit præsumptio pro filio aduersus patris exheredantis testamentum, quæ in heredem transfert onus probandi causam exheredationis fuisse iustam: vt tradit Didac. libr. præct. quæst. c. 6. & dixi in colle. mea commun. opinio. in verb. exheredatus.

\* Velim tibi annotes illum quem vt filium sub pena tractate promisi, necessario instituendum vel exheredandum, tamen exheredationem sine causa impune fieri posse. L. quidam cu. filium. ff. de ver. ob. Marthel. fin. 17. Iac. in d. l. quidam.

\*\* Hanc opinionem amplectitur Bar. ad l. 7. ff. de testam. nu. 12. Aret. num. 2. Pau. nu. 9. Gomer. de testa. c. 11. nu. 10. Cort. conf. 150. num. 1. lib. 1. contrariam vero sententiam, hoc nimirum casu testamentum pro inofficioso querela expugnandum defendit Ign. Auth. ex causa. Vigl. & Steph. Bod. in rubr. Instit. de inoff. testam.

QVÆSTIO XLI.

SVMARIA.

- 1 Quæ sint causæ in iure expressæ, propter quas filius potest à patre exheredari?
- 2 Et an propter alias similes, vel maiores expressis?
- 3 Et an propter iniuriam verbalem patri illatam?
- 4 Et an ex eo, quod filia sine patris consensu alicui nupsit?
- 5 Et an eo casu teneatur pater illam dotare?
- 6 Et an ex eo, quod filius vassalli dominum offenderit?
- 7 Et an si pater sit prodigus poterit mater filium exheredare, ne patri queratur vsusfructus?
- 8 Et quid si filius post commissam ingratitude causam, factus sit furiosus, nunquid poterit adhuc à patre exheredari?
- 9 Et an secundum ius nouissimum possit filius posthumus à patre exheredari?

SVPERIORI quæstione diximus, non posse filium à patre nisi ex causa legitima exheredari. Nunc videndum est, quæ sint illæ causæ, propter quas † filius potest à patre exheredari; & de hoc habemus text. in §. causas, in Auth. vt cum de appellat. cognos. vbi e-

numerantur 14. causæ a ingratitude, propter quas a potest pater filium exheredare.

Sed quæro, nunquid filius † possit tantum propter 2 illas 14. causas: vel aliquam earum exheredari? Resp. quod potest etiam exheredari ex aliis b causis, quæ b sunt similes; vel maiores illis 14. expressis: pura, quia fuerit proditor patriæ, vel huiusmodi. Ita dicit Guliel. de Cun. in Auth. non licet. C. de lib. prater. & est communis conclusio, vt dicit Alex. in d. Auth. non licet. num. 4. Guliel. de Bened. in 1. parte repet. c. Raynurius, fol. 211. nu. 19. Iac. in d. Auth. non licet. num. 6. quem refert Curt. iun. ibi post num. 23. vers. circa istud, & Crotus conf. 115. num. 19. lib. 2. Curt. iun. conf. 182. num. 10. & Ripa in Rub. de iud. num. 20. & licet disputando multa dici possent, tamen in practica non esset ab hac opinione recedendum.

Sed an propter iniuriam verbalem † tantum sibi 3 illatam, poterit pater filium exheredare? Resp. quod sic, si sit grauis iniuria, puta quia illum appellauerit proditorem, vel huiusmodi. Ita tenet Ioan. And. in c. fin. col. pen. in princ. de don. & est communis conclusio, vt attestatur Curt. iun. conf. 147. nu. 1. Grauis enim iniuria verborum æquiparatur verberibus, præcipue illata patri, cui iure diuino & humano summus honor, summaque reuerentia debetur.

Sed quid si filia sine patris † consensu alicui nupsit, nunquid poterit pater ob eam causam illam 4 exheredare? Respon. quod non: nisi etiam turpiter & obscene viuat. Et ita tenent communiter Dd. vt dicit Abb. in c. 1. nu. 5. de despons. impuber. quem refert Iac. in l. 2. §. quod si in patris, post num. 28. vers. Quid tenendum. ff. solut. matr. Et hanc opin. dicit esse communem Bertran. conf. 161. n. 9. & 10. lib. 1. in 2. parte.

An autem teneatur † pater dotare c huiusmodi fi- 5 c liam, quæ sine ipsius consensu alteri nupsit, præsertim quando nupsit viro indigno? dixi infra, lib. 4. §. dos.

Item quæro, Pone, quod filius † vassalli offendat 6 dominum, nūquid poterit ex ea causâ vassallus ipsum filium suum exheredare? Respon. quod non. Ita dicit Bald. in c. Imperialem. §. in super, post num. 1. vers. Item nunquid. de prohib. feud. alien. per Frid. quem cæteri Dd. sequuntur, vt dicit Iac. de feud. in verb. Dicitur vassalli. el. 1. num. 8. Hæc enim causa non reperitur posita inter enumeratas ab Imp. in d. §. causas. Sed hæc ratio Bal. mihi non satisfacit; quia etiam ex causâ non expressa, modo sit maior, aut similis expressis, potest filius exheredari; vt dixi supra, vers. sed quæro. Opinio tamen Bald. tanquam mitior tenenda est; quia hæc causa reuera non est, neque similis, neque maior expressis.

Quæro etiam, quid si pater sit † dilapidator & 7 prodigus, nunquid poterit mater ex ea causa filium exheredare, ne scilicet hereditas queratur patri saltem quo ad vsusfructum, & ab eo dilapidetur? Resp. quod sic, dummodo instituat aliquem alium, qui postquam filius sit effectus sui iuris, ei hereditatem, vna cum fructibus restituat. Ita dicit Guil. de Cuneo in d. Auth. non licet. cuius opinio communiter tenetur, vt ait Guliel. de Bened. in 1. par. repet. c. Raynurius, fol. 211. num. 128. Talis enim exheredatio censetur facta bona mente, & ad beneficium ipsius filii, merito sustinetur.

Sed pone, filius commisit d aliquam † ingratitude 8 d nis causam, propter quam iure ac merito poterat à patre exheredari; deinde correptus est furore, nunquid talis filius, postquam factus est furiosus, poterit à patre

à patre exheredari ex illa causa ingrati- tudinis; per cum ante furorem commissi: \* Resp. quod sic. Ita tenet Bart. in l. ex facto. num. 19. ff. de vulg. & est communis opinio, vt dicit Ias. in dict. l. ex facto, post num. 29. Quæ tamen opin. mihi semper visa fuit dura. Videmus enim, quod furiosus non potest puniri pro delictis ante furorem commissis, vt dixi infra lib. 5. §. fin. q. 60. vers. item quero. Et licet aliqui dicant, quod potest puniri pœna pecuniaria, licet non pœna corporali: ego tamen contrarium credo esse verius, vt ibi dixi, & ad l. fin. §. sed cum antiquitas. C. de cura. furios. & similes quæ allegantur pro communi opin. quod posset forte responderi, quod ad sui beneficium, vel nepotum ex eo genitorum, vtique potest furiosus exheredari, vt in simili dixi supra vers. Quero etiam, non autem in eius odium. Et ita aliquando dicebam aperte colligi ex l. penult. §. & maxime. ff. de curat. furio. & si casus contingeret; de facili inclinarem in hanc sententiam, quæ mitior est & æquior.

9 Præterea quero; Pone filius † post commissam causam ingrati- tudinis, propter quam poterat à patre iuste exheredari, egit viuo ipso patre pœnitenti- am ante testamentum ab eo conditum; nunquid poterit ex illa causa postea à patre e exheredari? Resp. quod nō. \*\* Ita dixit Alex. in l. i. post nu. 33. ff. sol. matr. & est singularis, & noua decisiō, & communiter approbata, vt ait Crotta in verb. Filiis famil. qui à patre. Et licet in puncto iuris non transiret sine difficultate; esset tamen tenenda in practica, quia mitior est, & fauet successiō- ni filiorum, cui iudicio meo in dubio semper est fauendum.

10 Vtlerius quero, nunquid † secundum ius nouissimum posthumus possit à patre exheredari? Respon. quod non. Ita tenet gloss. in l. maximum vitium. in gl. pen. Cod. de lib. prater. & est communis opin. vt dicit Zuc- car. in repet. l. posthumo. num. 29. C. d. contra tabul. Cum enim posthumus non potuerit aliquam ingrati- tudinis causam committere; necessario fatendum est, il- lum à patre exheredari non posse.

ADDITIONES.

a Vbi enumerantur xlv. causis.) Etiam de istis causis habe- tur & per gloss. in c. quinta uallis, de iur. iur. quæ quidem causæ omnes procedunt inuito filio: vt per Ias. qui alios concord. citat in l. non licet col. fin. ff. de liber. prater. Et conuerso septem causas ingrati- tudinis, ob quas potest filius parentes exhere- dare, similiter vide per Ias. in additio. ad Porc. in §. i. in fin. Instit. de exher. liber. Verum aduerte, quod reuocatur ingrati- tudo præcedens per subsequente- tem notabilem gratitudinem: ita vt amplius exheredationi haud est locus: per Iaso. in l. ex hoc iure num. 70. ff. de iusti. & iur. doct.

b Ex alius causis.) Adde, quod potest exheredari filius etiam, qui patrem in iurum non bene curat, vel ad perfectionem; vt quia aut medicum, quem habere potuit, haud conduxit, vel si conduxit, haud conduxit bonum, cum bonum & peri- tum medicum habere potuerit. Item, si ei alimenta denegat petita, cum alere eum potens teneatur de istis causis, vide per Ang. de Aret. in §. alio quoque. sub num. 4. Instit. quib. mod. testia. in fin. qui numer. 5. tractat, an & quando filius ingratus valeat capere hereditatem patris, qui illum instituit heredem.

c Dotare.) Quod sic, Angel. de Aret. in §. i. Instit. de nupt. nu- mero 5.

d Commisit.) Nunquid filia clam contrahens matrimo- nium possit à patre exheredari: quod sic, vide per Duen. reg. 373. & hoc adde ad Auth. sup. eo. in ver. sed quid si filia.

e Exheredari.) Et quod reuocetur præcedens ingrati- tudo per subsequente- tem notabilem gratitudinem dixi sup.

f Posthumus.) Sed quid si exheredatio simpliciter facta sit de posthumis, an comprehendat posthumos ex futuro ma- trimonio: vide & dic vt per Ang. de Aret. in §. posthumi. iust. de exhered. lib. nu. 3. Castrenf. conf. 28.

\* Contrariam huius lib. i. opin. num. 131. vide Tiraq. tract. de pecul. caus. 3.

\*\* Adde Eman. à Cost. l. cum talo. §. si arbitrato. nu. 189. ff. de cond. & dem. Soar. volum. 1. commun. opin. in verb. exheredatio, & quid si inter patrem & filium post exheredationem secuta sit reconciliatio, vide Gerard. fin. 3. Ias. Auth. non licet. Cod. de lib. prater. vide Couar. in §. Raynucius. nu. 17.

QVÆSTIO XLII.

S V M M A R I A.

- 1 Testamentum, in quo filius est præteritus, est ipso iure nullum.
- 2 Testamentum quid in emancipato?
- 3 Et quid in testamento militis?
- 4 Et quid in filiis naturalibus?
- 5 Et quid in legitimatis?
- 6 Et quid in filia femina?
- 7 Et quid si sit exclusa à statuto?

HABES ergo ex præmissis quæstionibus conclu- sionem, quod † testamentum, in quo filius a est i præteritus, b est ipso iure nullum; & de hoc est tex. ex. b preclusus in l. inter cetera. ff. de liber. & postb. & intellige præteritum c eum, qui in testamento non est institu- tus, neq; nominatim exheredatus, etiam quod de eo in testamento esset alio modo facta mentio. Ita dicit Bart. in Auth. ex causa. nu. 10. C. de lib. prater. & est com- munis opi. vt ait Curt. iun. in d. Auth. ex causa post num. 36. vers. Circa primam. dixi supra, q. 38. in princ. Cum e- nim lex requirat pro forma, quod filius nominatim sit institutus, vel exheredatus, vt dixi supra q. 38. meri- to quædo est præteritus, ex defectu formæ, testamen- tum ipsum corruit. Et hæc est communis ratio, vt di- cit Porc. Instit. de exhered. lib. in princ. nu. 3. in fin.

Et hæc quidem conclusio sine controuersia pro- cedit in filio in d potestate. Nam eius præteritio pro- culdubio reddit testamentum omni iure nullum. d. l. inter cetera. & est communis opinio, vt attestatur Ias. in l. 3. §. fin. post num. 12. vers. secundo l. mita. ff. de libe. & post- bu. & in hoc nemo dubitat. Sed quid † in e emancipa- 2 e to: Resp. quod in hoc proposito maxima est differen- tia inter filium in potestate, & emancipatum. Nam si filius emancipatus sit præteritus sine insertione cau- sæ, valet testamentum mero iure, sed potest per bo- norum possessionem contra tabulas impugnari. Ita dicit gloss. quæ in hoc proposito reputatur singularis in §. exheredatos. in verbo Noliuit, in Auth. de hered. & Falc. quam dicit esse communiter approbatam Iason in d. Auth. ex caus. post numer. 8. vers. An autem & quando. C. de liber. prater. C. et. in repet. l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 102. Dec. in l. sicut certi. num. 17. C. de testam. milit. Rimin. in d. l. sicut certi. num. 4. & dicit Alexand. in d. l. sicut certi. num. 14. quod ita communiter concluditur. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alexand. consil. 161. numer. 1. lib. 2. Si vere filius in potestate patris constitutus, sit in testamento præteritus, siue præte- ritio facta sit cum insertione causæ, siue sine, semper testamentum est ipso iure nullum, vt dicit gloss. in d. §. exheredatos, superius allegata; & est communis con- clusio, vt ait Curt. iun. in d. Auth. ex causa. num. 37. & in dict. Auth. non li. et. num. 14. C. de liber. prater.

Bene verum est, quod hoc vltimum † non proce- 3 dit in milite. In illo enim est speciale, vt possit filium f cum causâ præterire: & talis præteritio pro exhere- datione habetur; si vero prætereat sine causâ, etiam testamentum militis annullatur. Et hæc est commun. opin.

opin. vt dicit Ias. in l. si cum vel in vtero, quam legit cum l. preced. post nu. 8. vers. Quid tenendum. C. de testam. milit. Dec. in d. l. si cum vel in vtero. num. 5. Ripa in leg. centurio, post nu. 43. ff. de vulg. Vtilitas autem quæ resultat ex hac quæstione, an scilicet competat ius dicendi nullum, vel bonorum possessio contra tabulas posset esse maxima: quia ius dicendi nullum durat 30. ann. vt dixi infra lib. 7. §. præscriptio. Contra tabulas autem durat solum per annum, vt est in iure notissimum. Neq; prædictis obstat, quod iure hodierno sublata sit differentia emancipationis, & patriæ potestatis, quia licet sublata sit ab intestato, non tamen est sublata ex testamento, vt supra, lib. 2. §. filius.

- 4 Sed quid in filiis † naturalibus, nunquid si sint præteriti, vel iniuste exheredati, poterunt dicere testamentum nullum, vel cōtra g tabulare? Resp. quod non, quia filii naturales non admittuntur contra voluntatem patris. Ita dicit gl. in l. 1. in princ. in verbo, Naturales. ff. de bon. poss. contra tab. quæ est communiter approbata, vt attestatur Natta in repet. d. §. ex imperfecto. nu. 72. in fin.
- h 5 Sed quæro, quid in † filio h legitimato, nunquid etiam illius præteritione testamentum reddatur ipso iure nullum? Resp. quod sic, ita dixi infra q. 84.
- 6 Item quæro, quid in filia † fœmina? Resp. quod etiam ipsius præteritione testamentum annullatur. Ita est communis opinio, vt dicit Corn. conf. 62. colum. 2. in litera G. lib. 2. Ias. consil. 113. num. 1. lib. 1. est enim iure hodierno sublata sexus differentia. l. maximum vitium. C. de liber. præter. cum sim. Quæ quidem conclusio de plano procedit secundum meros terminos iuris communis. Sed quid si ad sit statutum excludens filias fœminas à successione extantibus masculis, prout est communiter per rotam Italiam: nunquid stante huiusmodi statuto, filia præterita à patre poterit testamentum paternum impugnare? Hæc est ardua i quæstio, & quotidie contingens in practica, in qua Dd. multa varie loquuntur. Tu vero omissis disputationibus scias, quod in hoc proposito considerari possunt duo casus. \* Primus casus est, quando masculi vel agnati, propter quos ipsa fœmina à statuto excluditur, sunt instituti heredes in testamento paterno: & hoc casu tenendum est, quod talis filia à statuto exclusa, non potest, si sit præterita à patre in testamento illud impugnare, neque per ius dicendi nullum, neq; per bonorum possessionem contra tabulas. Et hæc est magis communis opinio; vt dicit Paul. de Castr. conf. 96. circa princ. lib. 2. Alex. in l. filia dotem. nu. 6. C. de collatio. & in l. Gallus §. & quid si tantum. post numer. 16. vers. primo casu, & conf. 47. num. 9. lib. 2. quem refert Dec. conf. 264. colum. fin. in princ. & Vantius de nullit. in tit. fin. sub num. 20. Aret. conf. 159. post num. 20. vers. venio ad vndecimum. quem refert Dec. consil. 296. num. 1. in fin. Ias. in Auth. notissima. numer. 57. C. de inoffic. testam. & in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 58. Cæpo la consil. ciuili 53. numer. 3. Affli & decis. 158. num. 6. Dec. in d. l. filia dotem. num. 4. & consil. 105. num. 1. & consil. 305. num. 1. Porc. Instir. de exher. lib. §. fin. num. 9. Claud in d. §. & quid si tantum. post num. 21. Brun. de statu. excl. fœmin. in 10. artic. quæst. 4. Crot. in rep. d. §. & quid si tantum. nu. 109. Et licet Ang. in d. l. filia dotem. tenuerit, quod potest filia expectare, quod adita sit hereditas, deinde venire per contra tabulas: tamen illa decisio Ang. communiter reprobat, vt attestantur Dd. supra allegati, & pro hac communi opi. duo fundamenta fortissime stringunt, quæ tamen in effectu reincident fere in idem. Primo clarum est,

quod cui non debetur legitima, non potest impugnare testamentum. Ita communiter tenetur, vt dicit Corn. conf. 40. in litera F. lib. 3. Sed filia exclusa à statuto non potest petere legitimam, neq; eius supplementum, secundum opin. magis communem, quam ego etiam tenui supra lib. 1. Ergo, &c. Secundo facit, nam iura veniendi contra testamentum communiter regulantur à iuribus succedendi ab intestato. Ita communiter tenetur, vt ait Corn. conf. 1. col. pen. vers. Et maxime lib. 2. & conf. 199. in litera D. lib. 3. & est communis conclusio, vt dicit Corn. conf. 62. in litera D. lib. 2. Qui ergo est exclusus à successione ab intestato, est etiam exclusus à successione contra testamentum. Ita tenent communiter omnes legendo & consulendo, vt dicit Corn. conf. 126. in princ. lib. 2. Et ita communiter teneri attestatur Imol. in d. §. & quid si tantum, quem refert Corn. conf. 291. in litera E. lib. 4. Corn. conf. 107. in litera E. lib. 2. & consil. 116. col. 1. in litera E. eo. volum. & est communis opin. vt dicit Gratus conf. 21. num. 6. & seq. lib. 1. & in specie de contra tabulas, quod exclusus à successione intestati, non possit contratabulare, vbi est institutus ille, qui est causa exclusionis, dicit communiter concludi Corn. conf. 40. in litera G. lib. 3. & hoc siue institutus adiuerit, siue non. Et ita esse communem opin. attestatur Corn. in d. conf. 107. in litera F. lib. 2. & conf. 290. in litera A. lib. 3. Merito igitur hæc filia, quæ ab intestato non potest venire ad successionem, pariter etiam censeretur debet exclusa à successione contra testamentum: & hic casus minus habet difficultatis. Secundus est casus, quando in testamento sunt instituti heredes extranei, non autem illi masculi, vel agnati, propter quos fœminæ à statuto excluduntur: & hoc casu Dd. multam variant. Videtur enim cessare ratio ipsius statuti, quæ est causa familiæ & agnationis conseruandæ, vt dixi in loco præallegato, & fauor ipsorum masculorum vel agnationis, ad quorum beneficium est facta dispositio statuti: & ideo multi tenuerunt, quod dispositio statuti excludentis fœminas, extantibus masculis, recipiat hanc interpretationem, vt procedat, dummodo illi masculi sint heredes, tempore quo agitur de exclusionem ipsarum fœminarum, de quo tamen ibi latius dixi. Et hæc opin. prima facie videtur habere in se maiorem æquitatem, & illam dicit esse communem Berous in cap. Raynutius. post num. 237. referens Alex. & Soci. dicentes, quod illam tanquam veriorem, & magis æquam secuti fuerunt Dd. communiter. Contraria tamē opinio, quod scilicet etiam hoc casu filia non possit impugnare testamentum paternum, aliquando mihi magis placuit, & nonnulli ex Dd. supra allegatis in primo casu, indistincte affirmant magis communem opin. Dd. esse, quod non possit impugnare testamentum, neq; distinguunt an masculi sint instituti, vel ne. Statutum enim ad exclusionem fœminarum considerauit tantum existentiam masculorum, & sic illa sola sufficere debet ad eas excludendas. Non tamen potest negari, quin passus sit arduus, & periculosus, vide pro resolutione ea, quæ dixi in d. q.

#### ADDITIONES.

a Filius) Quid de nepote? Dic quod testamentum præteritione nepotum est nullum, non obstante clausula codicillari: vt dixi in colle. mea commu. opin. verbo testamentum nu. 12.

b Est præteritus) Hic scias quod sicut est triplex institutio, ita est triplex præteritio, atq; triplex exhereditatio. Vide de his per Ang. de Aret. in §. fin. Instir. de exher. lib. Et de testamento nullo ratione præteritionis vide Rim. iun. conf. 78.

c Intellige præteritum, &c.) Idem dic, si aliquid relictum sit filio

filius vel filia, alio titulo quam institutionis: quia etiam dicitur præteritus. Vide de his etiam per Deci. in *conf. 105. col. 1. per Lita tamen §. quis rogatus ff. ad Trebellia.* & præterea quæ tradunt Ang. Bald. Rom. Sig. &c. quæ haud transcribo, ne magis nimis oneretur. Illos ideo video.

*d. In filio in potestate.)* Sed quid est conuerso, si pater sit præteritus vel exheredatus à filio? vide per Ang. de Aretin. in §. ff. sub num. 4. *Instit. de exher. liberorum.*

*e. In emancipato.* Vide etiam istam distinctionem totam per Ang. de Aretin. in §. *sed hæc quidem. Instit. de exher. liber. sub numero 3.*

*f. Procehit in milite.)* Vide per Ang. de Aretin. qui declarat & distinguit tempora An scilicet sit in expeditione armor. in castris, aut haud sit in actu belli, in §. *sed si in expeditione. Instit. de exher. liber.*

*g. Vide contratubulare.)* Idem de filiis naturalibus tantum emancipatis, qui non admittantur ad contra tabulas, vide per Ang. de Aretin. in §. *adoptiu. in fin. ubi assignat rationem. Instit. de exher. liber.*

*h. In filio legitimato.)* Obiter hic quæro, nunquid filius legitimatus & quo ad originem, & quo ad honores, & quo ad dignitatem, sequatur conditionem patris, qui fecit ipsum legitimum? Quod sic, ex quo legitimatio facit ipsum haberi in omnibus pro legitimo, habetur per Angel. de Aretin. in §. *sed si quis sub nu. 3. Instit. de iur. perso.*

*i. Hæc est ardua questio.)* Vide de ea per Deci. *co. fil. 505 in 1. dub. ubi tenet testamentum nullum esse, in quo filia in potestate præterita fuit; & de ista communi dixit etiam in collect. mea commu. opin. in verbo, testamentum. num. 4.* Adde quod testamentum præteritione nepotum videtur nullum, non obstante clausula codicillari. Commune etiam dixi, *ibid. nu. 12. & num. 13.* magis communem etiam dixi, quod testamentum nullum præteritione filii sustinetur, in vim fideicommissi, per clausulam codicillarem. Et *num. 35* communem similiter dixi, quod testamentum maternum defectu præteritionis haud reddebatur nullum ante ius Authenticorum. Hodie vero quid vide inf. *quest. 47.*

\* Distingue clarius totam hanc quæstionem, an statutum filiam suspensive donec extant masculi, vel peremptorie excludat. Ite. in an masculus factus testatoris, ut puta quia exheredatus, vel factus legis, quia incapax ad successionem non admittatur, insuper utrum existentia filiorum, qui necessario sunt instituendi, vel proximorum agnatorum quos impune liceat præterire, filiam repellat, de quibus omnibus & aliis vide locupletissime Gabr. tit. *de statut. concl. 4.*

Q V Æ S T I O XLIII.  
S V M M A R I A.

- 1 Testamentum in quo filius est præteritus an sit nullum etiam de iure prætorio?
- 2 Et an sit ipso iure nullum, priusquam impugnetur à filio præterito?
- 3 Et quid si filius ipse præteritioni consentiat?
- 4 Et nunquid hæc approbatio præiudicet alteri ex filiis, qui forte in minori parte fuerit institutus?

**N** V N C prosequendo materiam; Quæro an hæc conclusio, quæ habet, quod testamentum in quo filius reperitur præteritus, est nullum, habeat locum non solum iure civili, sed etiam de iure prætorio? Resp. gloss. in multis locis tenuit, quod huiusmodi testamentum valeat de iure prætorio. Sed in contrarium est magis communis opin. ut dicunt Scribentes in *d. l. posthumo. C. de contratubul.* & in specie *Ial. num. 29. & Dec. num. 11. & Curt. iun. nu. 50. & seq. & Zaccar. nu. 114.* Neque obstat, quod de iure prætorio aduersus tale testamentum detur bonorum possess. contra tabul. quæ est remedium rescissoriæ: & sic videtur præsupponi validitas testamenti, ex quo illud, quod nullum est, rescindi non potest. Quia hoc casu contra tab. datur potius ad declarandum testamentum nullum, quam ad illud rescindendum, & satis dicitur illud de facto rescindere, quatenus de facto processit. Et hæc est communis solutio, ut dicit Curt. iun. in *d. l.*

*posthumo circa nu. 56.* Utilitas autem huius quæstionis est maxima, quia si testamentum esset validum de iure prætorio, non posset aliquis venire per bonorum poss. ab intestato: puta, Vide liberi, vel similes, nisi prius testamentum rescinderetur, secus autem præsupposito quod testamentum etiam de iure prætorio sit ipso iure nullum, secundum magis communem opin. cum qua etiam ego transeo, licet Doctores multa disputando congerant in *d. l. posthumo*, quæ in practica parum, vel nihil valent.

Successive quæro, an tale testamentum in quo filius reperitur præteritus, sit ipso iure nullum, autemquam impugnetur ab ipso filio præterito: Resp. quod sic: & est communis opin. ut dicunt Scribentes in *d. l. posthumo*, & in specie *Alex. nu. 16. in fin. & Ial. num. 23. & seq. Curt. iun. post nu. 45. & Rim. num. 5. & Zuecar. n. 48. & seq. Alex. in l. si filius qui in potestate. n. 1. ff. de lib. & posth. Gul. de Bened. in 1. part. repet. c. Raynurtus fol. 191. nu. 96.* Utilitas autem huius conclusionis potest esse maxima, quia si vnus ex filiis est præteritus, & alii inæqualiter instituti, poterit ille, cui minus quam aliis relictu sit, etiam ipso filio præterito tacete, dicere testamentum nullum, & omnia reducere ad causam intestati. Et hæc communis conclusio, ut ait Gul. de Bened. in *loco præallegato. num. 100.*

Sed quid si ipse filius præteritioni consentiat? 3 Resp. distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando filius ante conditum testamentum, vel in ipso actu testamenti consentit præteritioni, & hoc casu non obstante ipsa præteritione valet testamentum. Et hæc est commun. opin. ut dicit *Ial. in d. l. inter cetera post nu. 11. ff. de lib. & posth.* Ex quo enim principaliter, ob fauorem filiorum introductum est, ne à patre in testamento prætereantur, conueniens est, ut (iuxta vulgares regulas) possint huic fauori renunciare. Intellige tamen, quod valet solum de æquitate prætoria, non autem de iure civili. Et ita esse communem opin. attestatur *Imol. in d. l. filio præterito. num. 60.* quod est magni effectus, ut dicam infra statim. Secundus vero est casus, quando ante conditum testamentum, vel tempore conditi testamenti, filius non consentit præteritioni, sed post conditum testamentum illud approbavit: & hoc casu tale testamentum de iure civili remanet nullum. Nam secundum rigorem iuris civilis testamentum, quod à principio est nullum, non potest tractu temporis reconualescere: sed de iure prætorio secus est. Nam ex æquitate prætoria, secuta approbatione filii, testamentum ipsum reconualescit. Ita dicit *Bart. in d. l. filio præterito. nu. 29. ff. de iniust. rupto.* & est communis opin. ut dicit *Imol. in d. l. filio præterito. num. 56. Claud. in l. 1. §. si. nu. 1. ff. de vulg. Boer. decis. 66. nu. 5. Curt. iun. in d. l. posthumo. nu. 59. & seq.* Et nota, quia iste est vnus ex casibus, in quibus etiam hodie est necessaria bonorum poss. Nam ex huiusmodi testamento, cum reconualescitur solummodo de iure prætorio, non autem de iure civili, non potest adiri hereditas, sed tantum bonorum possessio peti. Et ita volunt communiter *Dd. ut dicit Corn. conf. 31. in litera P. li. 2* quod est maximi effectus, ut dixi supra §. *bonorum possessio.* Faciunt quæ dixi infra *q. 46. vers. Sed pone:* & hæc conclusio, quod filius præteritus possit testamentum ipsum approbare, indistincte locum habet, siue in eo sint instituti venientes ab intestato, siue etiã extranei, nam utroque casu potest filius illud approbare. Et ita communiter tenetur, ut dicit *Imol. in d. l. filio præterito. post num. 6.* Vtroque enim casu militat ratio, quod quilibet

quilibet possidebat favori suo renunciare, vt supra dixi.

- 4 Sed pone: Tu scis, quod filius † præteritus de iure ciuili habet ius dicendi nullum, & de iure prætorio habet bonorum possessionem contra tabulas. Scias etiam, quod præterito tacente, potest vnus ex institutis, cui forte minus relictum sit, dicere testamentum nullum, vt dixi supra *vers. successiue*. modo filius præteritus approbet testamentum; Quæro, nunquid hæc approbatio ipsius præiudicet institutis, ita vt nō possint amplius contratabulare? Respon. quod non præiudicat quo minus ipsi adhuc possint intentare bonorum possessionem contratabulas ex persona ipsius præteriti. Et hæc est communis opin. vt attestatur Iaf. in d. l. posthumus. nu. 9. Boer. in d. de. is. 96. nu. 8. Curt. iun. in d. l. posthumus. nu. 61. Statim enim defuncto patre fuit illis ius quæsitum ad contratabulandum, & sic reducendum omnia ad causam intestati, merito tale ius per ipsum præteritum non potest ab eis auelli. Et licet hæc conclusio prima facie videatur aliquantulum dura, tamen in practica non esset ab ea recedendum.

#### QVÆSTIO XLIV.

##### S V M M A R I A.

- 1 Filia dotata instituta in sola dote sua, an tanquam præterita rumpat testamentum?

**S**ED hic occurrit alia quæstio. Pone, pater dotauit a filiam; deinde condidit a testamentum, in quo ipsam filiam instituit in sola dote sua, nunquid talis institutio valebit, an autem filia † tanquam præterita b poterit impugnare testamentum? Cum enim dos non esset amplius in bonis patris, sed veniret in primis detrahenda, tanquam æs alienum, videtur in effectu potius præterita, quam instituta. Contrariam tamen opin. scilicet quod imo possit pater filiam in sola dote sua instituere, tenuit glos. ordinaria, quæ ad hoc semper allegatur in l. 3. §. sed vtrum, in verbo, patrimonio. ff. de minorib. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Bertrand. conf. 183. post nu. 41. lib. 3. in 2. part. Et ita magis communiter concluditur, vt ait Alexan. conf. 177. nu. 11. lib. 2. Ita etiam communiter teneri affirmat Imol. in cap. Raynutius. nu. 9. quem refert Ioan. Dilec. de arte testandi. tit. 3. caut. 5. nu. 2. Alexand. in l. pater filiam. in princip. nu. 7. ff. ad l. Falcid. Hanc etiam opin. dicit esse communem Guliel. de Bened. in 1. part. repet. cap. Raynutius. fol. 171. nu. 11. Alexand. conf. 168. post nu. 11. lib. 2. & conf. 176. nu. 13. eod. vol. Guido Papæ conf. 63. nu. 6. & conf. 98. numer. 1. Iaf. in Auth. nouissima. num. 46. C. de inoffic. testam. Berous in cap. Raynut. num. 133. & seq. & dicit Specul. de instru. edit. §. vt autem. vers. Sed super forma, quod ita obseruatur de generali consuetudine. Subdit tamen glossa, quod cum cautela illam instituat in duodecim imperialibus, vna cum dote, vt secundum omnium opin. valeat testamentum: & hoc iudicio meo tutius. Et ita etiam de facto obseruari attestatur Bartol. in d. §. sed vtrum, in finalib. verbis, quem refert Iaf. in d. Authent. nouissima. num. 15. Alber. in dict. §. sed vtrum. num. 4. & 5. vbi etiam dicit, quod ita communiter tenetur. Et ita seruando cuitabis omnes difficultates.

#### ADDITIONES.

a Deinde condidit testamentum.) Hic cadit pulcherrima dubitatio: nunquid stante statuto excludente filias dotatas quandiu super sit masculus, si pater condidit testamentum, & instituit filium masculum heredem, filiam autem dotatam præterit: an mortuo filio instituto, filia vti præterita poterit

dicere testamentum nullum? quod sic, communem dixi in collect. mea commun. opin. in verbo. statutum, sub num. 49. vbi etiam masculus institutus haud potest adire hereditatem patris ex testamento pendente dubio rupti testamenti. Item neque filia si moriatur viuente fratre non transmittit ius succedendi, stante prædicto statuto.

b Præterita) Et quod testamentum, in quo filia vel neptis est præterita, sustineatur, quo ad omnia in ipso testamento disposita, heredum institutione excepta, etiam respectu prælegatorum relictorum heredibus institutis, communem dixi in collect. mea commun. opin. in verbo. testamentum. nu. 27. Item quod filia præterita existentibus masculis licet haud possit dicere testamentum nullum: tamen deficientibus quod possit, communem dixi in collect. mea commun. opin. verbo. filia. nu. 4. Item quod filia dotata à statuto exclusa per agnatos masculos, si sit præterita, quod haud possit dicere testamentum nullum, neque petere bonorum possessionem: communem & magis communem dixi *ibid.* num. 8. verum quod rumpat testamentum, quando extraneus est institutus, communem dixi *ibid.* num. 19.

#### QVÆSTIO XLV.

##### S V M M A R I A.

- 1 Testamentum annullatur etiam præteritione filii posthumi.  
2 Et quid si posthumus ipso viuo testatore decedat?  
3 Et quid si nascatur in sexto, vel octauo mense?

**S**TAT ergo ex supradictis firma conclusio, quod testamentum in quo filius in potestate reperitur a præteritus, est ipso iure nullum: quæ quidem locum habet, non solum in filio, qui tempore conditi testamenti iam natus esset, sed etiam † in posthumo, scilicet in eo, qui tempore conditi testamenti nondum erat natus, vel testator ignorabat eum natum esse, vel putabat eum esse mortuum, & in hoc nulla est inter Doctores controuersia.

Sed pone, quod huiusmodi † posthumus viuo testatore decedat, nunquid adhuc testamentum propter illius præteritionem erit nullum? Respon. quod de rigore iuris ciuilis testamentum remanet nullum, sed de æquitate prætorii reconualefcit. Text. est in l. posthumus. ff. de iniustorupto. & est communis opi. b vt dicit Imola in d. l. posthumus. num. 2. & in d. l. filio præterito. post num. 60. & num. 63. quem refert Corn. consil. 176. in litera L. lib. 2. Iaf. in leg. si quis eum. §. si suo testamento. num. 8. ff. de vulga. Et ex hoc sequitur, quod ex huiusmodi testamento non potest adiri hereditas, sed tantum peti bonorum possessio, ita firmant communiter omnes, vt dicit Corn. in d. conf. 176. in litera L. in fin. quod nota, quia est vnus ex casibus in quibus etiam hodie est necessaria bonorum possessio. Faciunt quæ dixi supra q. 43. vers. Sed quid si ipse.

Sed quid si iste posthumus † nascatur in sexto, vel octauo mense, nunquid eius natiuitate rumpatur testamentum? Respon. quod non, c talis enim filius naturaliter viuere non potest. Ita determinatur à Doctores magis communiter, vt dicit Soc. iun. conf. 35. num. 12. & seq. lib. 2. merito non rumpit testamentum. Est enim vera iuris cōclusio, quod filius, qui licet natus sit, naturaliter tamē viuere non potest, non rumpit testamentum. Et hanc dicit esse communem opi. Soci. iun. in d. conf. 35. num. 15. Sic etiam videmus, quod partus immaturus, & qui secundum iudicium obstetricum non potest viuere, habetur pro non nato, & ei succedi non potest, secundum magis communem opin. vt dicit Crau. conf. 210. nu. 5. Eademque ratione huiusmodi partus immaturus, qui secundum iudiciū obstetricum viuere non potest, non excludit substitutum, neque facit deficere conditionem fideicommissi.

missi. Ita communiter tenetur, vt dicit Socin. *conf. 275. numer. 2. lib. 2.* quem refert Paris. *consil. 56. numer. 9. lib. 2.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Socin. in *leg. cum auus. nu. 110. ff. de cond. & demonst.* quem refert Crauet. in *d. consil. 210. numer. 6.* Et dixi secundum iudicium d. obstetricum: quia in hoc an partus naturaliter viuere potuisset, vel non, standum est iudicio ipsarum obstetricum, tanquam peritarum in arte; vt dicit Bartol. in *l. Gallus. in princip. in finalibus verbis.* & est communis opin. vt attestatur Paris. in *consil. 56. numer. 11. & num. 22.*

## ADDITIONES.

a *Præteritus.*) De quæst. ista, quando pater filium in potestate præterit cum inscriptione causæ legitimæ, an hoc casu testamentum sit nullum? vide per Iac. de S. Georg. *Auth. non licet. C. de lib. præter. r. num. 17.*

b *Est communis opin.*) Adde communem etiam per Soci. in *conf. 75. colum. 4. lib. 3.* & dixi in *collect. mea. commun. opin. in verb. posthum. sub. nu. 1.*

c *Quod non.*) Adde atque vide per Iac. de S. Georg. in *l. quod certarum. ff. de posth. her. inst.* Et ibi etiam habes de partu monstroso quod haud rumpit testamentum. Et ille qui habet oculos retro, vel faciem versus spatulas, dicitur partus monstrofus, & in fin. *super. glos. in verb. monstrum.* concludit quod aut mulier concepit ex bestia, & tunc talis partus non prodest mulieri, quia imputandum est ei, cum neque etiam talis partus rumpat testamentum. Aut non concepit ex bestia, & tunc partus quantumcumque monstrofus proderit ipsi mulieri, quantum ad consequendum legatum, licet rumpat testamentum. Vide per Menoch. in *conf. 284. sub. nu. 2.*

d *Obstetricum.*) Item quod obstetrices cognoscere possint, an partus sit natus in termino vel non: communem vide per Car. Paris. *d. consil. 56. sed post. num. 22.* & dixi in *mea collect. commun. opin. verb. obstetricus. num. 1.*

## QVÆSTIO XLVI.

## S V M M A R I A.

1 *Clausula codicillaris an sustineat testamentum nullum ex causa præteritionis?*

2 *Et quid si posthumus fuerit ignoranter præteritus?*

1 a **Q**VÆRO, tu scis, quod ꝑ clausula a codicillaris sustinet testamentum nullum in vim codicilli, ita quod heres, qui succedit ab intestato, censetur rogatus restituere hereditatem per fideicommissum heredi scripto. Pone, quod in testamento, in quo filius est præteritus, sit inserta clausula codicillaris, nunquid eo casu, nõ obstante præteritione sustinebitur testamentum? Resp. glo. in *d. Auth. ex causa, in glos. fin. in fin.* tenet, quod vbi testamentum est nullum ex causa præteritionis, clausula codicillaris nihil operatur. Et hæc opin. gloss. dixit esse communem Signo. *consil. 171. nu. 4.* & potest esse, quod suo tempore hæc esset communis opin. sed si considerentur auctoritates Dd. qui scripserunt vsque ad nostra tempora, proculdubio contraria opin. est magis communis; & ideo dicit Alex. *conf. 26. nu. 5. lib. 1. & conf. 142. nu. 4. lib. 2.* quod illam gl. damnant communiter Dd. Tenenda est ergo contraria opin. \* quod scilicet testamentum etiam hoc casu sustineatur in vim codicilli; & quod filius præteritus censetur grauatus virtute clausulæ codicillaris, restituere per fideicommissum hereditatem illi, qui est scriptus heres in testamento, quam quidem opin. sequuntur communiter Scribentes, vt dicit Paris. *conf. 30. nu. 11. lib. 3.* Et eam dicit esse communem Bal. *conf. 391. nu. 4. lib. 3.* quem refert Tiraq. in *rep. l. si vnquam, in verbo, Donatione largitus, num. 273.* Cuma. *conf. 126. circa princ. Alex. conf. 41. nu. 5. in fin. lib. 1. & conf. 86. n. 8. lib. 3. & in d. Auth. ex causa. post. num. 13.* Gul. de Bened. in 1. parte

*rep. c. Raynurius. fol. 205. nu. 242. Dec. in d. l. posthumo. C. de contratab. in 1. lectura. nu. 10. in fin. & post. nu. 11. vers. Secunda est principalis, & conf. 228. nu. 2. & seq. & conf. 242. nu. 2. & seq. & conf. 569. nu. 2. & conf. 490. post. num. 10. vers. Similiter non obstat. & consil. 671. in fin. Curt. iun. conf. 148. nu. 10. & in d. Auth. ex causa. nu. 69. Soc. iun. conf. 107. nu. 24. lib. 1. Zuccard. in *repet. d. l. posthumo. num. 120.* Et hæc conclusio est maximi effectus: quia licet dispositio *Auth. ex causa,* non obstare præteritione, sustineat legata, & fideicommissa etiam vniuersalia, vt dixi infra *quæst. 44. in principio:* non tam est sustinet institutionem heredis; & nunc pendet causa de facto, in qua testator condito testamento filium præterit, & instituit heredem extraneum, quem grauauit per fideicommissum hereditatem alteri restituere, & ipsi testamento apposuit clausulam codicillarem, prout communiter fieri solet: modo filius præteritus rumpit testamentum, heres scriptus petit sibi restitui hereditatem virtute clausulæ codicillaris: fideicommissarius petit illam sibi restitui virtute fideicommissi vniuersalis, ex dispositione *Auth. ex causa.* & adhuc sub iudice lis est.*

Et hæc quidem communis opinio satis de plano procedere videtur in præteritione filii iam nati. Cum enim testator ipsum scienter præterierit, non videtur dubitandum, quin clausula codicillaris ex aperta mente defuncti operetur, vt testamentum non obstante præteritione sustineatur. Et hæc dicit esse magis communem opin. Scribentium Soc. iun. *conf. 29. nu. 7. lib. 3.* Sed quid in ꝑ posthumo, scilicet in eo, qui natus est post mortem testatoris, qui tamen nesciebat vxorem suam esse prægnantem, vel in eo qui natus est post conditum testamentum, vel (licet natus esset ante testamentum) testator ignorabat eum natum esse, vel putabat esse mortuum: nunquid hoc casu clausula codicillaris operabitur, vt non obstante eius præteritione testamentum valeat, & filius præteritus teneatur hereditatem restituere heredi scripto in testamento? Resp. hæc est ardua quæstio, in qua Dd. in varias sententias adeo diuisi fuerunt, vt aliquando male discerni posset quæ opi. esset magis communis, teste Curt. iun. in *d. Auth. ex causa. num. 70.* & Deci. *consil. 409. infra allegando.* & in primis multi tenuerunt, quod etiam hoc casu locum habeat conclusio superius facta, quod scilicet clausula codicillaris operetur fideicommissum. Et hanc opin. dixit esse communem Alex. in *d. Auth. ex causa. nu. 14.* & in *l. qui filii. in princ. post. nu. 5. ff. de leg. 1. & conf. 26. post. nu. 5. vers. Vel potest responderi. lib. 1. & conf. 37. nu. 3. eo. vol. quem refert Rui. conf. 194. nu. 3. lib. 2.* Tiraq. in *repet. l. si vnquam. in verbo, Donatione largitus. num. 269.* Iac. in *d. Auth. ex causa. nu. 24. in d. l. qui filii. in princ. nu. 33.* Bertran. *conf. 150. nu. 3. in 1. parte.* Apostil. ad Barb. in *l. 1. sub. nu. 10. ff. de iure codicill.* Quæ opi. secundum aliquos multo magis tenenda esset, quando post ipsius posthumi natiuitatem testator tanto tempore superuixisset, quod testamentum mutare potuisset, & tamen non mutasset. Nam tunc (secundum eos) præsumitur in eadem voluntate, etiam nato posthumo, perseuerasse: & consequenter debet clausula codicillaris non obstante præteritione sustinere testamentum. Et hoc casu istam opin. esse communem attestatur Dec. *conf. 490. num. 7. & 8.* Idemque si aliquo modo apparere posset quod testator tempore conditi testamenti in specie de futuris liberis cogitasset. Nam & hoc casu (secundum eos) valere testamentum virtute clausulæ codicillaris, non obstante, quod posthumus

D fuisset

fuisse ignoranter præteritus. Et ita esse communem opin affirmat idem Dec. in allegato conf. 490 post nu. 6. Quinimo plerique tenuerunt sufficere, si testator in genere de futuris liberis cogitasset, & dixerunt satis conici eum de futuris liberis cogitasse, quando verba clausulæ codicillaris sunt concepta etiam in futurum tempus, \*\* puta si non valet, vel valebit, &c. & ideo eo casu testamentum valere non obstante præteritione posthumi ignoranter facta. Et ita communiter teneri attestatur Ioan. de Montesperello in dict. Authent. ex causa. Hanc etiam opi. esse magis communem dicit Alex. conf. 123. post nu. 10. lib. 1. & confil. 42. nu. 9. lib. 2. quod est duplicatum conf. 103. lib. 3. & triplicatum conf. 50 lib. 6. Idem etiam dicit Alex. conf. 30. nu. 1. lib. 3. & confil. 31. num. 3. eod. volum. Aret. in leg. ex ea. §. ex his, col. 2. versi. Super secundo. ff. de testament. Corn. conf. 118. circa fin. lib. 2. & conf. 158. colum. 10. in liter. T. & V. cod. volum. & confil. 244. in litera G. in fin. eod. volum. & confil. 133. in litera E. libr. 3. & confil. 225. in litera Q. eod. volum. Contrariam autem sententiam, \*\*\* quod scilicet vbi posthumus fuit à testatore ignoranter præteritus, clausula codicillaris nihil operetur, tenuit Bart. in l. 1. nu. 10 ff. de iure codic. ill. Et hanc opin. dixit esse communem Barba. confil. 60. col. 10. li. 2. quem refert & sequitur Curtius iunior, in d. Authent. ex causa, num. 70. Io. Dilect. de arte testan. tit. 30. cau. 10. num. 3. Guliel. & Benedic. in 1. parte repeti. cap. Raynutius. fol. 206. num. 247. Rubeus confil. 112. num. 2. & confil. 125. nu. 2. & seq. referens ita etiam attestari Aretin. in confil. 24. colum. 1. Socin. iun. confil. 154. in princip. lib. 2. Apostill. ad Alexand. in d. confil. 26. sub num. 5. libr. 1. Et dicit Ripa in repet. l. si vnquam, post nu. 44. quod plures Doctores maiores auctoritate tenent cum Bartol. & hanc opin. ego semper tenui tanquam æquior, & verior, & quæ hodie proculdubio est magis communis; & illam, si casus contingeret, intrepide sequerer iudicando, & consulendo. Quæ etiam multo magis sequenda esset, vbi tractaretur de auferendo huic posthumo ignoranter præterito, maiorem vel etiam æqualem partem hereditatis: tunc enim iudicio meo impium esset dicere, quod clausula codicillaris aliquid operaretur. Et ita hoc casu opin. Bart. esse magis communem fatetur Aret. conf. 188. quod est conf. vltim. num. 7. Socin. conf. 94. num. 35. in fine, lib. 4. Et in specie, quando pater non habens filios, fecit magna d. legata, quod nato deinde posthumo præterito, testamentum nõ sustineatur, dicit esse communem Iurisconsultorum huius ætatis olim celeberrimus D. Andreas Alciatus præceptor meus, in tractat. de præsumpt. in 1. reg. in 13. præsumpt. nu. 1. Ego vero vt dixi, teneo indistincte conclusionem Bartol. siue legata sint magna, siue parua, & siue testator de futuris liberis cogitauerit, siue non: & consequenter, siue clausula sit concepta per verba præsentis temporis, siue etiam per verba futuri temporis: & siue testator post agnationem posthumi supervixerit, siue nõ: & ab ista opinione in præct. non recedas, quæ, vt dicit Soci. in loco præ allegato, est magis æqua, rationalis, fauens filiis, & secundum veritabilem mentem testantis: & illam in facto secuti fuerunt iudicando duo Senatores huius Senatus Mediolani, vt refert Ias. in dict. Authent. ex causa. nu. 24. & intellexi, quod hanc opinionem indistincte vti verior, & humanior eam semper secutus est Senatus. Et hic fuit primus articulus, super quo consului, post assumptas insulas Doctoratus. & ita fuit iudicatum. Vide quæ dixi supra quæstio. 52. versicul. Sed quid si posthumus.

## ADDITIONES.

a Clausula codicillaris) Ad tollendam efficaciam istius clausulæ, & similium, cautela est vt facias interrogari Notarium de illarum clausularum effectu: qui si nesciat respõdere, clausula nil operabuntur, vide per Rip. in leg. centurio. ff. de vulg. & pupil. num. 88. qui nu. 80. dixit, quod nihil debet operari, cum magis præsumatur apposita ex stylo notariorum, quam ex mente testatoris, si illius efficaciam ignorat. & idem tradit Gramma. decis. 62. num. 22 vbi dicit haud attendi, & hoc communiter approbati attestatur post Curt. iun. & Barb. ibi citatos: vnde num. seq. requiri tenet, quod apponatur de ordine, & voluntate testatoris: qua deficiente, nil opulari voluit. Rip. versi. in re prædicta nu. 84. dicit hanc clausulam multos operari effectus, videlicet contra omnes nullitates prætes & futuras: contra quas tamen testator in specie verisimiliter prouidisset, si de illis cogitasset. At secus, si verisimiliter in specie haud prouidisset. Vt contra nullitatem testam. eti, prouenientem ex natiuitate posthumi ignoranter præteriti, & hoc intelligi tribus modis, nu. seq. vide ibid.

b Ignorabat) Sed an tunc etiam legata reuocentur, natiuitate posthumi præteriti ignoranter: vide atque dic, vt per Ripam in l. si vnquam C. de reuoc. donat. quæst. 21.

c Clausula codicillaris) Aduerte, quod clausula codicillaris apposita per verba futuri temporis, non operatur, vbi testamentum rumpitur, natiuitate posthumi ignoranter præteriti: vt per Cornel. in l. si quis agere. num. 8. C. de codicill. Item quod nihil operetur quantum ad ipsam institutionem inuvalidatam ratione præteritionis vel exheredationis, sed solum vbi vitiatur ratione solennitatis omisæ: per Corn. in d. Authent. ex causa. n. 47. Sed an hæc clausula operetur, vt rupto testamento legata debeantur? vide per Rom. confil. 122. 181. nu. 2. Rubeum 112. & 125. atque per Afflic. decis. 125. in fin. & 96. sub. nu. 3. sed limita, quando testamentum est nullum alia ex causa quam præteritionis vel exheredationis: quia tunc legata haud debeantur, per Ruin. confil. 193. nu. 9. lib. 2. conseruat tamen legata quando posthumus fuit ignoranter præteritus. Fran. Aret. conf. 93. col. 3. Verum nihil operatur, quando testator potuit mutare & non mutauit, per eundem Aret. conf. vlt. col. fin. & vide Rip. in repet. l. Centurio, num. 44. cum seq. ff. de vulg. & pupill. Item nihil operatur, vbi adest defectus voluntatis, Bald. in l. 1. q. 4. de iure codicill. Dec. in conf. 394. nu. 9. Et de clausula dixi in collect. mea com. opin. verb. clausula. vbi plene, & plenius in tract. meo verb. clausula.

d Fecit magna legata.) Et an præteritione posthumi ignoranter facta, conseruentur legata in magna quantitate? Vide vtramque communem collect. mea commun. opin. in verb. præterito num. 2. 3. vbi adduxi Dec. referentem Dd. variantes in ista questione, quam limitat duobus in casibus, quos apud eum video.

\* Adde Matth. commun. opin. in verb. præterito, & codicill. Pic. in l. Titia, num. 37. de leg. 2. Port. conf. 13. num. 23. Sed quantum clausula codicillaris ruptum natiuitate posthumi sustineat testamentum: non tamen in officiosi querela expugnatum tuerur, quam in signem differentiam Cag. in l. 1. num. 13. de inoff. Valq. de success. creat. §. 10. Rol. à Val. conf. 87. num. 17. vol. 3. Barf. conf. 92. nu. 6. & conf. 15. nu. 3. tradiderunt.

\*\* Concepta ne sit clausula codicillaris verbis futurum vel præsens tempus respiciendis maxime tum differentia, tum utilitatis est, vide Crau. conf. 69. & Rol. conf. 7. num. 17. & conf. 18. vol. 4. Patil. conf. 60. & 63. vol. 1. Gabr. tit. de claus. conel. 8.

\*\*\* Hanc strenue Rol. à Val. conf. 7. vol. 4. & Barf. toto conf. 15. defendunt, vide Gabr. tit. de claus. conel. 7. & 8.

## QVÆSTIO XLVII.

## SVM MARIVM.

Filio à matre, vel ascendenti per lineam maternam præterito, an testamentum valeat?

HACTENVS de filio per patrem præterito a dicto est: quæ omnia etiam in auo & aliis ascendenti-bus per lineam paternam locum habent; Quæstio nunc, quid de filio per matrem, aut ascendentes per lineam maternam, præterito? Et in hoc fac. cõclusionem, quod mater tenetur instituere, vel exheredare filium: alias, si filius sit à matre præteritus, testamentum est nullum. Ita concludunt communiter Scribentes, vt dicit

vt dicit Sapia in Rubr. C. qui admitti. num. 58. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat, quando mater, vel auus maternus praterit filium, vel nepotem, in testamento, nulla inserta causa. Nam eo casu proculdubio testamentum est nullum. Et ita tenent communiter Doctores omnes vbique, vt dicit Cornuus, *conf. 118. in litera A. lib. 2.* Sed si in prateritione sit inserta causa legitima, eo casu prateritio habetur pro exheredatione. Ita dicit gl. ordinaria, de qua supra in nonnullis locis feci mentionem, in §. *exheredatos, in verbo, Voluit. in Auth. de her. & Falcid.* quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Bertran. *conf. 1. num. 4. lib. 2. in 2. parte, & conf. 23. nu. 2. eod. vol.*

ADDITIO.

<sup>a</sup> De filio per fratrem praterito. Sed quæro hic, quantum detrahet prateritus, quando restituit hereditatem heredi scripto? vide & dic vt per Iacobi. de S. Georg. in d. *Auth. ex causa, num. 26.* qui nu. 30. ponit illam pulcherrimam dubitationem, An irritum testamento, ex quo filius fuit ignoranter prateritus, conferuentur legata facta in testamento patris: de qua ibidem per eum, & per Rip. in alleg. q. *præced.*

QVÆSTIO XLVIII.

SVMARIA.

- 1 Filii an liceat patrem, aut descendentes per lineam paternam, praterire, aut exheredare?
- 2 Et quid si testentur de peculio Castrensi?

<sup>1</sup> **Q**UÆRO nunc quid è cõuerso, an ¶ liceat filiis exheredare a aut praterire parentes suos? Respon. distinguendum est inter patrem, & ascendentes per lineam paternam, & matrem & ascendentes per lineam maternam. Quoad patrem, & ascendentes per lineam paternam, dic, quod si pater est à filio exheredatus sine causa, testamentum est ipso iure nullum, si vero est adiecta exheredationi causa ingratitudinis, valet testamentum mero iure: sed si ipsa causa non probetur, potest à patre impugnari per querelam inofficiosi: si autem pater sit prateritus à filio in potestate, tunc siue adiecta sit prateritioni causa, siue non, semper testamentum est ipso iure nullum. Si vero sit prateritus ab emancipato, tunc si nõ est adiecta causa, pariter testamentum est ipso iure nullum; sed si est adiecta prateritioni causa, valet testamentum, sed potest pater illud rumpere per contratabulas. Et hæc est communis opin. vt attestatur Gul. de Bened. in 1. *parte reper. c. Raynutius, fol. 207. num. 251. in fin.*

Et hæc omnia intellige, vt procedant, non modo si filius testetur de peculio quasi Castrensi, de quo potest testari, non obstãte, quod sit filius familias, vt dixi supra q. 18. sed etiam, si testetur ¶ de peculio castrensi. Nam hodie non potest filius in potestate condens testamentum, de peculio Castrensi, vel quasi, parentes suos praterire: alias si eos pratereat, siue cum causa, siue sine causa, testamentum est nullum; si vero eos exheredet, est locus querelæ. Ita tenet gl. in l. *si, in verbo, testamenta. C. de inoffic. testament.* & ita communiter tenetur, vt dicit Fulgos. in *repet. Auth. ex causa, num. 7.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Alexand. in l. *nemo. in fin. C. qui testament. fac. poss. lal. in d. l. si. num. 5. C. de inoffic. testament.* Curt. iun. in d. *Auth. ex causa, num. 49.* Ripa in l. *centurio, post num. 43. ff. de vulgar.*

ADDITIO.

<sup>a</sup> Exheredare. De septem causis, ob quas licet filiis exheredare parentes, dixi supra q. 41. ad quas Auctor infra se remittit, q. seq. in fin.

QVÆSTIO XLIX.

SVMARIA.

- 1 Filii an liceat matrem, vel ascendentes per lineam maternam, praterire, aut exheredare?
- 2 Et quibus ex causis?

**Q**UO vero ad matrem, vel ascendentes per lineam maternam? Dic, quod filius non potest matrem sine causa praterire, neque à legitima excludere. Ita communiter tenetur, vt dicit Guliel. de Bened. in 2. *parte reper. ca. Raynutius, fol. 46. post num. 30.* Cæterum cum causa bene potest & talis prateritio pro exheredatione habetur. §. *sancimus. in Auth. vt cum de appellat. cognosc.*

Quæ autem sint causæ, propter ¶ quas filii possunt parentes exheredare aut praterire? vide in d. §. *sancimus. cum ibi not.*

QVÆSTIO L.

SVMARIA.

- 1 Frater à fratre prateritus, aut exheredatus, non impugnat eius testamentum, nisi in eo sit instituta turpis persona.
- 2 Et an rumpatur casu in totum, an autem vsque ad legitimam tantum?
- 3 Et quid si aliquid legati nomine fratri reliquerit, deinde turpem personam heredem instituerit?

**S**UCCESSIVE quæro, quid in collateralibus? Respon. quod in illis non est tractandum de prateritione, aut exheredatione. Non enim tenetur frater fratrem in testamento heredem instituere. Et ideo, siue ¶ frater sit prateritus, siue a exheredatus, non potest aliquo modo testamentum fratris impugnare: vno tantum casu excepto, quando scilicet frater aliquam turpem personam heredem instituit, nam eo casu datur fratri praterito querela inofficiosi. Et de his omnibus habes text. qui est clauis in hac materia, in *leg. fratres C. de inoff. testam.*

Sed quæro, nunquid per huiusmodi ¶ querelam testamentum rumpatur in totum, an autem vsque ad legitimam tantum ipsius fratris, quæ est quarta pars ipsius hereditatis, vt dixi supra, *hoc eod. §. legitima.* Respon. quod odio ipsius turpis personæ instituta testamentum rumpitur in totum, & hæc est communis sententia, vt dicit Ias. in d. *l. fratres n. s.* quem refert Afflict. *decif. 204. n. 2.* & iudicio meo extra propositum; & ideo aduerte, ne æquiuoces, \* vt faciunt multi in hoc articulo. Aut enim frater in suo testamento in quo turpem personam heredem instituit, nihil fratri reliquit; & hic est vnus casus, de quo loquitur Ias. in d. *l. fratres. num. 5.* Aut vero aliquid reliquit; & hic est alius casus, de quo loquitur Afflict. in *loco præallegato*, & de hoc tractat Ias. in d. *l. fratres, post num. 2. versic. 3. extende, non autem, nu. 8.* prout ipse illum allegat, & de hoc statim dicemus.

Pone ergo, quod frater in ¶ testamento aliquid legati nomine fratri reliquerit, deinde turpem personam heredem instituit. Quæro, nunquid hoc casu adhuc competet fratri querela ad rescindendum testamentum in totum, an autem solummodo poterit agere ad supplementum legitimæ? Respon. in hoc articulo variæ fuerunt Doctorum opin. Nam aliqui tenuerunt, quod testamentum rumpatur in totum: & fuit opin. Gul. de Cun. in d. *l. fratres*, quam dicit esse cõmunem Ias. *conf. 71. n. 13. lib. 1. Dec. conf. 530. n. 13.* Con-

trariam vero opin. scilicet quod hoc casu solummodo agere possit ad supplementum legitimæ, tenuit Ang. in leg. 1. ff. de inoff. testam. Et hanc dicit esse magis communem opin. Paris. conf. 64. nu. 26. lib. 3. Et secundum istam opin. Angel. in facti contingentia iudicavit Conf. Neapolitanum, teste Afflict. in alleg. dec. 204. Et certe licet hæc opinio videatur æquior, quia magis fauet testamento: nihilominus mihi semper placuit contraria opin. scil. quod rumpatur in totum. Nam dispositio l. fratres, non solum fundatur in favore fratris, sed etiam in odio personæ institutæ: neque verum est, quod ita tenendo esset melioris conditionis frater, quam filius: quia imo idem esset in filio, si non esset institutus, sed tantum legati nomine aliquid ei relictum fuisset; nam & ipse proculdubio impugnat testamentum in totum, non autem petit supplementum legitimæ, ut dixi supra q. 38. Et licet fauendum videatur dispositioni testatoris; tamen ubi irrationabilis est, ut in hoc casu, in quo testator prætulit turpem personam fratri, potius esset fauendum illi, qui ab intestato fuisset successurus: & si casus contingeret, ita consulere, & iudicare, licet Curt. iun. in d. l. 1. nu. 6. dicat, quod requisitus, ut consulere, in casu in quo scripsit Dec. in allega. conf. 530. recusavit consulere. Possunt tamen in hoc proposito considerari tres casus, & hoc modo distinguendo, omnes opi. ad concordiam reduci. Aut in testamento, in quo turpis persona est instituta, nihil relictum est fratri; tunc per querelam rumpit testamentum in totum, & ita procedat, quod dictum est supra ver. sed quero. Aut reliquit aliquid, sed non titulo institutionis, & tunc pariter rumpit totum ad exemplum descendendum. Licet enim regulariter in collateralibus non sit necessarius titulus institutionis, neq; eis aliqua legitima debeat: est tamen speciale, ut dixi, quando turpis persona est instituta, quia eis debetur legitima; & consequenter non est impertinens dicere, quod talis legitima sit eis relinquenda titulo institutionis, & ita procedat opin. Gul. de Cun. quam ego sequor. Aut vero, & hic est tertius casus, rel. quit titulo institutionis, sed minus legitima, & tunc procedat opin. Ang. & sequacium. Cogita.

## ADDITIONES.

a Sine exheredatus. ) Pone, frater contra fratrem commisit causam vnam de causis ingratitude: de quibus in Authent. de nupt. versic. ingratitude. Et frater contra quem commissa fuit ingratitude, non fecit testamentum: an frater ingratus succedet ei? vide per Jac. de S. Georg. Authent. non licet. numer. 2. C. de liber. prater. ubi quod sic ex quo censetur sibi remissa iniuria, cum non condiderit testamentum.

b Querela inofficiosa ) Verum scias, quod ubi frater fratribus fecit legatum, quod tunc istis fratribus legatariis haud potest competere querela, etiam turpi persona instituta: sed solum agere possunt ad legitimæ supplementum: commune dixi, in collect. mea commun. opinion. verb. frater, quod auctor in fin. plene tractat, sed nunquid conseruabuntur legata, si frater expugnet testamentum, in quo turpis persona sit instituta? vide per Iacob. de S. Georg. in alleg. Authent. ex causa, numero 37.

\* Vide Michael Grass. vol. 3. com. opin. lib. 2. quest. 28. qui clarius huius distinctionis adinonebit, & cumulatius Rolan. à Val. conf. 87. vol. 3. à quo non solum hoc discet, sed etiam spurium institutum facere locum querelæ, testamentum in totum etiam quod legata, & fideicommissa singularia subuerti, nec ei quicquam clausulam codicillarem opitulari.

## QVÆSTIO LI.

## SVM MARI VM.

De præteritione patroni per libertum in testamento facta.

ESSET etiam hoc loco aliquid ꝑ dicendum de præteritione patroni per libertum in testamento facta; sed quia hæc materia patroni & liberti fere in desuetudinem abiit, remitto te ad notata in §. Sed nostra. Instit. de success. lib. cum similib.

## QVÆSTIO LII.

## SVM MARI A.

- 1 Testamentum nullum ex causa præteritionis, vel exheredationis, hodie annullatur tantum quo ad institutionem, cetera autem firma manent, ex dispositione Auth. ex causa. C. de lib. prater.
- 2 Et quid in præteritione facta per patrem, aut alios ascendentes per lineam paternam?
- 3 Et quid in præteritione filii posthumi?
- 4 Et quid si huiusmodi posthumus sit ignorater præteritus?
- 5 Et quid si præteritus frater, & turpis persona instituta?
- 6 Et quid si exhereditatio facta sit cum causa, quæ tamen deinde probata non fuerit?

PRÆCEDENTIBVS quæstionibus visum est, quemadmodum testamentum ex causa præteritionis, vel exheredationis, reddatur nullum, vel impugnari possit. Nunc sciendum est, quod licet secundum iura antiqua testamentum annullaretur in totum, scilicet tam respectu institutionis, quam legatorum & aliorum, quæ in ipso testamento continentur, hodie tamen quo ꝑ ad institutionem bene annullatur, iuxta dis. ositionem iuris antiqui, sed cetera in testamento contenta firma manent: & hoc ex dispositione vulgaræ Auth. ex causa. supra multoties allegatæ. Et ita tenet communiter omnes nemine discrepante ut dicit Paris. conf. 60. nu. 36. lib. 2. & conf. 64. nu. 20. eo. vol. ex quo enim iniuria facta filio præterito vel exhereditato, erat tantum circa institutionem, valde rationale fuit, ut in ea tantum parte annullaretur, in qua peccatum fuerat.

Et quia hæc materia est ordinaria in scholis, & valde trita, breuiter attingendo tantum principales conclusiones Doctorum, dico, quod dispositio d. Auth. proculdubio locum habet in ꝑ præteritione facta de filio, per matrem aut alios ascendentes per lineam maternam: quæ quidem præteritio, si facta sit cum causa, habetur pro exheredatione, ut dixi supra q. 47. & ita tenent communiter omnes Scribentes, ut dicit Paris. in d. conf. 60. nu. 12. Ita etiam cõmuniter teneri affirmat Imol. in l. filio præterito, nu. 30. ff. de iniust. rupto. Sed quid in præteritione facta per patrem, vel alios ascendentes per lineam paternam? Resp. aliqui dixerunt, quod non: sed quod tantummodo locum habet in præteritione materna. Et hanc opin. dixit tenere Doctores omnes Cyn. in d. l. filio præterito. ff. de iniust. rup. Sed in hoc Cyn. verum non dixit, ut affirmat Bald. in d. l. filio præterito. post nu. 2. quem refert & sequitur Imol. in ead. l. filio præterito, post nu. 7. Tenendum est igitur, quod dispositio dict. Auth. locum habet, etiam in filio à patre præterito: quam opin. dicit esse communem Imol. in dict. l. filio præterito. num. 12. & seq. & hæc conclusio locum habet, siue talis filius à patre præteritus, sit in potestate patris constitutus, siue sit emancipatus: & ita in filio in potestate, concludit Ba. t. in dict. Auth. ex causa. nu. 2. & est communis opin. ut dicit Alex. in d. Authen.

*Auth. ex causa, num. 15. Cor. conf. 188. col. 2. in litera D. lib. 3. Iaf. in d. Auth. ex causa. n. 1. Idem in filio emancipato tenet Bart. in d. Auth. ex causa, n. 8. & ita communiter teneri attestatur Apostil. ad Bart. ibi pariter, sub num. 8. Hanc etiam esse communem sententiam dicit Iaf. in ead. Auth. ex causa. nu. 7. Effet enim valde inconueniens, vt esset melioris conditionis filius emancipatus, quam suus. Et licet circa hæc multa disputando dici possent, tamen in practica temerarium esset illa in dubium refricare.*

3 Item quæro, an dispositio d. Auth. locum habeat † tam in præteritione filii iam nati, quam in præteritione posthumi? Resp. quod sic. Et quod habeat locum in præteritione filii iam nati à patre scienter facta, tenuit Bart. in d. Auth. ex causa. nu. 4. & hæc est communis sententia, vt ait Curt. iun. in d. Auth. ex causa. nu. 6. & seq. Quod autem habeat locum etiam in præteritione posthumi; tenuit Bartol. in ead. Auth. ex causa, num. 6. licet loquatur, quando scienter fuit præteritus. Et ita communiter teneri attestatur Imola in c. cum esses, nu. 26. de testament. Hanc etiam opin. dicit esse communem Alexand. in dict. Authent. ex causa num. 17. Corn. in d. consil. 158. col. 4. in litera R. lib. 2. & consil. 244. in litera G. eo. vol. Iaf. in d. Auth. ex causa. nu. 2. Bertran. conf. 150. nu. 1. lib. 3. in 2. par. Curt. iun. in d. Authent. ex causa, num. 12. & seq. Paris. conf. 60. nu. 9. lib. 2. & conf. 64. num. 6. eod. vol. & hoc fere omnes fatentur.

4 Sed quid si posthumus sit † ignoranter præteritus, nunquid etiam hoc casu locum habebit dispositio d. Auth. ex causa? Resp. quod in hoc articulo Dd. fuerunt multum varii. Multi enim tenuerunt, quod etiam hoc casu locum habeat. Et hanc opin. dicit esse communem Paris. in d. conf. 60. num. 13. & consil. 61. num. 14. eod. lib. & in d. conf. 64. num. 8. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo dispositio d. Authen. non habeat locum, vbi posthumus sit ignoranter præteritus, tenuit Bart. in d. Auth. ex causa. nu. 4. & hanc opin. dicit esse magis communiter approbatam Iaf. in dict. Auth. ex causa. nu. 3. & seq. quem refert Bertran. conf. 150. num. 2. lib. 2. in 2. par. Hanc etiam dicit magis esse communem Aret. consil. 158. quod est consil. vltimum. prout illum refert Tiraq. in repet. l. si vnquam, in verbo, Donazione largitus. n. 263. Guliel. de Bened. in 1. part. repet. c. Raynut. fol. 204. num. 232. & seq. Curt. iun. in d. Auth. ex causa, numer. 17. Apostil. ad Bart. in d. Auth. ex causa sub n. 4. & hæc opin. mihi semper placuit, tanquam verior, & æquior, & magis fauens filii, & adhærens verisimili menti testatoris, quæ etiam proculdubio est magis communis, & ideo ab ea in practica non recedas, si vis recte iudicare. Et in hoc proposito videnda sunt ea quæ dixi supra q. 47. vers. Et hæc quidem, quæ omnia possunt ad hanc quæstionem satis accommodari.

5 Sed quæro, tu scis, quod frater † præteritus à fratre, si turpis persona sit instituta, potest testamentum fratris per querelam rescindere, vt dixi supra qu. 50. Nunquid etiam hoc casu erit locus dispositioni d. Authent. ex causa, vt scilicet legata, b & cætera in testamento ipso contenta præter institutionem, conferuentur? Resp. Hæc est ardua quæstio, & quæ indigeret decisione Imperatoris, vt sentire videtur Salic. in l. fratres, num. 9. c. de inoffic. testam. Communis tamen sententia videtur esse, quod isto casu non habeat locum dispositio d. Authen. sed quod simul cum institutione omnia cotruant, test. Iaf. in d. l. fratres, numer. 3. Quæ tamen opin. mihi semper visa fuit terribilis. Videtur enim (iudicio meo) valde iniquum, quod fili-

us præteritus, rumpens testamentum paternum, teneatur præstare legata, & fideicommissa, non autem frater rumpens testamentum fratris, & sic quod collaterales sint melioris conditionis, quam descēdentes. Nec quidquam facit, quod in correctoriis non fiat extensio, etiam ex maioritate rationis; quia possit dici verba ipsius Authenticæ esse generalia, & absque vlla extensione comprehendere casum nostrum. Præterea illa conclusio, quod in correctoriis non admittatur extensio, etiam ex maioritate rationis, non est sine controuersia: & multi attestantur communem opinionem esse in contrarium, & habet etiam multas limitationes, quæ possunt ad hoc propositum optime accommodari, vt late dixi supra lib. 1. Ideo si casus cōtingeret in facto, credo quod non peccaret mortaliter Iudex, qui iudicaret contra hanc communem sententiam.

6 Sed nunquid generaliter † quocumque modo testamentum impugnetur ex causa exheredationis, habebit locum dispositio d. Authen. ex causa? Respond. quod in hoc articulo aliquando fuerunt opin. Nam gl. communiter tenuerunt, vbi exhereditio facta est cum causa, quæ deinde non probatur legitima (quo casu testamētum rescinditur per querelam in officio, si, tanquam conditum à demente) quod non sit locus dispositioni d. Authen. & hanc opin. dixit esse communem Signor. conf. 171. num. 8. in fin. prout illum refert Curt. iun. in Authen. ex causa, num. 68. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod siue exhereditio facta sit nō inserta causa legitima, siue causa sit inserta, sed per heredem non probata, semper sit locus dispositioni d. Auth. tenuit Bart. in d. Authen. ex causa, nu. 9. Et quidquid dicat Signo. in alleg. consil. ita communiter tenetur, vt affirmat Cornel. in d. conf. 158. colum. 5. in litera T. lib. 2. & consil. 225. in litera E. lib. 3. Iaf. in Authen. ex causa, post num. 8. vers. Sequitur text. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. in d. l. filio præterito, num. 32 ff. de iniusto rup. Alex. in d. Authen. ex causa, nu. 8. Vtroque enim casu militant verba ipsius Authen. & eadem quoq; ratio.

ADDITIONES.

a Ignoranter præteritus.) Sed an in præteritione posthumi ignoranter facta, conferuentur legata in magna quantitate facta? dixi in collect. mea comm. opin. in verb. præterito sub nu. 2. 3. quod etiam notaui supra sub q. 46.

b Legata.) Et quod testamentum, in quo instituta sit turpis persona, infirmetur nedum quo ad institutionem, sed etiam quo ad legata, & fideicommissa, commune dicit Roland. in conf. 87. num. 11. lib. 3. vbi clausula codicillaris tunc nil operatur, num. 12.

QVÆSTIO LIII.

SVMMARIVM.

Institutio facta in re certa an sustineatur ex dispositione Auth. ex causa.

SED quia text. in d. Authen. dicit, † quod testamētum irritatur, quantum ad institutionem, Quæro, nunquid irritetur etiam institutio facta in re a certa? a Respond. quod quatenus talis institutio sapit vim legati, sustinetur ex dispositione d. Authent. quatenus autem potest habere vim institutionis, an nullatur. Ita tenet Bart. in d. Authen. ex causa. num. 15. & est communis opin. vt dicit Alexand. in ea. Authen. ex causa. num. 7. Rubeus consil. 164. num. 6. Ideo si pater, præterito filio, instituat aliquem in re certa, nullo dato coherede vniuersali, iste institutus in re certa, habebit solummodo illam rem, in qua fuerat institutus, quatenus

autem potuisset per ius accrescendi habere reliquum hereditatis, non sustinetur eius institutio. Vide in hoc proposito, quando institutus in re certa sit loco legatarii, vel loco heredis, quæ dixi supra §. *Institutio*.

## A D D I T I O.

a *Facta in re certa.*) Item quod institutio de re certa facta in testamento ratione præteritionis vel exheredationis, si sapiat naturam vniuersalis institutionis, ex iure accrescendi irritetur, si naturam legati conferuet. commune etiam dicit Iacob. de San. Georg. in d. *Authent. ex causa, sub num. 18.* Et an institutus in re certa habeat beneficium *leg. fin. C. de edict. D. Adri. toll. commune dixi in collecta mea. commun. opin. verb. Institutus, num. 1.* dic vt ibi. Et num. 2. dixi, An institutus in re certa nullo dato herede vniuersali, si testator expresse prohibuit, ne ipsa in stirutuo trahatur ad alia bona, succedat nedum in illa re certa, verum etiam in omnibus, quia testator non potest decedere pro parte testatus, atque pro parte intestatus, vbi ampliatur, & limitatur. Et num. 3. dixi commune esse, quod institutus in re certa non habet actiones hereditarias actiue & passiuæ, & num. 4. commune dixi, quod institutus in re certa seu in quora bonorum possit propria auctoritate apprehendere relictum sibi factum. Et num. 5. commune dixi, quod institutus in re certa non habet ius accrescendi instituto vniuersali repudiante. Item & quod potest propria auctoritate capere.

## Q V Æ S T I O L I V.

## S V M M A R I A.

- 1 *Legata seu fideicommissa vniuersalia, nunquid sustineantur ex d. spositione Auth. ex causa?*
- 2 *Et an substitutiones pupillares vel exemplariae?*  
Et quid si facta sint ipsimet filio præterito? *ibidem.*
- 3 *Et an legata facta ipsi filio præterito?*
- 4 *Et an legata facta turpibus personis?*
- 5 *Et quid de legatis factis in codicillis?*
- 6 *Et an huiusmodi legata quæ sustinentur ex d. spositione d. Auth. ex causa, petantur ex testamento, vel tanquam ab intestato.*

**N**VNC videndum est, quia text. in d. *Auth. ex causa*, simpliciter dicit, cætera firma manent: an generaliter omnia contenta in testamento præter institutionem sustineantur? & quidem de relictis particulibus \* nulla est inter Doctores controuersia. Sed quid in legatis vel fideicommissis † vniuersalibus? Respon. quod etiam illa sustinentur, ex d. spositione dict. *Authent.* Ita tenuit Bartol. *ibi, num. 18.* & ad hoc allegatur gloss. in d. l. *ita tamen. §. quoties, in verb. compelli debet. ff. ad Trebell.* quam dicit esse communiter approbatam Socin. *consil. 92. num. 3. libr. 4.* Et ita communiter teneri attestatur Imol. in d. l. *filio præterito. post num. 36. ver. an autem comprehendat.* Claud. in dict. l. *ita tamen, quam legit cum L. omnibus. §. quoties, num. 3.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Alexand. in dict. *Authent. ex causa, num. 8. Iaf. in dict. Authent. ex causa, post numer. 6. versicul. Quinto limita, & num. 11. Dec. consil. 95. numer. 3. Gul. de Benedic. in 1. parte repet. c. Raynut. fol. 205. nu. 237. Curt. iun. d. *Authent. ex causa, post num. 54. versicul. Terriam conclusionem. Paril. consil. 60. num. 11. lib. 2. & consil. 6. num. 11. eod. volum. & consil. 64. num. 8. eod. volum.* Talia enim fideicommissa non impediunt successionem intestati. Et ideo sicut filio instituto potuisset imponi onus fideicommissi, neq; propterea illi diceretur esse facta aliqua iniuria: ita etiam debet in præiudicium præteriti sustineri, cui satis esse debet, si institutio ipsa corrui.*

- 2 Quæro etiam; nunquid † sustineantur substitutiones a pupillares, & exemplariae facta filiis in ipso testamento? Respon. quod sic. Ita tenet Bart. in d. *Authent.*

*ex causa, num. 16.* Et ita magis communiter teneretur, vt dicit Bertran. *consil. 139. post n. 1. lib. 2. in 2. parte.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. in c. *Raynutius, num. 99. de testament.* Alexand. in d. l. 1. §. *fin. nu. 5. de vulg. Iaf. in d. Authent. ex causa, num. 10. Claud. in d. l. 1. §. fin. numer. 3.* Tales enim substitutiones non impediunt successionem ab intestato, vt superius de fideicommissis dictum est. Quæ quidem conclusio satis de plano procedit, quando talis substitutio pupillaris est facta alteri b filio. Sed quid si facta sit ipsimet filio præterito? Respon. quod pariter sustinetur. & ita est communis opin. vt dicit Claud. in d. §. *fin. num. 5. Gul. de Bened. in 2. parte repet. c. Raynutius. fol. 39. post num. 66.* Nam pupillaris substitutio concernit fauorem illius, cui facta est; merito ab eo non rumpitur. Secus ergo dicendum est in vulgari substitutione, per quam directo succeditur ipsi testatori. Illa enim proculdubio irritatur, sicut & institutio, alias hoc casu dispositio ipsius *Authent.* redderetur elusoria; quia substitutus vulgaris admitteretur in defectum instituti; & filius præteritus adhuc remaneret exclusus.

Præterea quæro nunquid sustineantur † etiam legata c facta ipsi filio præterito, vel exheredato? Respon. c quod non. Ita tenet Bartol. in d. *Auth. ex causa, numer. 19.* & est communis opin. teste Rom. *consil. 516. numer. 10.* quem refert Goza. *consil. 49. num. 19. Cornel. consil. 62. colum. 2. in litera F. lib. 2. Iaf. in d. Auth. ex causa, num. 14. & seq. Ripa in l. 2. post num. 33. ff. de vulg. 10. Nic. Arelat. in 2. cons.posito post tit. de secund. nupt. n. 3.* Qui enim testamentum impugnat, indignus est, vt aliquid ex eo consequatur.

Item quid dicendum de legatis, quæ in ipso testamento facta sunt per testatorem † turpibus personis, 4 nunquid & ipsa sustinentur ex d. spositione d. *Auth. ex causa?* Respon. quod non: & est communis opin. vt attestatur Rubeus in repet. l. *Titia. §. Imperator. num. 92. ff. de legat. 2.* Sunt enim huiusmodi personæ legibus odiosæ. l. *fratres C. de inoffic. testam. & faciunt in proposito ea, quæ dixi supra q. 52. vers. Sed quæro.*

Sed pone, testator fecit † codicillos, in quib. mul- 5 ta legata fecit diuersis personis: deinde condidit testamentum, in quo filium præterit, vel nulliter exheredauit; modo filius impugnat testamentum; Quæro, an ex d. spositione *Auth. ex causa*, sustineantur etiam illa legata facta in codicillis? Respon. quod sic. Ita tenuit glo. in l. 1. verbo, *litteras. C. de codic. il* quam dicit esse communiter approbatam Cur. iun. in d. *Auth. ex causa, post num. 62.* Semper enim quando quis decedit testatus, codicilli, siue ante testamentum, siue post testamentum conditi sunt, accipiunt robur in testamento, & ab ipso pendere dicuntur: merito de istis legatis idem est iudicandum, ac si in ipsomet testamento relictæ fuissent.

Pro complemento † huius materiæ quæro, nun- 6 quid legata, quæ sustinentur ex d. spositione d. *Auth. ex causa*, petantur actione ex testamento, an autem tanquam ab intestato? dixi supra §. *legatum.*

## A D D I T I O N E S.

a *Substitutiones pupillares.*) Et quod, tametsi hereditas patris haud fuerit adita, substitutio pupillaris nihilominus confirmetur per *Authent. ex causa*, commune dixi, in *collect. mea com. opin. verb. substitutio. nu. 77.*

b *Facta alteri filio.*) Commune hoc etiam dicit Iacob. de S. Georg. d. *Auth. ex causa, num. 21.* qui num. seq. dicit idem de facta filio in potestate præterito. Dixi etiam in *collect. mea com. opin. verb. substitutio.*

c *Legata facta.*) Sed nunquid legata & fideicommissa debentur

beantur ex testamento imperfecto, si personis testatori con-  
iunctis vel ab eo valde dilectis sint relicta? dixi in collect. mea  
commun. opin. verb. legatum, nu. 14. vbi communem dixi quod  
debeantur.

\* Imo veto est, si magnæ fuerint quantitates, & quando e-  
iusmodi esse dicantur, vide Menoch. de arbitr. iud. cas. 147.

QVÆSTIO LV.

SVMARIA.

- 1 In testamento regulariter interuenire debent septem  
testes.
- 2 Et an femina possit esse testis in testamento?
- 3 Et quid de iure canonico?
- 4 Et quid in testamento inter liberos?
- 5 Et quid in testamento militis?
- 6 Et an in codicillis?
- 7 Monachi, & mendicantes nunquid possint in testes ad-  
hiberi in testamento?
- 8 Legatarius an possit esse testis in testamento?
- 9 Filius an possit pro patre testificari in testamento?
- 10 Testis inhabilis qui communi opinione reputatur habi-  
lis, potest in testamento adhiberi.

**E**X his, quæ proximis quæstionibus tractata sunt,  
habes satis declaratum primum requisitum ad  
testamenti validitatem, scilicet institutionem heredis.  
Nunc ad alia transeundo scire debes, quod regulari-  
ter in testamento debent interuenire septem a tes-  
tes, l. hæc consultissima. C. de testam.

1 a Scias tamen, quod licet regulariter septem omnes per-  
sonæ tam masculi, quam femine, possint esse testes in  
quolibet actu humano, modo alias sint idonei; tam-  
en in testamento est speciale, quod aliqua perso-  
næ interuenire non possint, de quibus in l. qui in testa-  
la 2. ff. de testam. & similibus. Et in primis mulieres non  
possunt b ad condendum testamentum in testes ad-  
hiberi; & hoc quidem de iure civili est expeditum; est  
enim de hoc tex. expressus in d. l. qui testam. §. mulier. &  
ratio est, quia mulier est fragilis, & corruptibilis, vt di-  
cit glo. in d. §. mulier in verbo, Non poterit. quam omnes  
Doctores sequuntur nemine discrepante, dicit Bello.  
consil. 14. num. 8. & quotidie docet experientia. Ideo lex  
in actu adeo præiudiciali, & in quo sæpe solent com-  
mitti fallitates, & fraudes, de eius integritate non  
confidit.

3 c Sed quid de iure canonico? Resp. si quærat  
de testamento condito ad pias causas, res non habet  
difficultatem, quia in illo absolute mulier potest testi-  
ficari, vt dixi supra, q. 6. vers. Tertio insertur. & ita obser-  
uandum est in veroque foro. Sed quid si testamen-  
tum sit conditum ad causas profanas, nunquid mul-  
ier de iure canonico poterit in eo testis adhiberi?  
Respon. quod in hoc articulo Dd. sunt varii. Multi e-  
nim tenuerunt, quod sic: & hanc opin. dicit esse cõ-  
munem Paris. consil. 51. n. 16. lib. 3. Crocius de testib. in 1.  
part. n. 10. prout illum refert Didacus in dict. cap. cum ef-  
fis. num. 14. de testam. Multi etiam tenuerunt contra-  
rium, scilicet, quod imo etiam de iure canonico mul-  
ier in testamento, condito ad causas profanas, non  
possit esse testis. Ex hanc opin. dicit esse communem  
Alex. consil. 84. in fin. lib. 2. prout illum refert Ioan. Di-  
lect. de arte testam. tit. 2. cau. 2. n. 7. Ego tamen non re-  
perio Alex. in allegato consil. 84. quod est duplicatum in  
consil. 177. lib. 2. attestari de communi opin. licet n. 5. vi-  
deatur hoc sentire, & alleget plures auctoritates pro  
hac parte. Forte melius in proposito posset allegari

idem Alex. consil. 70. n. 13. eod. vol. 2. quod est appendix,  
siue confirmatio illius consil. 34. supra allegati, vbi hoc  
idem tenet, & valde miratur de quodam consulente,  
qui dixerat communem opin. esse in contrarium.  
Hanc etiam opinionem dicit esse communem Bello.  
consil. 14. numer. 8. quam ego etiam sequor, tanquam  
veriore, & magis communem. Vbicunque enim  
non reperitur aliqua dispositio iuris ciuili expresse  
immutata à iure canonico, non debemus inducere  
impugnantiam inter ius canonicum, & ciuile, vt dixi  
supra lib. 10.

Quæro etiam, quid in testamento condito in-  
ter d. liberos, an in eo possit mulier in testem adhibe-  
ri? dixi supra quæst. 8. vers. Se. undo insertur.

Sed hic quæro etiam, an in testamento militis  
mulier possit esse testis? Respon. quod sic, & est com-  
munis sententia, vt dicit Bauer. in §. plane, num. 5. Instit.  
de testam. mili. Est enim in testamento militis  
remissa omnis solemnitas iuris ciuili, vt dixi su-  
pra q. 15.

Item quæro, an mulier possit esse testis in codi-  
cillis? dixi supra §. codicillus.

Vterius quæro nunquid septem monachi, & fratres  
mendicantes possint in testamentis testes adhiberi? c  
Respon. quod sic: & ita se habet communis obser-  
uantia, & consuetudo, vt attestatur Natta in repet. §. ex  
imperfecto, post num. 181. subdens, quod est valde ratio-  
nabilis; quia solent à testatoribus adhiberi tanquam  
legationes, sub spe, quod eorum voluntates non re-  
uelent; licet quandoque contrarium contingat.

Præterea quæro, nunquid legatarius possit esse  
se testis in testamento? Respon. aut quæris, an si in  
numero septem testium, qui fuerunt adhibiti in te-  
stamento, reperiatur aliquis descriptus, cui testator  
in testamento legatum reliquerit, an testamentum  
ipsum valeat, tanquam confectum cum solemnibus nu-  
mero testium; & dic, quod proculdubio testamen-  
tum erit nihilominus validum, & solemnne. dict. l. qui  
testamento, la 2. in princip. ff. de testam. Aut quæris, si  
agatur de probando per testes ipso testamento, vel le-  
gato, an legatarius sit idoneus testis: & in hoc re-  
mitto te ad ea quæ late dixi supra lib. 2. §. testis.  
quæst. 9.

Sed nunquid filius poterit pro patre testificari  
in testamentis? Respon. absolute, quod non: siue  
filius sit in potestate, siue emancipatus, & siue pater  
condat testamentum, siue ipse pater sit ab alio heres  
in testamento institutus. Ita tenet Bart. in dict. l. qui in  
testament. §. quacunque, num. 2. & est communis opin.  
vt dicit Aretin in eod. §. quacunque. post n. 5. vers. sic. & con-  
tra illam. & merito filius est in hoc suspectus, cum se-  
cundum communes regulas censeatur vna & eadem  
persona cum patre.

In hoc etiam proposito nota vnum, quod superio-  
rioribus diebus contigit in practica, quod si aliquis  
alias inhabilis g adhibeatur in testamento, puta, quia  
sit infamis vel seruus, qui tamen non reputabatur  
communi opinione pro seruo, neque pro infami, va-  
let testamentum. \* Ita dicit gloss. not. in l. cum lege. in  
gloss. fin. in fin. ff. de testam. quam sequuntur commu-  
niter Scribentes, vt attestatur Alexand. in l. 1. num. 11.  
C. de testam. Semper enim inclinare debemus  
in sententiam, secundum quam vltima  
testatoris voluntas confer-  
uatur & sustine-  
tur.

## ADDITIONES.

<sup>a</sup> *Septem testes.*) Hic adde, quod testamentum, in quo septem testes de solemnitate requiruntur, si vnus deficiat, haud valet: commune Maran. in eius *Specul. praxiu civilis*, §. *iudicii tela aggreditur. post nu. 22.* etiam quando numerus sufficiens haberi haud potuit. Item etiam tempore pestis per Duran. *de arte caut. 2. vt. ibid.*

<sup>b</sup> *Mulieres*) Vide de hoc in *collect. mea commun. opin. in verb. Fœmina. num. 6. atque in verb. testis, num. 35.* Vbi etiam neque in testamento, neque in chirographo, neque in criminali esse possunt testes.

<sup>c</sup> *De iure canonico*) Adde & vide per Diaz. *reg. 482. vbi retulit Deci. in reg. fœmina. ff. de reg. iur. quatuor modis limitantem.*

<sup>d</sup> *Inter liberos*) Hic aduerte, quod illud non procedit, vbi præcederet aliud solemnne testamentum institutis extraneis: quia tunc secundum nisi solemnne tollit primum. per Nat. *consil. 142. num. 2.*

<sup>e</sup> *Fratres*) Et quod fratres prædicatores possint esse testes in testamento, in quo eorum ecclesiæ aliquid relinquitur, commune etiam habetur per Dec. in *consil. 62. col. 1. quod dixi in collect. mea commun. opin. verb. fratres, num. 4.*

<sup>f</sup> Nunquid legatarius indistincte pro herede in testem admittatur, commune dicit Alex. in *l. distantibus, num. 2. C. de testament. commune & fusius dixi in collect. mea commun. opin. §. legatarius, num. 3. vbi ibidem.*

<sup>g</sup> *Aliquis alias inhabilis*) Item quod testis rogatus à testatore ex quo eius fides fuit approbata, haud amplius queat reprobari: vide per Alexand. *consil. 54. in fin. volum. 3. vbi Clar. hic adnotaui.*

\* Contrarium pluribus rationibus visum est Plautio in *leg. Barbatus, num. 303. de off. Prat. Burf. consil. 55. num. 8.*

## QVÆSTIO LVI.

## S V M M A R I A.

- 1 Regulariter in testamento interuenire debent septem testes.
- 2 Et an huiusmodi numerus testium sit de substantia ipsius testamenti?
- 3 Et quid tempore pestis?
- 4 Et quid in testamento condito inter liberos?
- 5 Et quid in testamento condito ad pias causas?
- 6 Et quid in testamento condito à rusticis?
- 7 Et quid si aliquis testetur coram Imperatore?
- 8 Et quid si adsint sex testes, & præterea tabellio, qui de ipso testamento debet esse rogatus?
- 9 Et quid si adsit statutum, disponens, quod testamentum coram duobus vel tribus testibus valeat?

**N**ON sufficit testes, qui in testamento adhibiti sunt, esse idoneos, nisi etiam sint secundum numerum à lege constitutum. Licet enim regulariter in quolibet actu duo testes sufficiant, iuxta illud: In ore duorum vel trium, &c. tamen † in testamentis, in quibus, vt dixi, sepiissime fiunt fraudes & falsitates, requiruntur, quod ad minus septem testes a interueniant.\*

2 Et scias, quod iste numerus † testium non solum est de forma probatoria ipsius testamenti, sed etiam de eius forma substantiali. Ita tenet Bar. in *l. nemo potest, in prima oppo. ff. de leg. 1.* & est communis opin. vt attestatur Ripa in *d. l. nemo potest, post num. 27.* Didacus in *c. cum esses, nu. 8. de testament.* & hoc est maximi effectus, Nam si non esset de forma substantiali; posset testator in suo testamento iubere, vt, licet confectum esset cum minore numero testium, valeret: quod tamen facere non potest, vt concludunt communiter Dd. in *allega. l. nemo potest.* Est etiam in alio magni effectus: quia si esset de forma probatoria, tantum sequeretur, quod si pars confiteretur testamentum factum fuisse coram testibus, sed non septem, tale testamentum valeret tanquam solemnne, & probatum

ex confessione partis, qua probatione nulla melior esse potest, quod tamen est falsum.

Et hæc quidem conclusio satis de plano procedit, quâdo testamentum fit in tempore, in quo facile potest haberi integer numerus testium. Sed quid si † testamentum fiat tempore † pestis, in quo propter suspicionem contagionis personæ non ita facile ad infirmos accedunt, neque inuicem inter se conuersantur, prout faciunt tempore sanitatis? Respon. in hoc articulo magna est controuersia inter Dd. nam aliqui dicunt, quod tempore pestis sufficit, quod testamentum fiat cum quinque & testibus: & fuit peregrinum dictum originale Bald. in *l. si. num. 1. & in fin. C. de test.* & hanc opin. dicit esse communem Dec. *consil. 289. nu. 5. in si. quem refert Ioan. Annib. in rep. l. nemo potest. nu. 65. in si. ff. de leg. 1. Paris. consil. 32. num. 6. lib. 2. & consil. 33. nu. 26. eo. vol. Ioan. Dilect. de arte testan. tit. 2. caut. 2. n. 2.* Contrariam autem opin. \*\* quod scilicet etiam si testamentum conficiatur tempore pestis; propter hoc iura nihil dispensent circa solemnitates in ipso testamento requisitas; & consequenter, quod etiam eo tempore requiratur integer numerus septem testium, dicitur tenuisse Ang. in *d. l. si. C. de test.* qui tamen in libro meo hoc non dicit. Et ita attestatur communiter teneri Alex. *consil. 177. num. 8. lib. 2. quem refert Iaf. in dict. l. si. num. 4. & Rubcus consil. 165. num. 1. & Boer. decis. 228. post nu. 10.* Hanc etiam dicit esse communem Alex. *consil. 70. post n. 16. lib. 2. quem refert Ripa de peste, in priuilegiis vltimarum voluntatum, num. 7. Cor. consil. 68. in litera I. lib. 1. Soc. consil. 85. n. 6. in si. lib. 4. Crotus in tract. de testibus n. 11. Bertran. consil. 212. n. 3. lib. 1. in 2. par. & consil. 233. post num. 8. lib. 2. in 2. parte. Apostil. ad Aret. in *l. heredes palam. in princip. post num. 6. ff. de test. Bauer. in §. sed hæc quidem. num. 23. & seq. Institut. de testam. Afflict. decis. 25. nu. 2. vbi etiam refert ita iudicasse consilium Neapolitanum, prout etiam iudicauit Parlamentum Burdegalense, vt refert Boer. in *allegata decis. 228. in casu tamen in quo pestis non erat magna. Hæc est ardua d. quæstio, & indigeret Cæsarea d. decisione, vel saltem prouisione, vt sensisse videtur Bart. in *l. 1. ff. de bon. poss. ex testam. mili.* Si computentur auctoritates, credo proculdubio hanc opin. contra Bald. esse magis communem. Opinio tamen Bald. mihi semper magis placuit; modo duo concurrant, quod scilicet testator tempore conditi testamenti ægrotaret morbo pestis, secundum quod eo temporis pestis effectus talis, vt verisimiliter maior copia testium ibi haberi non posset. Hoc casu intrepide secundum hanc opin. Bald. consulerem, & iudicarem: certe etiam illi qui tenent contra Bald. fatentur fere omnes, quod ipsius opin. est æquior & humanior: quod est notandum, quia Senatus noster, qui semper fere in iudicando amplectitur æquitatem, credo, quod de facili inclinaret in sententiam Bald. nisi aliqua suspicio fraudis aut falsitatis subesset. Vnum tamen scias, quod licet nonnulli dixerint, quod tempore pestis etiam duo tantum testes in testamento sufficerent, eorum tamē opinio nullo modo esset tenenda, ideo dic, quod ad minus quinque requiruntur, & in hoc omnes fere concordant, vt dicit Corn. *consil. 297. in litera B. lib. 4.****

Quæro an in testamento condito † inter liberos 4 sufficiat minor e numerus, quâ septem testium? dixi e supra q. 8. vers. Hinc infertur.

Item quæro, quid in testamento condito ad pias 5 causas? † dixi supra q. 6. vers. Hinc infertur.

Sed quid in testamentis conditis in † rure per ru- 6 sticos,

rusticos, nunquid hæc solemnitas numeri septem testium pariter erit necessaria? Respond. quod non: sed in illis est speciale, quod sufficiant tantum quinque testes, & hoc ex dispositione l. & ab antiquis. quæ est lex fin. C. de testam. vbi est de hoc text. expressus. Et hæc quidem conclusio locum habet, siue huiusmodi rusticus testetur in scriptis, siue sine scriptis, & ita communiter tenetur, vt ait Alexand. in d. l. fin. post num. 8. in gloss. in verbo, Scriptura. Hanc etiam dicit esse communem opin. Iaf. in d. l. fin. post num. 2. versic. 4. extende. Et ita obseruatur communiter, vt attestatur Bartol. in d. l. fin. num. 1. Valet enim regulariter argumentum de testamento in scriptis ad nuncupatum, & e conuerso. Scias tamen, quod hoc priuilegium, quod conceditur per d. l. fin. conceditur personæ, & loco, copulatiue, scilicet rusticis, & in rure testantibus: & ideo, vt sit locus dispositioni d. l. fin. requiritur, quod vtrunque concurrat. Si ergo rusticus testatur in ciuitate, vel ciuis in comitatu, non gaudebunt beneficio illius legis. Ita dicit Bart. in d. l. fin. numer. 2. & est communis sententia, vt dicit Boer. decis. 228. post num. 10. & hoc etiam si esset tempus pestis, de quo tamen vide quæ dixi supra, versic. Et hæc quidem.

7 Et etiam alius casus valde notabilis in hac materia: quia si aliquis testetur coram Imperatore, non est necessarius numerus septem testium, & est de hoc text. expressus in l. omnium. C. de testam. Sed quomodo quis dicitur testari coram Imperatore? Respond. quod si quis porrigat preces principi, in quibus exprimat, qualiter de rebus suis disponat, dicitur testatus coram principe, etiam si princeps super huiusmodi precibus nihil descripserit. Ita colligitur ex text. in d. l. omnium. Sed quid, si quis non porrigat preces, sed oratenus coram Imperatore dicat se instituere Titium heredem, vel similia, nunquid dicitur testatus coram Imperatore? Resp. quod sic, dummodo de hoc appareat per aliquos testes. Et licet sic magna controuersia inter scribentes, quot testes hoc casu requirantur: tamen magis communis opinio est, quod saltem duo requirantur, vbi non apparet preces fuisse porrectas. Et quod duo sufficiant, sensit Bart. in d. l. omnium. num. 1. Et hanc esse communem, attestatur Soc. iun. consil. 138. num. 10. lib. 1. à qua, vt ipse dicit, non esse consulendo, aut iudicando recedendum, quem refert Didac. in rub. de testam. in 1. parte, num. 2. Hæc tamen raro contingunt in practica.

8 Quæro etiam, si adsint sex testes, & præterea tabellio, qui de ipso testamento debet esse rogatus, an sufficiat? Dixi supra lib. 2. §. Notarius.

9 Vlterius quæro, quid si adsit statutum disponens, quod testamentum confectum coram duobus vel tribus testibus valeat? Dixi supra lib. 1.

ADDITIONES.

a Septem testes interueniant.) Et hoc casu, quia testes sunt de substantia actus, aduerte, quod ommissio vitiat adeo, vt haud possit deferri iuramentum in def. ctum probationis: per Nat. in consil. 423. sub num. 1.

b Tempore pestis.) Vide de quadam testatrice sequestrata in domo ob pestem, schedulam conscriptam per Menoch. in consil. 224.

c Cum quinque testibus.) Hic scias, quicquid sit de ista questione, quod testamentum coram quinque testibus minus solemne, & sic nullum, conseruat fideicommissum per clausulam codicillarem, secundum communem opin. vt attestatur Soc. iun. consil. 82. num. 1. vol. 4. & dixi etiam in collect. mea communium opin. verb. testamentum, num. 40.

d Hæc est ardua questio.) Adde quod nouissime super ista

quest. consultus plenius respondit Roland à Valle eius consil. 81. volum. 1. quem ideo vide, quia ad partes allegat, & tunc dicit tunc valere test. Et de ista opinione communi ex vtraque parte dixi etiam in collect. mea commun. opin. in verb. testament. numer. 28. 29.

e Minor numerus) Adde quod sufficiunt duo, communem Dec. consil. 627. num. 11. & Roland. consil. 81. num. 19. Etiam si in fine testamenti non reperiretur testatoris subscriptio. Boer. decis. 14. num. 15. quod etiam dixi in collect. mea commun. opin. verb. testament. num. 17. & adde quod in testamento facto inter liberos omnis solemnitas iuris ciuiliis & politici remissa censetur: sola iuris gentium solemnitate in illo seruata: communem Bero. famil. q. 36. num. 5.

f Quod vtrunque concurrat) Item quod solemnitas d. septem testium in testamentis relaxetur tantum rusticis & in rure testantibus, in aliis autem non, sed denegetur. Item quod requiratur vtrunque, quod sit rusticus, & rure testetur, vnde si ciuis rure testaretur quod non valeret, commune vtrunque dixi in collect. mea commun. opin. verb. solemnitas, num. 56.

g Dicitur testatus coram principe) Sed nunquid testamentum confirmatum à principe reuocari queat? quod sic: communem vide per Dec. in e. cum accessissent. colum. 2. de consil. communem, & etiam dixi in mea collect. commun. opin. in verb. testament. num. 43.

h Saltem duo) Ad idem etiam vide per Hipp. Rimin. in §. 1. Instit. de donat. num. 358. vbi retulit Dd. opiniones, & vltimo Socin. iun. relatam etiam ab Auctore commun. attestantem dicit. consil. 138.

\* Velim scias nec posse partem testam. per septem testes, alteram per alios probari, quod verum & fructuosum sit vide Alex. consil. 177. volum. 1. Cor. consil. 238. volum. 2. consil. 42. vol. 1. Pacil. consil. 156. vol. 4.

\*\* Vide latius Marf. in l. Diuus Pius, num. 16. 17. ff. de quest. Paris. consil. 32. volum. 2. Soc. iun. consil. 129. num. 14. vol. 1. Gabr. de testam. conclus. 8. & luculentissimè Roland à Val. toto consil. 8. volum. 7.

\*\*\* Quin etiam sine testibus factum in actis maioris iudicis testamentum sustinetur, Iaf. in l. omnium. C. de test. Rol. consil. 70. num. 28. volum. 1.

QUESTIO LVII.

SUMMARI A.

- 1 Numerus septem testium an requiratur in testamentis etiam de iure canonico, tractaturque materia e. cum esses. de testam. Et an dispositio illius e. locum habeat etiam in testamentis conditis ad causas profanas? ibid.
- 2 Et an in foro temporali? Et an extra terras ecclesie? ibid.
- 3 Et an sufficiant duo testes loco parochiani?
- 4 Et an duo testes sine parochiano?

HABES ergo conclusionem, quod ad validitatem testamenti requiritur numerus septem testium, quæ quidem, secundum ius ciuile, nullam habet difficultatem. Sed quæro, quid de iure canonico, an minor numerus testium sufficiat? Hæc est ardua, & difficilis questio, quæ tota versatur circa intellectum e. cum esses, de test. vbi summus Pontifex ait: Testamenta, que parochiani coram presbytero suo, & tribus vel duabus aliis personis idoneis in extrema fecerint voluntate, firma decernimus permanere. Videndum est igitur, nunquid hæc conclusio, quæ elicitur ex illo textu, scil. quod in testamento sufficiunt duo testes, cum presbyteri sui interuentu, habeat locum solummodo in testamentis conditis ad pias causas, an autem locum habeat, etiam in testamentis conditis ad causas profanas? Dein præsupposito, quod habeat locum etiam in conditis ad causas profanas, an procedat in vtroque foro, scilicet tam in temporali, quam

quam in Ecclesiastico, & tam in terris imperii, quam in terris ecclesiæ? Et in primis quidē multi tenuerūt, quod dispositio illius c. solummodo locum habeat in testamentis ad pias causas. & dixit Apostil. *ad text. in d. c. cum esses*. quod hæc est crebrior opin. Sed quidquid ipse dicat, tenenda est contraria opin. quod scilicet ille tex. procedat etiam in testamentis conditis ad causas profanas. Et ita cōmuniter teneri attestatur Ruin. *consil. 14. num. 4. lib. 2.* & quod de iure canonico in qualibet vltima voluntate sufficiant duo testes, & sacerdos, dicit esse communem Alex. *consil. 177. num. 2. lib. 2.* Corn. *consil. 137. in litera A. lib. 2.* & *consil. 261. col. pen. in litera C. lib. 4.* quem refert Didacus *in d. c. cum esses, num. 12.* Socin. *consil. 138. num. 5. lib. 1.* quod est duplicatum, *consil. 235. lib. 2.* Boer. *decis. 93. nu. 2.* & *seq.* Si enim intellectis ad pias causas sufficiunt duo testes, secundum communem conclusionem Doctorum, vt dixi supra, *q. 6. vers. Hinc infertur.* certe non potest in illis habere locum dispositio *d. c. cum esses*. per quam vltra duos testes requiritur etiam præsentia sacerdotis. Et ab hac opin. quæ est magis communis, vt etiam ex infra dicendis apparebit, & quam consuetudo approbat vbi que locorum, iudicio meo valde temerarium esset in practica recedere.

Quæ quidem conclusio de plano procedit in terris ecclesiæ, in illis enim non videtur dubitandum, quin sufficiant duo vel tres testes, eū interuentu parochiani, iuxta dispositionem *d. c. cum esses*. & hæc opin. proculdubio est magis communis, vt attestatur Alexand. *consil. 47. num. 2. lib. 2.* & *consil. 146. num. 6. eod. vol.* Corn. *consil. 18. in litera T. lib. 2.* & *consil. 137. in litera A. eo. volum.* & *consil. 168. in litera B. eodem volum.* Ripa *de peste, in priuil. contractuum, nu. 12.* Paris. *consil. 51. num. 13. lib. 3.* Bello. *consil. 1. n. 3.* Ioan. Dilect. *de arte testan. tit. 2. caut. 2. post num. 2.* & intellige, quod hæc conclusio locum habet in terris ecclesiæ, non solam in foro ecclesiastico, sed etiam in foro temporalī, vt statim dicam. Et licet Fulg. *consil. 29. num. 1. & 2.* dicat, quod hæc opinio non est communiter approbata, & quod imo contraria opin. est communis, quod sc. in terris subiectis temporali iurisdictioni Ecclesiæ, non valet testamentum in non pias causas conditum, nisi seruata solemnitate iuris ciuiliis: credo, quod de hoc dicto Fulg. parum sit curandum, cum fere omnes Doctores teneant contrarium, vt videri potest. Et hæc etiam communis opin. est consuetudine roborata, vt dicit Imol. *in d. c. cum esses, n. 13.* & sic non esset iudicando aut consulendo ab ea recedendum. Extra vero terras Ecclesiæ & sic in terris imperii, non habet locum dispositio *d. c. cum esses*, sed omnino debent interuenire septem testes. Ita volunt communi er Doct. vt dicit Corn. *consil. 161. col. 3. litera H. lib. 4.* & hæc opinio videtur de generali consuetudine roborata, vt dicit Bertran. *consil. 178. in fi. lib. 3. in 2. parte.* Quod tamen intellige, vt procedat in foro seculari: nam in foro ecclesiastico, etiam in terris imperii, seruatur dispositio *d. c. cum esses*, vt statim dicam. Et sic ex his omnibus collige cōclusionem, quod dispositio *d. c. cum esses*, est obseruanda in foro ecclesiastico, vbiq; & in terris ecclesiæ in vtroq; foro. Et hæc est cōmunis sententia, teste Corn. *consil. 31. in litera B. lib. 2.* & *consil. 168. in litera B. eod. volum.* & *consil. 157. in litera A. lib. 4.* à qua non recedas in practica; quia quantum ego vidi, apud omnes ita seruatur sine controuersia. Bene verum est, quod illi duo testes, qui debent vltra parochianum interuenire, debent esse idonei, & sic omni exceptione maiores. Et hæc est commu-

nis opin. vt dicit Alex. *consil. 177. post num. 4. versicul. Secundo respondeo*, *lib. 2.* de qua non videtur dubitandum, ex quo ipsomet *c. cum esses*, dicitur, personis idoneis, &c. Quis autem dicatur testis idoneus? dixi supra *lib. 2. §. testis.*

Sed pone aliquis fecit testamentum, in quo adhibuit quatuor testes idoneos, non tamen aderat sacerdos parochianus; nunquid isti duo testes adhibiti vltra alios ¶ duos, supplebunt absentiam parochiani, ita vt testamentum valeat perinde, ac si ipse parochianus vna cum duobus testibus adhibitus fuisset, iuxta dispositionem *d. c. cum esses*? Resp. quod sic. Ita tenet Specul. *de instr. editio. §. compendiose. post n. 12.* & hanc opin. dicit esse magis communiter approbatam Bertrand. *consil. 41. num. 6. lib. 3. in 2. parte.* Et dicit Alex. *consil. 105. n. 15. lib. 4.* quod ita tenent communiter omnes. Hanc etiam opin. attestatur esse cōmunem Dec. *consil. 284. n. 8.* quem refert & sequitur Bello. *consil. 14. post n. 3.* & Didacus *in d. c. cum esses, num. 13.* Paris. *consil. 31. post n. 15. lib. 3.* Et licet hæc opin. forte in puncto Iuris non transeat sine difficultate; tamen propter auctoritatē Doctorum illam tenentium, credo quod in practica obtineret; neq; ego auderem consulendo, aut iudicando, ab ea recedere, vbiunque essemus in foro ecclesiastico, vel etiam in vtroque foro in terris ecclesiæ. Et quamuis Corn. *consil. 77. in litera D. lib. 1.* & *consil. 137. in litera C. lib. 2.* dicit communem opinionē esse quod in vltimis voluntatibus, in quibus non interuenit presbyter proprius testatoris, remanet ius ciuile immutatum, & quod ita obseruatur in practica: nihilominus ex supra allegatis apparet magis communem opinionem esse in contrarium. Pro qua facit, quia semper plus creditur duobus testibus, quam vni, quātuncunque dignitatis sit. Si ergo sufficiunt duo testes cum parochiano, *d. c. cum esses*. multo magis sufficient quatuor testes.

Sed quid si duo tantum testes in ¶ testamento interuenient sine parochiano, nunquid tale testamentum valebit de iure canonico, secundum quod dicitur, quod in ore duorū vel trium stat omne verbum? Respon. aliqui dixerunt, quod sic. & hanc opinion. dicit esse communem Bald. *consil. 404. lib. 4.* prout illum refert Ioan. Dilect. *de arte testandi, tit. 2. caut. 2. n. 4.* Ego non reperio illud conf. Bald. quia forte allegatur secundum aliam impressionem. Sed quidquid dicat Bald. contraria opinio est verior, scilicet, quod vltra duos testes debet etiam parochianus interuenire: & est etiam magis communis, vt attestatur Imola *in d. c. cum esses, post num. 13.* & quia res est nimis clara, stultus esset, qui ab hac sententia recederet in practica.

## Q V Æ S T I O LVIII.

### S V M M A R I A.

- 1 Requiritur testes in testamento adhibitos esse rogatos. Et quid in testamento nuncupatio? *ibid.*
- 2 Et quid in testamento ad pias causas?
- 3 Et quid in testamento condito inter liberos?
- 4 Et quid in testamento militis?
- 5 Et an sufficiat testes esse rogatos ab alio quā a testatore?
- 6 Et an testes in dubio præsumantur rogati?
- 7 Et an requiratur etiam Notarium esse de ipso testamento rogatum?

NON sufficit in testamento septem ¶ testes idoneos adhibitos fuisse, nisi etiā appareat illos, vt testamento interessent, fuisse a rogatos. Est de hoc tex. expressus in *l. heredes palā. §. in testa. ff. de test.* Licet n. regulari-

gulariter in aliis actibus humanis non requiratur; quod testes sint rogati. *l. ad fidem. ff. de testibus*, & dixi supra *lib. 2. §. testis*. tamen in testamentis, in quibus, ut sæpe dictum est, maximus subest timor fraudis & falsitatis, voluit lex adhiberi testes non fortuitos, sed ad id in specie rogatos, ut diligentius ad omnia animadverterent.

Et hæc quidem conclusio satis de plano procedere videtur in testamento in scriptis confecto *l. hac consultißima. in princ. C. de test.* Sed quid in nuncupatio? Resp. quod pariter in nuncupatio debent testes esse rogati: & hoc siue huiusmodi testamentum nuncupatum fuerit, siue scriptura confecta, siue etiam fuerit in scriptis redactum. Ita tenet *gl. in §. si. in verbo, adhibitis. Instit. de test.* & est communis opinio, ut dicit Boerius, *decis. 34. n. 8.* Nulla enim (iudicio meo) subest in hoc concludens ratio differentie, inter testamentum in scriptis, & nuncupatum. Et quia hæc opinio notissima consuetudine ubique approbatur; non est aliquo modo de ea dubitandum.

2 Quæro, an in testamento conditio ꝑ ad pias causas requiratur, quod testes sint rogati? dixi supra *q. 6. vers. Secundo infertur.*

3 Quæro etiam, quid in testamento ꝑ conditio inter liberos? dixi sup. *q. 8. vers. 3. Secundo infertur.*

4 Item quæro, quid in testamento ꝑ militis, an scilicet in illo sit necessarius rogatus testium? Resp. quod sic. Text. est in *l. diuus. ff. de testam. milit.* & est communis sententia, ut ait Natta in *repet. §. ex imperfecto, post num. 164.*

Scias tamen, quod non requiritur ad testamenti validitatem, quod ꝑ testes sint rogati ab ipsomet testatore: sed sufficit, quod sint rogati à Notario, vel etiam ab alio extraneo, presente tamen & patiente ipso testatore. Ita colligitur ex *gl. in Auth. rogati. in gl. 1. C. de testibus*, & est communis opinio, ut dicit Ias. in *l. hac consultißima, in princ. post num. 2. vers. 3. & debent. C. de testament.* & ita etiam obseruat consuetudo, ut dicit Ias. in *l. serui electione, num. 41. ff. de leg. 1.* Ita etiam tenere Doctores, affirmat Iac. de Rauenna in *§. fin. Instit. de testam.* quem refert Soc. in *l. si quis it. a. num. 3. ff. de reb. dubis.* subdens hoc esse notandum, quia alias fuit multum dubitatum super hoc. Et ita fuit consultum per omnes Doctores Italiæ, & ideo, quod ab hac sententia nullo modo esset in practica recedendum. Reperio tamen quod Bauer, in *§. sed hæc quidem, post num. 41. Instit. de testam.* videtur affirmare contrariam sententiam esse magis communem: quod scilicet testes ab ipsomet testatore & non ab aliquo alio debeant esse rogati. Sed, ut ex prædictis colligitur, proculdubio in hoc Baue. deceptus est. Propterea à priore sententia non recedas, quæ verior est & communior, æquior, & consuetudine roborata.

6 An autem testes in dubio ꝑ præsumantur rogati, & quomodo probetur rogatus testium dixi supra *lib. 2. §. testis.*

7 Quod vero dictum est in testibus idem ꝑ dicendum est in Notario. Ad hoc enim ut Notarius possit de ipso testamento conficere instrumentum, requiritur, quod & ipse sit de hoc à testatore rogatus. Ita dixit *gl. in §. nos autem, in verbo, Iniungatur. in Authent. de tabellio.* quam dicit esse communiter approbatam Soc. iun. *consil. 178. n. 3. lib. 2.* & ita videmus quotidie obseruari. Hoc tamen locum non habet in testamento conditio inter liberos, ut dixi supra *q. 8. vers. 3. infertur.*

8 An etiam in dubio rogatus ꝑ Notarii præsumatur? dixi supra *lib. 2. §. Notarius.*

## A D D I T I O.

a *Fuisse rogatos.*) Item quod septem testes, qui requiruntur in testamento, rogari etiam debeant, communem dicit Rol. *consil. 33. n. 3. vol. 3.* quod etiam dixi in *collect. mea commun. opin. in verbo, testis.* ubi addidi regu. cum trib. fallentis. *n. 62. & n. 63. & 64.* polui de communi, & magis communi opin. An scilicet sufficiat testes esse adhibitos, esto, quod haud constaret illos fuisse rogatos. Adde etiam atq; vide pro opin. negativa quæ vti videtur magis communis, per Diaz. *reg. 751.* ubi citat Ias. limitantem quatuor modis in *l. sciendum. ff. de verb. oblig.* Item quod testis rogatus à testatore ex quo eius fides fuit approbata, haud possit postea reprobari, dixi supra *sub q. 46. in fin.*

## Q V Æ S T I O L I X.

## S V M M A R I V M.

*Speciale est in testamento, ut requiratur quod testes videant testatorem, & audiant ipsum loquentem.*

L I C E T alias in contractibus testes de auditu proprio probent, modo habeant notas voces contrahentium, ut dixi supra *lib. 2. §. testis.* tamen in testamento\* ob maximam suspicionem fraudum, quæ in illis quotidie committuntur, specialiter requiritur, quod testes ꝑ videant a testatorem, & audiant ipsum loquentem. Text. est in *l. si non speciali. C. de testam.* & ita communiter tenetur per Legistas, ut dicit Abb. in *c. ex literis, post n. 5. de consuet.* & dicit Corn. *consil. 18 in litera D. lib. 2.* quod in hoc concordare videntur Dd. omnes. Hanc etiam dicit esse communem fere omnium sententiam Corn. *consil. 166. in princ. lib. 3. Paris. conf. 33. n. 1. lib. 2. Rimin. in d. l. non speciali. n. 3.* Et ideo, si in testamento conficiendo esset cortina, vel paries, inter testes & testatorem non valeret b testamentum, etiam si testes haberent notam vocem testantium. Ita concludunt communiter Doctores, ut dicit Alexand. in *dict. l. si non speciali. num. 6.* Nec quicquam facit, quod gloss. in *l. 2. §. idem Labeo, in verbo, Meminerint. ff. de aq. plu. arcen.* tenuerit contrarium, quia illa gloss. communiter reprobat, ut dicit Rap. *ibi, quem refert & sequitur Corn. consil. 200. in litera G. lib. 2. Porc. Instit. de testam. milit. in princip. post num. 8. Bauer. in §. Sed hæc quidem. num. 4. in fin. Instit. de testam.* Nostris temporibus quædam mulier sagax maritum, statim postquam expirauerat, è lecto extrahi fecit, & alium pro eo supposuit, qui fenestris thalami fere in totum clausis, & capite pannis inuoluto, simulans se propter infirmitatem vix loqui posse, condidit testamentum, in quo uxorem instituit heredem, & aliis personis diuersis legata reliquit: & omnes testes credebant ipsum esse vere eius maritum, qui quasi in extremis laboraret: fuit deinde quasi diuino miraculo res omnis detecta, & nisi mulier ipsa vna cum Notario, qui solus erat particeps fraudis, fuga sibi consulisset; credo, quod non euasisset pœnam vltimi supplicii.

## A D D I T I O N E S.

a *Videant testatorem.*) Etiam hic adde, quod testamentum non valet, si testes haud videant testatorem, licet sint post aliquam cortinam circa lectum ipsius. Vide per Diaz. hanc regu. cum suis ampliatio. atque limitatio. *reg. 729.* Item quod pro forma & validitate testamenti inductum sit, ut testes videant testatorem ratione fraudis euitanda atque falsitatis, quæ de facili committi potest, si testes solum audierint testatorem, & non viderint: cum potuisset supponi alius, qui testatoris vocem potuisset simulare, & fingere. Vide in *collect. mea commun. opin. verb. testam. num. 32. & 33.* ubi communem hanc opinionem ampliatio atque limitatio remissive polui.

b *Non valeret testamentum.*) Amplia etiã, quod speciali privilegio

uilegio concedi haud potest per Principem, quod valeat isto singulari fundamento: quia Princeps non potest naturalem rationem immutare, secundum communem Dd. sententiam in *l. si non specialis. C. eod.* quod tamen fallit urgente necessitate, puta ob lætissimum mœrorem pestis tunc vigentis: quia tunc testamentum valet, tamen si factum extra cōspectum testium mediante pariete: non ex priuilegio, sed ex necessitate cogente. Vide per Mari. Anguil. *consil. 126. num. 8. cum multis seq.*  
 \* An hoc etiam in donationibus causa mortis, & codicillis requiratur, vide Matth. *nota. 115.* Socin. *consil. 130. volum. 1.* Iaf. *consil. 26. volum. 1.* Roland. *consil. 82. num. 22. & 23. volum. 1.*

## QVÆSTIO LX.

## S V M M A R I V M.

Duo an possint in eadem charta coniunctim facere testamentum?

**O**C C V R R I T etiam in hac materia pulchra quæstio, nunquid duæ ÷ personæ possint coniunctim in eadem charta facere testamentum, & se inuicem instituire, & de bonis suis disponere? Respon. quod sic: \* Et est communis opinio, vt ait Bello. *consil. 85. num. 9.* erunt tamen quasi duo testamenta separatim facta. Sed hæc raro contingunt.

## A D D I T I O.

\* Et hanc mutuam institutionem non esse captatoriam, neque vna reuocata alteram reuocatam censeri scribit Alc. *licent inter, num. 56. C. de pact.*

## QVÆSTIO LXI.

## S V M M A R I V M.

Voluntatem testatoris pro lege haberi.

**D**I C T V M est, quæ solemnitates in testamento requirantur, Nunc de ipsius testatoris dispositione videamus: & vulgaris quidem est regula, quod in quolibet actu humano duo præcipue considerantur: Potesas scilicet, & voluntas. In primis ergo videndum est, quid testator in suo testamento facere possit, deinde de eius voluntate coniecturanda nonnulla subiiciemus. In hac autem materia facienda est  
 2 a generalis conclusio, quod voluntas ÷ testatoris a pro lege habetur. Text. est vulgaris in *§. dispositio in Auth. de nuptiis. cum simil.* quam tamen intellige, vt procedat in his quæ ab ipsius testatoris voluntate dependent. Cæterum non potest testator facere, quò minus leges in suo testamento locum habeant. *l. nemo potest. ff. de leg. 1.* ita dixit glo. in verbo, *Cautio. C. de usu & habita.* quam dicit esse communiter approbatam Socin. iun. *consil. 115. num. 19. lib. 1.*

## A D D I T I O.

a *Voluntas testatoris.* Hic aduerte, quod voluntas testatoris dicentis se velle notarium de illa esse rogatum, licet per testes probetur, nisi tamen per notarium in scriptis solemniter sit redacta, haud valet; communem dixi in *collecta mea commun. opin. in verb. voluntas. num. 5.*

## QVÆSTIO LXII.

## S V M M A R I A.

- 1 Testator an possit prohibere Trebellianicæ detractionem?
- 2 Et an in codicillis?
- 3 Et an possit testator illam tacite prohibere?
- 4 Et an si vsus sit testator verbis vniuersalibus, vel æquipollentibus, censeatur detractionem Trebellianicæ prohibuisse?

**T**V fcis, \* quod heres grauatus per fideicommissum restituere hereditatem alteri, potest de ipso

fideicommissio detrahere Trebellianicam, vt dixi supra, *hoc eod. lib. §. substitutio.* Quæro nunquid ÷ possit testator in testamento prohibere Trebellianicæ a detractionem? Hæc est terribilis, & ardua quæstio, in qua adeo variæ fuerunt Scribentium sententiæ, vt aliquando vix discerni posset, quæ opin. esset magis communis. Sed omittendo superflua, facias conclusionem, quod testator potest heredi prohibere Trebellianicæ detractionem. Ita tenuit gloss. in *§. sed quia stipulationes. in verbo, Liceat. Instit. de fideicommiss. hered.* & ita magis communiter concluditur, vt ait Roman. *consil. 206. num. 5. in fin.* Ita etiam magis communiter teneri attestatur Alex. *consil. 29. post num. 2. lib. 5.* quem refert Cassiod. *decis. 4. de testam. num. 1.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Imola in *l. Marcellus. in fin. princ. vers.* Et per hoc etiam. *ff. ad Trebell.* quem refert & sequitur Benedict. de Bened. de Perusio, & vulgo Capra nominatus, *consil. 36. circa princ. & consil. 83. versic. Circa secundum. Comensis consil. 25. num. 3.* Alex. in *d. l. Marcellus, in princ. num. 8. & consil. 67. b. num. 1. lib. 1. consil. 5. num. 16. lib. 3. & consil. 201. num. 15. lib. 6.* referens idem attestari Paul. de Castr. in *Auth. sed cum testator. C. ad l. Falcid.* quem tamen in lib. meo id dicentem non reperio. Ang. Aret. in *d. §. Sed quia stipulationes. num. 3.* Barb. *consil. 10. col. 10. lib. 4.* quem refert & sequitur Ioan. Dilect. de arte testandi, *tit. 5. caut. 31. num. 2. in fin.* Aret. *consil. 37. n. 10.* Rom. *consil. 239. post num. 3.* Corn. *consil. 207. in litera H. lib. 2.* Petr. Matth. in *rep. l. filium quem habentem, num. 107.* C. fam. hercis. quem refert & sequitur Iaf. in *d. l. Marcellus, in princ. num. 40.* Bal. Nou. de dote, in *6. parte, priuileg. 13. post num. 2. & in eadem 6. parte, priuilegio 62. post num. 1.* Iaf. *consil. 84. post num. 9. lib. 1. & consil. 89. post num. 2. vers. Successive, eod. vol. & consil. 99. col. 5. vers. Transio ad secundum. lib. 4. & consil. 156. num. 5. eod. vol. & in d. l. filium quem habentem, post num. 11.* C. fam. hercis. Dec. *consil. 81. num. 3.* Claud. in *d. l. Marcellus, in princip.* vbi etiam dicit, quod hæc opin. seruatur in pract. Bert. *consil. 96. post num. 1. lib. 1. in 2. parte, & consil. 130. num. 4. lib. 3. in 2. parte, & consil. 144. num. 2. eod. vol. & consil. 158. post num. 17. eod. vol. & consil. 205. num. 4. eod. vol.* Galiaula in *repet. l. centurio, post num. 87. vers. Aduerte itaq, primo. ff. de vulg. Picus in repet. l. 1. in quartam, post num. 101. versic. Secundo & fortius.* vbi etiam subdit, quod ita solet teneri in scholis, & seruatur etiam in practica, referens idem attestari Paul. de Castro, in *l. 1. §. ad municipium. ff. ad Trebell.* qui tamen in lib. meo hoc non dicit. Crot. in *rep. d. l. nemo potest. n. 30.* Probus in *Apostil. ad Ioan. Mon. in c. si pater. num. 6. de test. in 6.* Goza. *consil. 45. num. 21.* Ruin. *consil. 37. num. 15. lib. 1. & consil. 77. num. 1. lib. 2. & consil. 11. num. 17. eod. vol. & consil. 108. num. 11. eod. vol.* Ripa in *l. nemo potest, num. 44. & seq. ff. de leg. 1. & in l. 1. in princip. post num. 15. ff. ad Trebell.* Cotta in *verbo, Trebellianica licet.* Socin. iun. *consil. 131. post num. 7. lib. 1. & consil. 137. num. 6. eod. vol. & consil. 170. post num. 19. lib. 2.* Ioan. Anni. in *repet. l. nemo potest, num. 235.* Paris. *consil. 16. num. 58. lib. 2. & consil. 21. num. 33. lib. 3.* Et sic ex quo adfunt tot illustres Doctores attestantes de communi opin. Doctorum, & obseruantia, factus & temerarius esset Iudex, qui in practica auderet illam in dubium reuocare.

Et hæc conclusio satis de plano procedit in testamento: sed quid ÷ in codicillis? dixi supra *§. Codicillis.*

Habet etiam hæc conclusio minus difficultatis, vbiunque liquido apparet testatorem ita voluisse: puta, quia expresse dixit; Prohibeo heredi meo detractionem Trebellianicæ: & hoc modo communem conclusionem esse, quod prohiberi possit, affirmat Paris.

3 Paris. *consil.* 21. num. 34. lib. 3. Sed quid si hoc  $\dagger$  expresse non dixit, potest tamen ex eius verbis colligi, *d* eum ita voluisse, nunquid dicendum est, posse testatorem etiam tacite hanc Trebellianicæ detractionem prohibere? Resp. quod sic: & est communis opin. ut dicit Paris. *in d. consil.* 21 num. 35 Bell. *consil.* 65. num. 2. Dicitur autem testator tacite illam *e* prohibere, quando verba apposita à testatore sunt huiusmodi, ut nil aliud possint importare quam Trebellianicæ detractione: & hæc etiam est communis conclusio, ut attestatur B. Ho. *in dict. consil.* 65. n. 3. quam tamen intelligi secundum ea quæ statim dicam: nam ita absolute intellecta, non esset communis nec vera.

4 Sed nunquid si testator  $\dagger$  usus sit verbis *f* vniuersalibus, vel æquipollentibus, censetur tacite Trebellianicam detrahi prohibuisse, puta, si dixerit; Volo ut heres meus restituat totam & integram meam hereditatem, vel sine aliqua diminutione, vel pleno iure, vel huiusmodi? Resp. in hoc articulo magna est inter Doctores altercatio. Aliqui enim tenuerunt, quod per hæc verba nõ censetur prohibita detractione Trebellianicæ. Et hanc opin. dixit esse communem Rom. *consil.* 239 post n. 3. Capra *in d. consil.* 36. *in fi. & consil.* 38. *in fi.* quem refert Gratus *consil.* 103. n. 14. lib. 2. Crotus *in repet. l. nemo potest n. 35 ff. de leg. 1.* vbi reprehendit Alex. qui dixerat contrariam opin. esse magis communiter approbatam, Bertrand. *consil.* 148 lib. 3. *in 1. part.* Bello. *consil.* 65. num. 1. & *consil.* 97. num. 1. Contrariam vero sententiam, scilicet quod per huiusmodi verba vniuersalia vel æquipollentia censetur prohibita detractione Trebellianicæ, dicit esse communem Alexand. *consil.* 5. post num. 15. lib. 3. quem refert & sequitur Cur. *in. consil.* 16. post numer. 12. & Ripa *in l. cum filiosam. numer. 69. ff. de leg. 1. & in l. 2. §. sed & quoties. numer. 5. ff. ad Trebellian. & Ioan. Dilect. in dict. caut. 36. num. 3. Cor. de Potestate regia in materia Trebellianicæ in 2. dubio. numer. 10. & sequitur Guido Papæ *decis.* 537. post numer. 2. Gالياula *in repetit. l. centurio. numer. 399. Dec. consil.* 395. num. 23. Claud. *in d. l. centur. numer. 33.* vbi dicit, quod falsitur Roman. qui dicit contrarium. Bertrand. sibi contrarius *consil.* 241 lib. 3. *in 1. parte.* Ripa, *in d. l. centurio. n. 130.* Ioan. Anni. *in repetit. l. nemo potest. numer. 250.* Paris. *consil.* 93. numer. 45. lib. 2. & *consil.* 9. numer. 9. & 10. lib. 4. & *consil.* 21 num. 35. eod. volum. & *consil.* 52. num. 11. eod. vol. Franciscus Maruffus *inter consil.* Bello. *consil.* 64. n. 1. Et licet contraria opin. æquior videatur: nihilominus ego semper hanc opin. secutus sum, tanquam veriore, & magis communem. In vltimis enim voluntatibus, in quibus mens & voluntas testatoris maxime dominatur, sufficit quomocunque de ipsa mente testatoris appareat, ut dixi *infra q. 76. in 1. regula:* & ab hac in practica non recedas, nisi tamen ex aliquibus coniecturis colligi posset testatorem aliter *g* sensisse: hoc enim calu tenenda esset contraria opin. quæ, ut dixi, æquior est, & in his casibus bonum esset habere iudicem fauorabilem: quia in huiusmodi opin. controuersia multum potest iudicis religio in perferenda mente defuncti, cui semper in iudicando adherere debemus.*

ADDITIONES.

- a Trebellianicæ detractionem. ) Hanc conclusionem cum suis ampliacionibus, atque limitacionibus vide per Gab. Rom. *in suis conclus. ad Trebel. conclus. 1. fol. 489.*
- b *Consil.* 68. num. 1. ) Adde atque vide quæ ibid. adnotauimus *in Additio. meis.*
- c *In dubium reuocare.* ) Verum tu aduerte, quia *pract. Papie.*

*in for. libel. pro lega. rei sing. gl. 1. num. 5.* dicit Trebellianicam quartam prohiberi non posse secundum communem opin. Dd. quam etiam retuli *in collect. mea commun. opin. in verb. Trebellianica, num. 10. & num. seq.* dixi etiam haud posse extenuari præcipiendo, ut ne fructus hereditatis imputentur secundum opin. æquioram atque magis communem & filiis fauorabilem. & la. vide *ibid.*

d *Ex eius verbis colligi.* ) Vnde adde, Trebellianicæ detractionem censeri prohibitam per alienationis prohibitionem, commune dixi *in mea collect. commun. opin. in verb. Trebellianica, num. 4. & num. 5.* dixi commune esse, heredem concurrere non posse cum usufructuaria vxore testatoris instituta ex dicto Cardin. Paris. *in eius consil.* 94. sub nu. 45. vol. 2. quod non deduxit Auctor hic.

e *Prohibere.* ) Nota hic, quod Gabr. Rom. *in suis comm. conclus.* ponit octo conclus. ad Treb. & æquiparantur, testatorem mandare bona capi auctoritate propria, vel prohibere Treb. Anguis *in consil.* 179 num. 20.

f *Verbis v. uersalibus.* ) Et quod possit prohiberi etiam verbis generalibus, communem dicit Marin. Anguisol. *in consil.* 218. num. 16. esse conclusionem, quam in pract. dicit esse amplectendam ex Alex. *in consil.* 5. num. 14. vol. 3. vbi de communi opin. quod per substitutionem generalem in tota hereditate censetur prohibita Trebellianica, vide etiam per eundem Anguisol. *in consil.* 66. col. 2. vbi num. 8. cum pluribus sequentibus dicit probatque satis expressum dicti, quod verbis generalibus dicitur, & num. 14. dicit quod sufficit constare de intentione testatoris per vigentes & necessarias coniecturas, resultantibus ex verbis testatoris; Adde ut per eum *in consil.* 281. num. 16. quod istud comprobat, vide *ibid.*

g *Aliter scriptis.* ) Adde etiam, quod si heres siue verbo, siue facto approbet testamentum quod amittit Trebellianicam, vide per Anguis. *eod. consil. col. fin. num. 21.* vbi tamen retulit Curt. in contrarium.

\* Vide ad hanc & sequentem quæstionem ad nauisam vsq; Gabr. rit. *ad Trebel. conclus. 1. & seq.* Roland. a Valle *consil.* 5. & *consil.* 9. volum. 4. Menoch. *consil.* 164. num. 23. & seq. volum. 1.

QVÆSTIO LXIII.

SVMARIA.

- 1 Testator an possit prohibere detractionem Trebellianicam in filiis primi gradus?
- 2 Et quid si possint detrabere duas quartas?

SED hæc quidem omnia satis de plano procedunt, in liberis non primi, sed vterioris gradus; illis enim potest  $\dagger$  proculdubio testator prohibere Trebellianicæ detractionem: & hæc est commun. opin. ut attestatur Guid. Papæ, *consil.* 140. n. 5. de qua stantibus his, quæ in præallegatis locis tradita sunt per Dd. non est aliquo modo dubitandum. Difficultas est, nunquid testator possit illam prohibere etiam in filiis *a* primi gradus: & in hoc articulo tantus est opinionum conflictus, *b* ut multi adhuc dubitent, quæ sit magis communis sententia. Et in primis quidem, quod testator possit prohibere detractionem Trebellianicæ, etiam in filiis primi gradus, dixit esse communem opin. Corf. *de potestate regia in materia Trebellianicæ, in 1. dubio, per totum,* quem refert Paris. *consil.* 17. numer. 18. libr. 2. & *consil.* 18. num. 98. eod. vol. & *consil.* 26. num. 26. eod. vol. in quibus tamen consiliis ipse Paris. non aperit, quatenus putet esse magis communem; Gالياula *in repet. d. l. centurio, post num. 57. vers. Secundo, in quantum.* Bertrand. *consil.* 152. num. 12. lib. 1. in 2. parte, & *consil.* 130. num. 5. lib. 3. in 2. parte. Picus *in rep. d. l. in quartam, post nu. 101.* Alciat. *in l. cum proponas. C. de pact.* quem refert Cotta *in verbo, Trebellianica licet.* Rubeus *consil.* 2. num. 24. & *consil.* 43. num. 12. vbi dicit, quod Dec. qui contrarium asseruit, non bene enumeravit Doctores, & *consil.* 73. num. 11. Bello. *consil.* 80. num. 20. Contrariam vero sententiam, quod scilicet non possit pater prohibere Trebellianicam in filiis primi gradus, tenuit Bart. *in l. iubemus.*

numer. 2. & numer. 8. C. ad Trebell. quam decif. dicit esse communiter approbatam Iaf. in l. Marcellus. in princip. num. 53. & seq. ff. ad Trebell. quem refert Gozad. consil. 97. num. 14. & Paris. consil. 15. numer. 59. lib. 2. & consil. 93. num. 46. eod. volum. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem Iaf. consil. 99. colum. 6. vers. Et ista opin. lib. 4. & consil. 146. num. 6. eod. volum. Dec. consil. 81. post num. 3. & consil. 269. nu. 13. quem refert Gozad. consil. 104. quod est consilium vltimum. numer. 25. & Ioann. Dilect. de arte testandi. in dict. caut. 31. num. 4. Gozad. consil. 81. post num. 15. & consil. 94. post num. 19. Curt. iun. consil. 70. num. 16. & consil. 160. post num. 10. vers. Accedit. Ripa in d. l. centurio. num. 65. in fin. & in d. l. nemo potest. num. 52. Rubeus sibi contrarius consil. 100. in fin. & consil. 104. num. 1. & consil. 143. num. 6. Socin. iun. consil. 131. num. 58. lib. 1. vbi enumerat auctoritates, & consil. 138. num. 7. eod. volum. vbi patiter recenset auctoritates, & dicit ita fuisse iudicatum, & consil. 28. num. 2. lib. 2. & consil. 112. num. 3. lib. 3. vbi dicit, quod errant, qui dicunt communem opin. esse in contrarium. Paris. inter conf. Socin. iun. consil. 132. num. 1. lib. 1. Gratus consil. 160. num. 25. lib. 2. Insignis Doctor, & præceptor meus D. Iacob. Alba. consil. 7. n. 6. in fin. Et hanc opin. seruari in curia Delphi. attestatur Guido Papa dec. 50. n. 1. & in d. conf. 140. num. 5. Non potest negari, quin vere passus sit arduus, & auctoritates magnæ hinc inde, ita vt in tâta varietate Doctorum mirum non sit, si aliquando iudices vacillant, & bene dixit Curt. iun. consil. 154. n. 2. quod hæc difficultas indigeret decisione Imperatoria. Nihilominus diligenter enumerando auctoritates Doctorum, iuxta supputationem huius temporis, proculdubio opin. Bald. est magis communis, quod scilicet non possit per testatorem prohiberi detractio Trebellianicæ in filiis primi gradus, quæ etiam tanquam æquior, & magis fauens filiis esset tenenda in practica: & ita, si casus contingeret, secundum illam consulerem, & iudicarem, si hereditas esset restituenda extraneo. Sed si hereditas esset restituenda c. descendentes: cessaret ratio æquitatis in fauorem filii; & militaret fauor conseruandæ agnationis, & sustinendæ voluntatis defuncti, in fauorem descendentes: quo casu non putarem errare Iudicem, qui adhæreret contrariæ opin. quod scilicet, etiam filio primi gradus, potuisset Trebellianicæ prohiberi, secundum quam, vt scribit Cotta in dict. verbo, Trebellianicæ licet, sæpe fuit iudicatum per nonnullos Doctores venerandi Collegii Mediolanensis; & cogita super hac distinctione, quia iudicio meo sapit magnam æquitatem; & in dubiis semper tenenda est æquior sententia, & per quam opiniones contrariæ ad concordiam reducuntur. Bene verum est, quod vbi in aliqua ciuitate vel prouincia esset altera ex istis opinionibus vsu recepta, nõ putarem esse in iudicando à communi obseruantia recedendum.

Sed retenta indistincte opin. Bald. & communi, quod scilicet testator in filiis primi gradus non possit prohibere detractioem Trebellianicæ; dicunt aliqui, quod illa intelligenda est, vt procedat, quando tales filii non possunt, nisi vnam quartam ex fideicommissio detrachere, prout est, quando sunt grauati pure hereditatem restituere. Secus autem, quando possunt detrachere duas d. quartas, prout est, quando sunt grauati restituere hereditatem sub conditione, vt declarauit supra §. Substitutio. Nam tunc, secundum eos, bene potest testator illis prohibere Trebellianicæ detractioem. Et ita communiter intelligi atte-

staturo Bello. conf. 80. supra allegato. post nu. 20. vers. Secundo respondeo: & fuit noua declaratio Pauli de Cast. ad l. iubenus. C. ad Trebellian. vt ipse ait in l. mulier. §. cum proponeretur, post num. 4. ff. ad Trebell. quam secutus est Alex. conf. 29. post n. 2. lib. 5. & dicit seruari in practica Picus in d. l. in quartam, prout illum refert Paris. consil. 16. n. 25. lib. 2. & consil. 18. n. 105. eod. vol. & consil. 26. num. 37. eod. vol. & consil. 93. e. n. 99. eod. vol. Ego, vt verum fatear, nõ quam potui f. intelligere, quid sibi velint isti Doctores. Nam quando filius est grauatus pure, quo casu non potest detrachere nisi vnam quartam, & sic legitimam; non video quomodo tractari possit, an valeat prohibitio Trebellianicæ, facta per testatorem; cum præsupponamus, eius detractioem eo casu iam esse prohibitam à lege, quæ non vult, quod possit nisi legitimam detrachere: & sic ista declaratio destrueret totam conclusionem. Neque in hoc credo, quod D. Bello. præceptor meus verum dicat, quod scilicet hæc intelligentia sit communis, quia in terminis Iubemus, ego ostendi communem opin. esse in contrarium supra, in d. §. Substitutio. quod scilicet dispositio d. l. iubemus, locum habet, etiam quando detrahuntur duæ quartæ: neque ego reperio Picum in d. l. in quartam, dicentem, quod hæc declaratio seruetur in practica: & si diceret, credo, quod non esset hoc ei credendum, vt ibi dixi. Propterea non attenda hac intelligentia & declaratione, vtroque casu persisto cum communi opinione, scilicet, quod indistincte pater non possit in filiis primi gradus prohibere detractioem Trebellianicæ, siue possint detrachere vnam quartam, siue duas. Et hæc omnia quia quotidie contingunt in practica.

Renunciare.) Adde Bart. in l. nemo potest, in 3. oppos. & ibi Iaf. col. fin. & 2. lect. ff. de leg. 1.

#### ADDITIONES.

a In filiis primi gradus.) In ista q. vide commune atque magis commune vtrumque in collect. mea. commun. opin. in verb. Trebellianicæ. n. 14. & in verb. testator. n. 7. vbi tamen fufius dixi, ideo ea missa facio.

b Opiniorum conflictus.) Adde quod aliqui arbitrati sunt esse hoc casu mediam viam eligendam. Et sic Trebellianicam inter heredes filiorum & fideicommissarios diuidendam. Vt voluit Curt. iun. in consil. 154. col. 2. iuxta consil. Anch. 210. & not. per Alex. & alios ab eo citatos in l. Titius ff. ad S. C. Treb. quod solum faciendum esse dicit Gabr. Eugub. in consil. 93. num. 2. vel consentientibus partibus, vel quando pro neutra parte rationes præponderant, nec iudex magis in alterutrum inclinat, vide per eund. ibid.

c Esset restituenda descendentes.) Adde quod reicitur ista distinctio. Clar. per Gab. Eugub. d. consil. 93. col. 2. vide per eundem.

d Duas quartas.) Et hanc distinctionem aliis probabilior esse dicit Gabr. Eugub. d. consil. 93. sub n. 4. qui n. 7. 8. eam alias rationibus comprobatur, vide per eund. ibid.

e Consil. 93.) Vbi retulit hanc esse peregrinam & notab. limitationem ad d. l. iubemus. quod etiam notauit in d. collect. me. commun. opin. vbi supra.

f Nunquam potui intelligere.) Aduerte hic, quoniam Gabr. Eugub. in sepe allegato consil. 93. sub numer. 5. redarguit Auctorem nostrum de imprudentia atque successiue docet de utilitate euidenti, numer. 6. 7. & deinde prosequitur disputando subtiliter, & tandem colum. fin. recenset Dd. ad partes: & tenet negatiuam, à qua putat haud esse recedendum,

nisi stylus in loco iudicii  
adfit,

## QVÆSTIO LXIV.

### S V M M A R I A.

- 1 Testator an possit remittere vsufructuario cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri?
- 2 Et quid respectu bonorum mobilium?

**T**V scis, quod vsufructuarius tenetur præstare heredi cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri, & de restituendis rebus finito vsufructu, & de præstanda æstimatione earum rerum, quæ vsu consumuntur, de quo dixi supra hoc eo. lib. §. legatum. Quæ-  
 1 nunquid ¶ testator possit in suo testamento remittere vsufructuario, quo minus teneatur dictam cautionem præstare? Resp. quod a non: \* Tex. est expressus in l. 1. C. de vsufruct. & hæc est etiam communis opin. vt dicit Soc. consil. 131. n. 14. lib. 1. quem refert & sequitur Bello. consil. 54. num. 3. & Ioan. Dilect. de arte testandi. tit. 8. caut. 1. num. 1. Hanc etiam conclusionem dicit esse communiter approbatam Ioan. Annib. in repet. l. nemo potest. num. 164. nam ex tali remissione præstaretur vsufructuario occasio male vtendi, & consequenter delinquendi.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit in bonis immobilibus, in quibus proprie cadit vsufructus, & militat ratio allegata, ne sc. vsufructuarius inuitetur ad delinquendum. Sed quid in bonis ¶ mobilibus, quæ vsu cõsumuntur? Resp. Petr. in d. l. 1. tenuit, quod hoc casu cautio à testatore remitti possit, ex quo non subest timor delinquendi, cum vsufructuarius non teneatur res ipsas restituere, sed earum extimationem iuxta tempus traditionis. Contrarium tenuit Bart. in d. l. 1. n. 10. & hæc est communis opinio, vt dicit Alex. consil. 58. num. 10. lib. 3. Dec consil. 565. n. 5. tum quia illa lex generaliter loquitur, ideo est etiam generaliter intelligenda, vt vtroque casu locum habeat: tum etiam quia id à lege introductum fuit in fauorẽ heredis, quia ita militat in vno casu, sicut in alio, cui quidem fauori heredis testator non potest renunciare. Ita dixit gl. in l. scire debetis, in gloss. fin. Cod. vt in legat. possit. eatur: quam dicit esse approbatam per Doctores Guido Papæ consil. 63. num. 4. Sed hæc secunda ratio non satis facit, quia imo potest testator de bonis heredis, sicut de propriis disponere, secundum communem opin. vt dixi infra quæst. 71. & consequenter etiam illius fauori, sicut proprio renunciare, & est communis opin. vt dicit Crauetta consil. 174. num. 10. vbi dicit, quod Guid. Papæ in allegato consil. in aduertenter locutus est; dicendo, quod illa gloss. est per Dd. approbata; quia imo est communiter reprobata, vt ibi per eum, qui in hoc proposito eleganter loquitur. An autem heres possit hanc cautionem vsufructuario remittere, dixi supra §. legatum.

### A D D I T I O N E S.

a Respond. quod non.) Adde quod hoc crebrius omnes concludunt in d. l. 1. in text. allegata, vt attestatur Cæph. in consil. 59. num. 9. vbi etiam habes, quod maritus haud potest præstare vxori licentiam nubendi infra annum luctus tanquam contra bonos mores, licet possit concedere vt nubat lapsò anno luctus: quoniam hoc sui fauore pœnaliter est prohibi- tum: sicuti etiam potest remittere cautionem legatariis, & fideicommissariis ab herede præstandam: quod ipsius fauore est inducta, vide per Crauet. in consil. 174. col. fin.

\* Et hoc adeo verum est, vt ne quidem cum principis licentia possit remitti, vel sub pœna in hæberi. Rol. à Val. toto consil. 92. volum. 1.

## QVÆSTIO LXV.

### S V M M A R I A.

- 1 Testator an possit prohibere insinuationem testamenti à statuto requisitam?
- 2 Et quid si interuenit iuramentum?

**Q**VÆRÒ, stat statutum, quod ¶ testamenta insinuentur, alias non valeant. Modo testator in suo testamento prohibet illud insinuari, nunquid testamentum valebit non obstante defectu insinuationis? Resp. quod a non, quia testator non potest prohibere insinuationem à statuto requisitam. Ita tenuit Bart. in d. l. nemo potest. num. 8. ff. de leg. 1. & est communis opin. vt attestantur Scribentes in eal. nemo potest. & in specie Iason in 2. lect. numer. 41. & Ripa, numer. 67. & Ioann. Annib. numer. 272. faciunt ea quæ dixi supra quæst. 61.

Sed quid si interuenisset ¶ iuramentum? Vide quæ 2 dixi infra lib. 4. §. Donatio. quæst. 18.

### A D D I T I O.

a Quod non.) Sed ponè, quod quis testamentum haud insinuatum & sic nullum approbauerit pro se, An censeatur approbasse etiam contra se; credo quod sic, per ea quæ tradit Cæphal. in consil. 294. num. 22. maxime vbi est approbaturum interuentu rerum.

## QVÆSTIO LXVI.

### S V M M A R I A.

- 1 Inuentarium conficere qui teneantur?
- 2 Testator an possit remittere confectionem inuentarii heredi?
- 3 Et an vsufructuario?
- 4 Et an tutori?
- 5 Et quid si non prohibuit, sed simpliciter remisit confectionem inuentarii?
- 6 Et an eo casu possit Iudex, non obstante huiusmodi remissione, cogere tutorem, vt inuentarium conficiat?

**Q**VÆRÒ, an testator possit in suo testamento remittere confectionem inuentarii? Hæc quæstio potest multipliciter contingere, prout etiam multæ sunt ¶ personæ quæ tenentur inuentarium conficere, Primo, tenetur heres conficere inuentarium. l. fin. in princip. C. de iure delib. de quo dixi infra hoc eo. lib. §. fin. Item vsufructuarius tenetur inuentarium conficere, de quo dixi supra hoc eod. lib. §. legatum. Tenetur etiam tutor conficere inuentarium. l. tutor. de quo dixi supra libr. 2. §. tutor. De his ergo singulis videndum est.

Quoad primum de herede: Aliqui simpliciter dicunt, quod testator ¶ non potest remittere heredi confectionem inuentarii, & dicit Franc. Crem. inter consil. Alexand. consil. 62. num. 1. lib. 4. quod ita tenent communiter Dd. Sed hæc resolutio, ita indistincte intellecta, non est vera. Ideo debes considerare, \* quod ex non confectione inuentarii oriuntur plures effectus in præiudicium heredis, quorum aliqui concernunt beneficium creditorum defuncti; puta, quia si heres non facit inuentarium, tenetur creditoribus ultra vires hereditarias, & sic de proprio satisfacere, vt dixi in d. §. fin. aliqui vero concernunt beneficium legatariorum, & fideicommissariorum; quia heres non conficiens inuentarium, non detrahit Falcidiam, neque Trebellianicam, sed tenetur præ-  
 stare

stare integra legata & fideicommissa, vt dixi infra § *substitutio*. Dico ergo: aut quæris, an testator possit remittere heredi confectionem inuentarii in præiudicium & fraudem creditorum? & Respon. quod non potest, quia creditoribus suis non potest aliquo modo testator in suo testamento præiudicare; & ita volunt communiter Doctores, vt dicit D. Crauetta a compater meus, *consil. 147. numer. 11.* ita etiam tenere communiter Dd. attestatur Ioan. Annib. in *repet. d. l. nemo potest. numer. 406.* & ideo huiusmodi remissione non attenda, si heres non confecerit inuentarium, tenebitur nihilominus ipsis creditoribus in solidum satisfacere. Aut vero quæris, an possit testator illam remittere in præiudicium legatariorum, & fideicommissariorum, & Bald. in *l. fin. numer. 6. C. de arbit. tutela*, tenuit, quod non. Sed in contrarium est communis opin. quod scilicet in præiudicium legatariorum & fideicommissariorum & coheredum, b possit testator remittere confectionem inuentarii, & dicit Paris. *con. 68. n. 57. libr. 2.* quod ita communiter concluditur. Hanc etiam opin. contra Bald. esse communem, attestatur Crauet. in *d. consil. 174. numer. 11.* Didac. in *c. 1. numer. 17. de testam.* & ideo hoc casu poterit heres etiam si inuentarium non confecerit, retinere sibi Falcidiam, & Trebellianicam in eorum præiudicium. Sicut enim potuit testator ipsis nihil relinquere, ita multo magis & in eo quod reliquit, poterit eis præiudicare. Faciunt quæ dixi infra q. 70.

3 Quoad secundum, an testator possit remittere usufructuario confectionem inuentarii? dic, quod non; & hæc est communis opin. vt dicit Socin. iun. *conf. 115. numer. 18. libr. 1.* Bellon. *conf. 54. nu. 3.* quod manifesta ratione comprobatur; si enim testator non potest remittere usufructuario cautionem de utendo fruendo, &c. vt dixi supra q. 64. neque etiam debet posse remittere confectionem inuentarii, quæ est necessarium antecedens, ad ipsam cautionem præstandam.

4 Quo ad tertium, an possit testator remittere tutori confectionem inuentarii? \*\* dic, quod sic. Text. est clarus in *l. fin. C. arbit. tute.* & ita tenuit Bart. in *d. l. nemo potest. numer. 12.* & ita communiter tenetur, vt ait Claud. *ibi numer. 31.* hanc etiam opin. dicit esse communem Ias. in *d. l. nemo potest. in 2. lectu. numer. 65. & seq.* Licet enim tutor, qui inuentarium non facit, videatur esse in dolo, *dict. l. tutor qui repertorium. in princ.* tamen ex quo aliquando interest pupillorum, illud non confici, ne secreta patrimonii pandantur, vt ibi; præsumendum est testatorem illud remisisse in beneficium pupilli; & ideo dicendum est, huiusmodi remissionem confectionis inuentarii à testatore factam, valere & obseruandam esse.

Sed hoc quidem de plano procedit, vbi testator expresse prohibuit confici inuentarium. \*\*\* Potest enim videri hoc casu id fecisse ad beneficium ipsius pupilli, vt supra dictum est. Sed quid si non testator expresse prohibuit, sed simpliciter remisit tutori ipsius inuentarii confectionem, quo casu potius videtur id in gratiam tutoris fecisse? Resp. quod vtroque casu idem dicendum est. Verbalis enim tantum est differentia, vtrum dicatur, Veto fieri inuentarium: Vel, Remitto confectionem inuentarii. Et ita Dd. communiter non faciunt hanc differentiam, vt dicit Crot. in *repet. dict. l. nemo potest. numer. 49.* quem refert Ioan. Annib. in *repet. eiusdem l. nemo potest. numer. 388.* Et hanc opin. quod vtroque casu idem sit dicendum, attesta-

tur magis esse communem Ripa, in *dict. leg. nemo potest. numer. 85.* Vt verum fatear, subtiliter considerando, contraria opin. est multum colorata, & sapit etiam maiorem aequitatem; & aliquando dum essem scholaris Bononiæ, illam disputando sustinui in circulis: tamen in practica non recedas à communi.

Sed quid si testator remissionem inuentarii tutori in testamento remisit, nunquid poterit iudex illum cogere, vt inuentarium conficiat, remissione ipsa non attenda? Respond. quod sic, si ita minori expedire ei visum fuerit. \*\*\*\* Ita tenet Bartol. in *d. l. nemo potest. numer. 12.* qui in hoc est communiter receptus; vt attestatur Didacus *lib. 2. resolutionum, cap. 14. numer. 4.* Potuit enim testator putare è re pupilli futurum, vt inuentarium non conficeretur, & in hoc falli: vt forte tale quid post testamentum conditum, aut mortem testatoris emerit, quod noua prouisione indigere videretur. Et hæc opin. tanquam verior & æquior tenenda est.

Expedire) Vide text. in *l. utilitatem*, vbi Bartol. ff. *de confirmat. Ang. consil. 144. circa fin.* Ias. in *l. cum necessitatem. C. de fideicom.* Guid. Pap. q. 352. & de remissione inuentarii vide eundem Guid. Pap. *conf. 63.*

#### ADDITIONES.

a Crauet.) Qui ibid. dicit atque probat plane Guid. Papæ, qui contrarium dixit, satis inaduertenter loquutum fuisse: eumque iure merito reprobat.

b Possit remittere confectionem inuentarii.) Sed quid operetur ista remissio, vide per pract. Papien. *tit. tut. ratio gl. in suo ultimo testamento, numer. 35.*

c Confectionem inuentarii.) De ampla liberatione tutori facta à testatore tam ab inuentarii confectione, quam à ratione reddenda, vide per Dec. in *consil. 178.* vbi dat cautelam, & plenam formam & late de materia. Et idem in *consilio 192. & 418. in ultim. du.* atque per Crauet. in *consil. 195. colum. 4. & 230.*

\* Queritur hic de remissione inuentarii in beneficium creditorum, & legatariorum, tu vide de remissione in perniciem eorum Rol. à Val. *de contr. inuult. fol. 227.*

\*\* Ac quidem redditionem rationum remittere potest tutori sed hoc directo, materiam per obliquum potest nimirum illi ea quorum redditus rationibus fuerit reliquator legando, Thom. Ferr. *caus. 51. Ias. l. actione. Cod. de transact. Dec. consil. 191.* Rip. *l. nemo potest, numer. 40. de leg. 1. decis. Pedem. 75. numer. 8.*

\*\*\* Sola ne remissio sufficiat, an vero prohibitio requiratur, vide copiose Rol. *conf. 149. n. 11. 17. & 18. vol. 3.*

\*\*\*\* Vide text. in *l. utilitatem*, vbi Bart. *de confirmat. Ang. consil. 144. Ias. l. cum necessitatem. Cod. de fideicom. Guid. Pap. q. 352. & conf. 73.*

#### QVÆSTIO LXVII.

##### SVMARIA.

- 1 Testator an possit prohibere diuisionem inter heredes?
- 2 Et an vsque ad certum tempus?

QVÆRO, an testator possit prohibere diuisionem inter heredes? Respond. quod non, & a hanc opin. fatetur esse communem Curt. iun. *conf. 112. numer. 1.*

Scias tamen, quod hæc conclusio intelligenda est, vt procedat quando testator absque aliqua adiectione in perpetuum diuisionem ipsam prohibuit. Sed si prohibitio facta esset ad tempus certum, vel vsq; ad vitam alicuius personæ tantum, vtrique valeret; & hæc est communis opinio, vt dicit Gratus *consil. 66. numer. 24. libr. 2.* Hanc etiam conclusionem dicit esse ab omnibus approbatam Crot. in *repetit. dict. l. nemo potest. numer. 88.* Vide quæ dixi infra, *libr. 4. §. pactum.*

ADDITIO.

<sup>a</sup> Prohibere diuisionem) Aduerte, quod prohibita diuisione per testatorem, intelligitur quoad dominium, non autem quo ad fructus & ius fruendi, commun. Soc. iun. conf. 79. col. 2. & quod etiam dixi in collect. mea commun. opin. in verb. diuisione. num. 2.

QVÆSTIO LXVIII.

S V M M A R I A.

- 1 Testator an possit concedere legatario licentiam, vt propria auctoritate capiat possessionem rei legatæ?
- 2 Et quid si heres resistat?

**T**V scis, quod legatarius debet capere rem legatam de manu heredis: alias si eam accipiat propria auctoritate, illam amittit, vt est in iure notissimum, & tradunt omnes in l. non est dubium. C. de legat. <sup>1</sup> Quæro, nunquid possit testator in suo testamento concedere licentiam a legatario, vt propria auctoritate capiat possessionem rei legatæ? Respon. quod sic. Ita dicit Bart. in d. l. nemo potest, nu. 10 & est communis opinio, vt attestantur Scribentes, ibi in specie Ias. in 2. lect. nu. 48. & Ripa, nu. 61. Cum enim illud in heredis fauorem à iure introductum fuerit; merito potest testator illi derogare, vt dixi supra q. 64. versicul. Et hæc quidem.

- 2 Sed quid si heres rem ipsam testatorem legatam possideat, & legatario volenti propria auctoritate eam apprehendere virtute licentiæ sibi à testatore concessæ, resistat: nunquid poterit etiam per vim illam apprehendere? Respon. quod non: & est communis opinio, vt dicit Ripa, in l. centurio. nu. 52. & seq. ff. de vulg. quem refert & sequitur nouissime D. Plottus b in sua eleganti repet. l. si quando. C. vnde vi. post n. 54.

ADDITIONES.

<sup>a</sup> Concedere licentiam.) Quæ dicitur etiam concessa per verbum libere appositum in legato ipso. Item vbi testator prohibet vim fieri legatario in rebus sibi relictis, vt per Plo. tract. suo, in lit. iur. an. §. 2. nu. 28. & 29. Adde & vide per Menoch. de recuper. poss. ff. in §. remedi q. 6 vbi alia habes.

<sup>b</sup> Plottus.) Adde quod in libro meo & in vltima impressio- ne illius est, §. 2. sub num. 29. vbi tamen subdit, quod si istud faciat legatarius, non tamen incidit in pœnam amissionis iuris sui per ibi allegatos. sicuti etiam si occupauerit bona sibi relicta propria auctoritate absque dolo malo, & lata culpa, puta quia nondum sepulto cadauere defuncti legatarius vel fideicommissarius ignorauit: vt præsumatur hereditatem aditam possessionemque adeptam per heredem: nam tenetur illam restituere, & postea petere.

QVÆSTIO LXIX.

S V M M A R I A.

- 1 Testator an possit priuare heredem hereditate, si aliquid fecerit vel non fecerit?
- 2 Et quid operetur eiusmodi priuatio?
- 3 Et cui restituenda sit eo casu hereditas, si testator id non expressit.

**Q**VÆRO, nunquid testator possit testatorem priuare heredem hereditate, si aliquid fecerit vel non fecerit contra eius voluntatem, puta si nupserit sine consilio alicuius, vel huiusmodi? Respon. quod sic: & est communis opin. vt dicit Crauetta, conf. 1. post n. 3. vers. Non obstat Sicut enim licet testatori rei suæ adiu- cere quamcunque conditionem voluerit, non turpem neque improbam: ita & licere ei debet in ipsius

conditionis defectum heredem priuare hereditate sibi relicta.

Intellige tamen, non vt talis testatorem priuatio ipso iure operetur, ita vt heres desinat esse heres: hoc enim secundum communem iuris regulam esse non potest. Sed valet huiusmodi priuatio in vim fideicommissi; vt scilicet, si contra fecerit, teneatur hereditatem restituere per fideicommissum. Ita tenuit Paul. de Cast. conf. 300. n. 1. lib. 1. & est communis opin. vt dicit Bertran. conf. 191. numer. 3. lib. 3. in 2. parte, Crauetta in d. confil. 1. num. 6.

Sed pone, testator non dixit cui testatorem hereditas restitui debeat in casum priuationis. Quæro si heres contrafecerit, cui teneatur illam restituere? Respond. quod si adsunt coheredes vel substituti, illis debet restitui; si vero non adsint, debet restitui venientibus ab intestato. Ita dixit Bartol. in l. pars familias, num. 7. ff. de here. instit. & est communis conclusio, vt attestatur Ias. in l. fin. §. fin. post num. 3. ff. si cert. petat. Quod nota, quia quotidie testatores relinquentes vsum fructum vxoribus suis, solent apponere pœnam priuationis hereditatis, si heres aliquam molestiam illis intulerit.

QVÆSTIO LXX.

S V M M A R I V M.

Testator an possit in suo testamento iubere, ne eius bona pro legatis sint tacite hypothecata.

**T**V scis, quod bona testatoris sunt pro legatis per eum relictis tacite hypothecata legatariis, de quo dixi supra §. legatum. Quæro, nunquid testator possit in suo testamento iubere, ne eius bona sint legatariis hypothecata? Respon. quod sic. Ita dicit gloss. in l. 2. in gloss. vnica. C. vt in poss. legat. quam sequuntur magis communiter Doctores, vt attestatur Alex. in d. l. nemo potest. num. 13. Ita etiam tenere communiter Scribentes attestatur Crot. in repet. l. nemo potest. numer. 45. Sicut enim potuisset testator nihil eis legare; ita potuisse debuit illam qualitatem adiu- cere legato, quæ sibi placuit: & in proposito faciunt ea quæ dixi supra q. 66. vers. quo ad primum.

QVÆSTIO LXXI.

S V M M A R I A.

- 1 Testator an possit obligare bona heredis?
- 2 Et an possit prohibere heredi alienationem rerum suarum?
- 3 Et an possit gravare fideicommissio heredem super re prius ab eo ipsi heredi donata?

**S**ED nunquid poterit testator testatorem expresse obligare & hypothecare bona heredis? Respon. Doctores in hoc articulo varie loquuntur. Tu dic, aut Testator obligauit bona heredis, nomine heredis, vel pro eo de rato promisit, & tunc potuit testator ille hypothecare: intelligendo tamen, vt supra dixi: quia scilicet heres adeundo hereditatem, censetur ratificasse ipsam obligationem factam per defunctum. Aut vero defunctus in ipsa obligatione nullam mentionem fecit de ipso herede, sed simpliciter obligauit eius bona; & tunc per aditionem hereditatis factam per heredem, non censetur confirmata ipsa hypotheca, quantum ad hoc, vt creditor possit agere hypothecaria contra heredem possidentem ipsam rem obli- gatam

gatam à defuncto; sed bene si creditor ipsam re possideret, & heres vellet ab eo illam auocare, posset creditor repellere heredem exceptione, & opponere confirmationem obligationis factæ per defunctum, resultantem ex eius aditione: posset etiam creditor agere contra heredem actione pignoratitia contraria, quæ est personalis, vt scilicet tradat pignus sibi constitutum à defuncto, iuxta not. in *l. si Titio. ff. de pigno. hypothecaria* vero, vt dixi, agere non potest. & hæc distinctio colligitur ex traditis per Alex. in *leg. heredis seruus. colum. 2. versic. in ea. gl. ibi. ff. de legat. 1.* quam ita declaratam dicit esse veriorum, & magis communem, Negulan. *de pign. in 2. membro secunda partis, n. 57. in fin.*

2 Item quæro, nunquid possit testator prohibere heredi \* alienationem rerum ipsius heredis? Respon. quod non. Ita tenet Bart. in *l. filiusfam. §. diui. post num. 8. ff. de leg. 1.* & est communis opin. vt dicit Rip. in *dict. §. diui nu. 54. & seq.*

Sed pone, Testator donauerat inter viuos alteri aliquam rem, deinde illum sibi heredem in testamento instituit. Quæro, nunquid poterit in ipso testamento testator super re iam per eum donata grauare heredem fideicommissum? Respon. glo. in *leg. si mulier. in prin. in verbo, Si mortis. ff. de legat. 3.* tenet, quod non, quasi onus imponi non possit rei, quæ non sit habita ex iudicio ultimo. Sed tu dic contrarium, modo testator in specie, & nominatim iusserit illam rem restitui per fideicommissum. tex. est clarus in *l. sequens questio, in fin. ff. de legat. 2.* Nec curandum est de illa glo. in *d. l. si mulier.* quia per Doctores communiter reprehenditur, vt attestatur Paris. *conf. 2. n. 47. lib. 3. & conf. 33. nu. 79. eod. vol.* Bene verum est, quod si testator in genere grauaret heredem suam ad restituendum, quidquid ad eum peruenisset; in tali fideicommissum non venerint ea, quæ testator prius inter viuos heredi donasset, sed solum ea quæ ex vltima eius voluntate ad eum peruenissent.

## A D D I T I O.

\* Alienatio bonorum heredis à testatore facta tum etiam valida est, cum testator suam esse credidit, vide Roder. Sua. in *repet. l. quoniam in prioribus. Cod. de in. offic. testamen. ampl. 7. Rol. conf. 30. num. 35. 36. & 37. vol. 4. Socin. iun. conf. 107. numer. 56. vol. 3. & conf. 124. nu. 77. vol. 1.*

## Q V Æ S T I O LXXII.

## S V M M A R I A.

- 1 Testator an possit prohibere filio, ne detrahat legitimam de fideicommissum?
- 2 Et quid si non ipse filius grauatus sit, sed eius heres, vel substitutus pupillaris?
- 3 Et quid si filius ad pubertatem peruenerit?
- 4 Et quid si fideicommissum simpliciter iniunctum fuerit?

**D**ixi supra q. 26 quod testator potest prohibere heredi detractionem Trebellianicæ; Quæro nunc, an possit in suo testamento prohibere filio, ne detrahat legitimam de fideicommissum? Hæc questio licet prima facie videatur facilis resolutionis, ex eo quod secundum communes regulas non potest pater in præiudicium legitimæ filiorum aliquid ordinare; sed de ipsa legitima reicitur omne onus, omnis conditio & grauamen, vt dixi supra §. legitima. Est tamen ardua questio, & in ea multi Doctores æquiuocarunt. Tu igitur pro intelligentia distingue tres casus. Primus est, quando filius ipse nominatim est fideicommissum grauatus. Secundus est, quando non filius, sed eius heres, vel substitutus pupillaris, est

in specie grauatus fideicommissum. Tertius est, quando fideicommissum est simpliciter iniunctum, puta quia testator non grauauit in specie, neque ipsum filium, neque eius heredem, aut substitutum pupillarem, sed simpliciter dixit, Volo, vt hereditas mea restituantur Titio, si filius meus sine liberis decesserit, &c.

Circa primum, quando filius ipse est grauatus fideicommissum, fac conclusionem, quod siue testator expresse prohibeat filio, ne de fideicommissum detrahat legitimam, siue simpliciter illum grauaret, vt hereditatem restituat, semper filius potest legitimam ex fideicommissum detrahere; quia testator non potest (vt dixi) legitimæ filiorum aliquod onus imponere; & consequenter non potest etiam expresse grauare filium primi gradus, ne detrahat ipsam legitimam de fideicommissum. Et hæc est communis opin. vt dicit Gal. in *repet. l. centurio. nu. 407.* Et quod non valeat grauamen iniunctum in legitima, quando nominatim est iniunctum ipsi filio, attestatur esse communem opin. Curt. iun. *conf. 71. num. 8.* & ideo poterit hoc casu filius (non obstante ipsa prohibitione) detrahere legitimam de fideicommissum; & si ipse non detraxerit, poterit eius heres vel substitutus ex persona ipsius filii illam detrahere. Nam hoc ius detrahendi legitimam ad heredes extraneos transmittitur, secundum conclusionem quæ est indubitabilis, & de plano procedit secundum omnes, vt dicit Paris. *conf. 30. n. 8. lib. 3.* & hic primus casus modicam habet difficultatem, & hæc quidem conclusio locum habet etiam in milite. Licet enim alias miles posset in suo testamento prohibere, ne legitima de fideicommissum detraheretur, secundum communem opin. de qua per Galiaul. in *repet. l. centurio. post numer. 87.* Ripa in *ea. leg. centurio. num. 45.* hodie tamen secus est, nam de iure nouissimo miles non potest priuare filium legitimam.

In secundo casu, quando expresse grauatus est heres testatoris vel substitutus pupillaris ipsius filii, pariter non videtur dubitandum, quo minus possit pater eos grauare, vt totam hereditatem, tam ipsius patris quam etiam filii, per fideicommissum restituant. Tex. est clarus in *l. si Titio. §. fin. ff. de leg. 1.* & est communis sententia, vt attestatur Ias. in *d. §. fin. nu. 15. & sequen. & nu. 30. & in l. ex tribus. num. 2. & seq. C. de inoff. testa.* Neque hoc casu tractandum est de legitima; quia cum heredi, siue substituto pupillo, ex eorum persona nulla debeatur legitima; non possunt ipsi illam detrahere ex fideicommissum: & ita se habet communis opin. vt dicit Ias. in *locu præalleg. Ioan. Dilect. de arte testan. tit. 5. caut. 34. in fi.* Non etiam possunt ipsi ex persona filii illam detrahere, quia filius non fuit grauatus, ideo, quantum ad ipsum, non est locus detractioni alicuius legitimæ; esset bene ex eorum persona locus detractioni Trebellianicæ, ex quo ipsi sunt grauati fideicommissum, nisi testator illam prohibuisset tacite vel expresse; quod proculdubio facere potuisset, cum non essent ipsi ex liberis primi gradus, vt late dixi supra *quest. 63.* Et si dicas, nonne filius transmittit deductionem legitimæ ad suos heredes, etiam extraneos? Respond. quod filio, qui non erat grauatus, non competeat aliquod ius detrahendi legitimam, vt statim dixi; merito illud ius quod non erat, non potuit ad heredes transmitti. Postquam autem talis legitima peruenit in ipsos heredes filii; non habet amplius nomen legitimæ; sed de ea iudicatur tanquam de reliquo hereditatis, merito potuit heres filii vel substitutus

utis pupillaris in eo grauari; ipsi enim huiusmodi hereditatem habere dicuntur ex iudicio & dispositione ipsius patris testantis; & consequenter potuit pater in ipsa hereditate illis quodcunque grauamen imponere. Et hæc est communis ratio Doctorum, vt dicit Iaf. in d. §. fin. n. 6.

3 Et ideo hæc omnia cessarent, vbicumque filius † ad pubertatem peruenisset, vel tempore facti fideicommissi iam pubes fuisset; his enim casibus potest filius de sua legitima libere disponere & testari, non obstante ipso fideicommissio; & si non testetur, vel de ea disponat, censetur non testando voluisse illam relinquere heredi suo ab intestato: merito illius heres, siue ex testamento, siue ab intestato posset ex persona filii, sibi legitimam retinere ex fideicommissio; quia illam habere videtur ex iudicio ipsius filii, non autem ex dispositione testatoris, & propterea ab ipso testatore in illa grauari non potuit: & sic istud fideicommissum, siue grauamen, quantum ad legitimam, & quantum ad propria bona ipsius filii, statim eueniente pubertate euanesceat. Et hoc sine dubio est de intentione omnium Doctorum, vt dicit Ruinus *conf. 58. post num. 19. lib. 2.* subdens, quod aliter sentire vel dicere esset erroneum.

4 Tertius est casus, quando testator † in specie aliquem fideicommissio non grauauit, sed simpliciter dixit: si filius meus sine liberis decesserit, volo, quod bona mea restituatur Titio. Et in hoc Doctores multum torquentur, an censetur tale fideicommissum iniunctum filio, an vero eius heredi. Vtilitas autem est maxima; quia si est iniunctum filio, poterit ex eo detrahi legitima per eius heredem ex persona filii: si vero est iniunctum heredi, non poterit heres detrahere legitimam, neque ex persona filii, quia ipse non fuit grauatus, neque ex persona propria, quia illi non debetur legitima: & magis communis sententia est, quod fideicommissum in dubio censetur relictum ab eo, à quo relinquitur potest, & sic ab herede filii, vel ab eius substituto pupillari, non autem ab ipso filio; & consequenter quod iste heres filii non possit de ipso fideicommissio aliquo modo detrahere legitimam. Et ita passim allegatur tenere Bart. in l. qui duos. in fin. ff. de vulg. quem communiter omnes sequuntur, vt dicit Alex. *conf. 67. num. 2. lib. 1. & in l. 1. §. fin. post n. 3. ff. de vulg.* Hanc etiam opinionem dicit esse communem Alex. *conf. 12. num. 32. a lib. 3. & in leg. coheredi. §. cum filia. nu. 7. & seq. ff. de vulg.* quem refert Paris. *conf. 81. num. 9. & 10. lib. 2. lal. conf. 186. colum. 7. vers. non obft. in quantum quarto loco. lib. 2. & conf. 98. colum. 2. vers. imo fortius. lib. 4. & in l. ex tribus. numer. 5. Cod. de inoff. testam. & in d. §. cum filia. numer. 16. quem refert Curt. iun. in d. *conf. 71. num. 8. & seq. & conf. 72. num. 10. & Paris. conf. 21. num. 48. lib. 3. & Ioan. Dilect. de arte testandi. tit. 5. caur. 34. num. 2. Clau. in d. leg. 1. §. fin. num. 7. & seq. Paris. conf. 43. numer. 44. lib. 2. Crotus *conf. 134. numer. 45. lib. 1. & conf. 103. num. 12. lib. 2.* Apostill. ad Alexand. in d. *conf. 12. sub num. 32. lib. 3.* Contrariam tamen opin. quod scilicet in dubio fideicommissum simpliciter relictum censetur iniunctum ipsi filio instituto, non autem eius heredi tenuit Bart. in d. l. coheredi. §. cum filia. vers. Quod si heredem. n. 3. & hanc opin. dicit esse magis communem Ripa in d. l. Centurio. post numer. 128. dicit esse Galiaul. in d. l. Centurio. post numer. 409. vers. aliquando autem, facit se putare, quod d. Iaf. decipiatur, asserendo contrariam opin. esse magis communem: & re vera neque Bart. in d. l. qui duos. dicit id ad quod allegatur; neque multi**

ex Doctoribus, qui pro hac parte adducuntur, loquuntur in his terminis, vt ostendit Galiaula in loco præallegato. Cæterum; quidquid sit de stricto iure non esset in practica recedendum à prima opin. quæ proculdubio est magis communis, vt ex prædictis apparet. Fauendum est enim voluntati testatoris, quantum fieri potest, tanto magis vbi de præiudicio filiorum non tractatur: & alias cū hæc dubitatio fuisset mihi proposita in facto à quodam arbitro nō Doctore, in loco Sarauallis agri Alexandrini; & ego, aliis etiam in negotiis implicatus, petiissem terminum octo dierum, ad deliberandum quid sentirem in hoc articulo; ille arbiter dixit se valde mirari, quod ego peterem terminum in quæstione tam clara, in qua duo alii Dd. ex improuiso responderant, dixi, mei moris non esse, in quæstionibus præsertim arduis, nō inspectis libris respondere. Tandem excitatis nonnullis motiuis, cum res non videretur carere difficultate, partes acquieuerunt vt amicabiliter componeretur, & ita factum fuit.

Hæc autem omnia intellige vt procedant, quando filius ipse est adhuc pupillus. Nam si esset pubes tempore iniuncti fideicommissi, vel etiam postea ad pubertatem peruenisset, tunc indistincte, siue fideicommissum sit iniunctum expresse filio, siue eius heredi, siue simus in dubio, semper detrahatur legitima de fideicommissio, per rationem, quam posui supra, versic. & ideo.

ADDITIO.

a *Conf. 12. num. 32.* Vide etiam per Apostill. ad eund. in a. postill. li. B. in dubio.

QVÆSTIO LXXIII.

SVMARIA.

- 1 Testator an possit prohibere filio alienationem suæ legitimæ?
- 2 Testator an possit legare administratori vel tutori liberationem à ratione reddenda?
- 3 Testator an possit prohibere heredi, ne detrahat Falcidiam?
- 4 An prohibere possit detractionem Trebellianicæ?

QVÆRO nunquid testator † possit prohibere filio alienationem suæ legitimæ? dixi supra, hoc eod. lib. §. legitima.

Item quæro, an possit testator legare † administratori vel tutori liberationem à ratione reddenda? à dixi supra, hoc eod. lib. §. legatum.

(A ratione reddenda.) Adde quod tutori non prodest testatoris prohibitio de non reddenda ratione, si quid ex dolo fecit, Bartol. *conf. 58. lib. 2. & Dec. conf. 178.* dicit communem opin. esse, etiam si dictum sit per testatorem, quod non teneatur reddere rationem, & quod omne in quo fuerit condemnatus, vult per heredem sibi restitui, vide Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 6. n. 2.

Sed quæro, nunquid testator † possit prohibere heredi, ne detrahat Falcidiam? Resp. quod sic. Text. est in Auth. sed cum testator. C. ad Falcid. & est communis opin. vt dicit Io. Annib. in repet. d. l. nemo potest. n. 191. ff. de leg. 1. & in hoc nemo dubitat.

An autem possit prohibere † detractionem Trebellianicæ vel legitimæ? dixi supra q. 62. & seq. & q. 72.

ADDITIONES.

a (A ratione reddenda.) De ampla atque larga administratione reddenda legata tutori vel administratori, vide plene per Dec. *conf. 178.* vbi docet cautelam. & in *conf. 192. post nu. 3.* Et per Crauer. in *conf. 195. col. 4. & conf. 230.* Et quod non possit omnimoda rationum redditio & reliquorum præstatio remitti tutori, sed solum scrupulosa inquisitio quo ad culpam,

non quoad dolum, vide per præct. Papien. *tit. tutel. ratio an-  
logistas*, & illic per Masuer. Et quod tutor cui legata est libe-  
ratio, in assumendo tutelam si promiserit reddere rationem  
integram quod non censeatur renunciassè legato, vide per  
Alex. *in conf. 164. lib. 5.* & quod ratio semel reddita haud sit de  
nouo reddenda, vide per Caphal. *in conf. 192.* Nisi minus ple-  
ne, & sufficienter reddita & calculata fuerit, & calculi error  
allegetur. Et sequuto pacto de non obseruando, an & quan-  
do possit prætextu erroris reuocari, vide de his omnibus per  
Tob. Noni. *conf. 64. per tot.*

\* Adde Gabr. *tit. de legit. concl. 1.*

### QVÆSTIO LXXIV.

#### S V M M A R I A.

- 1 Testator an possit prohibere ius accrescendi?
- 2 Et quid in successione vniuersali?
- 3 Et an eo casu res reducatur ad causam intestati?

**Q**VÆRO nunquid testator possit † in suo testa-  
mento prohibere ius accrescendi? \* Hæc est tri-  
ta quæstio, sed non ab omnibus bene intellecta. Scire  
igitur debes, quod ius accrescendi potest dupliciter  
considerari, scilicet in particulari, & in vniuerso. In  
particulari habet locum ius accrescendi, puta, inter  
legatarios, quando sunt inter se coniuncti, iuxta no-  
tata in *l. re coniuncti. ff. de leg. 3.* quia altero repudiante,  
illius portio alteri accrescit, de quo dixi supra *hoc eod.*  
*lib. 5. ius accrescendi.* In vniuerso autem considerari po-  
test ius accrescendi inter ipsos institutos: quia si alter  
heredum repudiat hereditatem, vel decedat prius-  
quam adeat, illius portio accrescit coheredi; vt habe-  
tur per Doct. in *Rub. C. quando non peten. part.* & dixi in *d.*  
*§. ius accrescendi* & hoc casu procedit ius accrescendi,  
non solum inter institutos in quota parte heredita-  
tis, sed etiam inter institutum in re certa, & heredem  
vniuersalem. Nam si heres vniuersalis repudiet here-  
ditatem, vel decedat priusquam adeat, tota hereditas  
accrescit instituto in re certa: vt latius dixi sup. *hoc eod.*  
*lib. 5. institutio.* Si ergo quæris, nunquid testator possit  
prohibere ius accrescendi, est distinguendum. Nam  
aut loquimur in iure accrescendi, quod versatur cir-  
ca particularem successionem, prout est in legatis,  
& in fideicommissis etiam vniuersalibus; & in illis  
potest testator prohibere ius accrescendi, siue expres-  
se, siue etiam simpliciter, prohibendo, ne plus petere  
possit: & eo casu, si coniunctus repudiet legatum, vel  
fideicommissum, accrescet heredi instituto. & hic ca-  
sus apud Dd. nullam habet difficultatem.

2 Aut vero loquimur in successione † vniuersali, &  
sic in institutionibus, puta, si testator instituat ali-  
quem in re certa, & prohibeat, ne quid ultra petere  
possit, & contingat heredem vniuersalem repudiare,  
nunquid possit prohibere, ne reliquum hereditatis  
accrescat illi instituto in re certa? & videtur quod nul-  
lo modo id facere possit: quia si illud residuum non  
accrescit instituto in re certa, necesse est quod deuol-  
uatur ad heredes ab intestato; & sic resultaret absur-  
dum, quod scilicet institutus in re certa succederet ex tes-  
tamento in ipsa re sibi relicta, in residuo autem suc-  
cederent proximiores ab intestato: & sic daretur cas-  
sus, in quo aliquis decederet pro parte testatus, & pro  
parte intestatus, contra communem regulam iuris, de  
qua in *Lius nostrum. ff. de reg. iur.* Breuiter, non videtur  
dubitandum in hoc, quod scilicet testator non potest  
prohibere ius accrescendi in institutionibus, & quod  
talis prohibitio non valet, quantum ad hoc, vt testa-  
tor possit decedere pro parte testatus, & pro parte in-  
testatus; quia hoc esset valde absurdum, vt statim di-

xi: & in hoc omnes conueniunt, vt affirmat Dec. in *d.*  
*Lius nostrum. nu. 4.*

Punctus est, vtum prohibitio non valeat, quo ad  
hoc, vt ea non obstante, sit locus iuri accrescendi, &  
sic institutus in re certa habeat totam hereditatē; an  
autem prohibitio valeat, ita quod nihil accrescat ipsi  
instituto in re certa, & consequenter testamentum  
annuletur, etiam quoad ipsam institutionem in re  
certa, & res penitus reducatur ad causam intestati? Et  
in hoc variæ sunt opin. Doct. Aliqui enim tenent,  
quod non obstante prohibitione, tota hereditas ac-  
crescat instituto in re certa: & hæc fuit opinio Dy.  
quam dicit esse communiter approbatam Gul. de Be-  
nedict. in *1. parte repet. cap. Raynurius, fol. 208. numer. 272.*  
Hanc etiam dicit esse communem Alex. in *leg. si quis  
priore. post n. 9. ff. ad Trebel. Dec. in d. Rub. C. quando non pet.*  
*part. in 1. lectura, post nu. 3. versic. Sed ista responsio, & in 2.  
lectura, num. 21.* Sapia in *l. vnica. num. 61. Cod. quando non  
pet. par. Curt. sen. consil. 74. numer. 3. quem refert & seq.*  
Socin. iun. *consil. 111. num. 16. lib. 1. Crot. in repet. l. re con-  
iuncti, num. 16. & seq. Ripa in d. l. re coniuncti, numer. 134.*  
Gratus *conf. 58. nu. 108. lib. 2. Apostil. ad Alex. conf. 162. sub  
n. 10. li. 2.* Contrariam autem sententiam, scilicet quod imo  
talis prohibitio valeat, & consequenter, quod testa-  
mentum ipsum corruat, & res tota reducatur ad cau-  
sam intestati, tenuit Bart. in *l. quoties. §. si duo. n. 1. & seq.*  
*ff. de hered. instit. & hanc opi. dicit communiter teneri*  
Corn. in *l. quoties. nu. 36 in fin. C. de hered. instit. quem re-  
fert Dec. in l. 1. nu. 2. de testa. milit. Hanc opinionem di-  
cit esse communem Ial. in d. l. re coniuncti. & conf. 8. colu.  
9. versic. Decimo istud. libr. 3. quem refert D. Crauetta in  
suo elegantissimo tractatu de antiq. temp. in 4. parte, sect. 1.  
num. 130. Vt vides opinio Dyn. contra Bart. est procul-  
dubio magis communis. Ego tamen considerabam,  
quod ius accrescendi dicitur provenire ex tacito iu-  
dicio testatoris, vt latius dixi in *d. §. ius accrescendi.* Pro-  
pterea, vbicunque testator verbis ad id expresse con-  
ceptis prohiberet ius accrescendi, non dubitarem se-  
qui opin. Barto. quia vbi expresse quid à testatore di-  
spositum reperitur, illud debet præferri tacitæ eius  
menti, quæ ex coniecturis colligi possit. Pariter etiam  
vbi subessent coniecturæ adeo liquida, vt aperte con-  
iici posset, testatorem nullo modo voluisse, quod ta-  
lis institutus in re certa haberet residuum here-  
ditatis: facile inclinarem in sententiam Bart. quia bonus lu-  
dex semper debet amplecti in iudicando illam opi-  
nionem, quæ magis conuenit verisimili menti testa-  
toris. Consulo tamen, quod de facili quis non recedat  
ab opinio. Dyn. quæ magis fauet suslinendo testa-  
mento, & præterea (vt dixi) est magis communis, &  
ideo in practica sequenda.*

#### A D D I T I O.

\* Vtilior & fructuosior est illa q. an ex tacita vel expressa  
testatoris mente prorogari possit ius accrescendi, ita vt post  
aditam hereditatem, vel agnitum fideicommissum locum ha-  
beat, quam in rem vide Aret. in *l. si minor ff. de acq. her. & in leg.  
re coniuncti. Ial. n. 185. Crot. nu. 147. Ripa nu. 172.*

### QVÆSTIO LXXV.

#### S V M M A R I V M.

Contractus an possit in testamento celebrari?

**Q**VÆRO, nunquid in testamento † possit cele-  
brari a contractus? Respon. Glos. vulgaris, quæ  
semper ad hoc solet allegari in *l. heredes palam. §. fin. in  
fin. ff. de testa. tenuit simpliciter, quod sic.* \* Et illam  
dicit

dicit esse communiter approbatam Paris. *conf. 2. num. 19 li. 3. & conf. 46. n. 36. lib. 4.* & dicit Rom. *consil. 171. nu. 6. in fin.* quod communis omnium sententia illam sequitur, quem refert Dec. *consil. 196. post. num. 1. vers. Ex quibus omnibus & conf. 283. post. num. 2. vers. Verum supra dictis & Boer. decis. 353. numer. 4. Dida. in rub. de testa. in 3. par. post. n. 37.* Illa tamen intellige, ut procedat, quando conventiones & contractus, qui celebrantur in actu testamenti, non sunt penitus extranei ab ipso testamento, sed si essent contractus penitus extranei, non possent in ipso testamento celebrari. Ita declarant Dd. per me supra allegati; & hanc dicit esse communem sententiam Alexan. in l. 1. §. qui præsens. num. 21. ff. de verb. oblig. Et ita tenet.

ADDITIONES.

<sup>2</sup> Contractus.) Et è conuerso, quod substitutio in contractibus fieri possit, commune dixi in collect. mea commu. opin. verbo substitutio, num. 80.  
\* Sed an reuocato testamento isti contractus irriti reddantur, vide Dec. *conf. 96. Rip. l. nemo potest, num. 35. de leg. 1. Caph. conf. 61. num. 31. volum. 1. Tiraquel. de iur. mar. verb. contractus gloss. 3.*

QVÆSTIO LXXVI.

SVMARIA.

- 1 Testatoris voluntas ante omnia attendi debet?
- 2 Et quid in fideicommissis?
- 3 Et quid in aliis substitutionibus?
- 4 Vbi clare non apparet de mente testatoris, verbis est inherendum.
- 5 Vna pars testamenti per aliam declaratur.
- 6 Verbum æquiuocum positum in vna parte testamenti, debet interpretari prout reperitur clare positum in alia parte testamenti.
- 7 Et quid si in vna substitutione testator mentionem fecerit de filio masculis, in alia vero simpliciter tantum de filiis.
- 8 Et nunquid hæc regula locum habeat etiam de vno testamento ad aliud?
- 9 Testator in dubio censetur velle minus grauare heredem quam fieri possit.
- 10 Dispositio testatoris facta in vnum casum, non extenditur ad alium.
- 11 In dubio mens testatoris præsumitur conformis dispositioni iuris communis.
- 12 Et vbi adsunt statuta præsumitur conformis dispositioni statutorum.
- 13 Dispositio testatoris facta de personis, quæ sibi ab intestato succedere possent, intelligitur facta eo modo & ordine, quo de iure ad successionem vocarentur.
- 14 Testator substituens proximiores, an censetur vocasse proximiores vltimi decedentis, an ipsius testatoris?

**D**IXIMVS de potestate testatoris: nunc de eius voluntate videndum est. In hac autem materia, cum præcedentibus §§. præsertim vbi de substitutionibus & fideicommissis tractatum est, multa iam à nobis explicata sint, hoc loco breuiter ( præmissis nonnullis conclusionibus ) duas tantum quæstiones attingemus.

In vltimis voluntatibus, vbiunque de aliqua re controuerti contingat, semper & ante omnia ipsius testatoris voluntas attendi debet. *leg. non aliter. ff. de leg. 3. cum similibus.* & est communis reg. vt attestatur Paris. *conf. 41. num. 15. lib. 2. & conf. 52. num. 6. eod. vol. & conf. 78. num. 16. eod. vol. & conf. 90. num. 10. eod. volum. & consil. 23. num. 9. lib. 3. & conf. 25. num. 31. eod. vol. & conf. 53. num. 10. eod. vol.* & hanc regulam dicit esse ab omnibus appro-

batam Soci. iun. *conf. 110. num. 10. lib. 3.* Adde, quod non solum attendenda est testatoris voluntas expressa ( hoc enim absque dubio procedit, vt dixi supra q. 6. ) sed etiam illa, quæ ex coniecturis colligitur. *l. cum proponeretur, in fin. ff. de lega. 2. cum sim.* & est communis reg. vt dicit Dec. in l. 1. post. nu. 4. C. de collatio.

Idque maxime in fideicommissis locum habet. In illis enim licet voluntas testatoris ex verbis expressis colligi non possit, sed tantum ex coniecturis; illa tamen attendenda est, adeo vt plerunq; propter coniecturam mentem testatoris à vi & proprietate verborum sit recedendum. *l. heredes mei. §. cum ita. cum ibi nota. ff. ad Trebell. & est communis conclusio, vt dicit Paris. conf. 43. num. 24. lib. 2. & consil. 75. num. 50. eod. vol. & consil. 17. num. 17. lib. 2. & consil. 25. nu. 35. eod. vol.* Quia imo fideicommissa ipsa ampliantur, restringuntur, extenduntur, declarantur, & limitantur per rationem, & causam propter quam testator motus fuit ad fideicommissum ita faciendum, adeo vt talis ratio & causa potius attendi debeat, quam verba expressa. *leg. cum pater. §. dulcissimis, vbi nota. ff. de leg. 2. & est communis conclusio, vt dicit Paris. consil. 6. numer. 20. lib. 3. & consil. 18. numer. 21. eod. volum. & consil. 22. numer. 37. eod. volum. & consil. 25. num. 29. eodem volum. & coniecturata mens testatoris in fideicommissis adeo potens est, vt plerunq; operetur, quod aliqui admittantur, qui alias non admitterentur, & aliqui excludantur, qui alias non excluderentur, & est communis regula, vt dicit Curt. iun. *conf. 57. num. 6.**

In aliis tamen substitutionibus, si quæ in testamenti factæ sunt, hæc conclusio non ita absolute procedit: in eis enim vltra in illis contenta nihil est subaudiendum. Et hæc est communis reg. vt dicit Soc. iun. *consil. 101. nu. 3. lib. 1.* maxime vbi de substitutione non extendenda, aut declaranda, sed inducenda ageretur: tunc enim non ita de facili coniecturas tacite mentis admittimus; sed illud fideicommissum siue substitutio, quæ in testamento expressa non reperitur, non debet dici facta, & dicens contrarium debet illud ostendere. Et hæc est communis regula, vt dicit Socin. iun. *conf. 176. num. 8. lib. 2. & conf. 78. nu. 4. lib. 3.* In proposito huius conclusionis videnda sunt, quæ dixi supra §. substitutio.

Vbi clare non apparet, quæ sit mens testatoris, tunc inherendum est verbis ipsius, & hæc est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. *conf. 169. n. 1.* Ceterum si etiam verba ipsa dubia essent, ita vt colligi non posset quæ mens testatoris fuisset; tunc ante omnia spectanda est ipsius testatoris consuetudo, deinde regionis in qua versatus est, præterea qualitas personarum, charitas, & necessitudo. Item & ex præcedentibus, aut sequentibus verbis coniciendum est, quid testator senserit. Sunt verba Iuris *conf. in l. si seruis plurimum. §. fin. ff. de lega. 1.* Qui ordo à Iuris *conf. traditus ad inuestigandam mentem testatoris, formaliter & præcise est obseruandus, ita vt prima coniectura præferatur secundæ, & sic successiue.* Et hæc est communis opin. vt dicit Ias. in d. §. fin. num. 2. quod nota.

Dixi, quod vna pars testamenti per aliam declaratur, & hoc receptissimum esse attestatur Emil. Ferrer. in l. qui filiabus. in princ. num. 4. ff. de leg. 1. Regulariter enim mens testatoris præsumitur fuisse in vna parte, quæ fuit in alia. Ita dicit Bart. in l. centurio. colu. 9. versic. vel quid si præcedentibus. ff. de vulg. quem sequuntur communiter Dd. vt dicit Soc. iun. *conf. 101. n. 7. lib. 1.*

Hinc infertur, quod si reperiatur aliquod verbum æquiuo-

æquiuocum vel commune: puta, *Substitutio in vna parte testamenti*, debet illud verbum interpretari, prout reperitur clare positum in alia parte testamenti. Ita dixit Bart. *in loco præallegato*; quem sequuntur communiter Scribentes, vt dicit Paris. *conf. 73. num. 48. lib. 2. & conf. 86. num. 55 eod. vol. & conf. 72. num. 42. lib. 4.*

7 Sed pone, quod testator in aliqua substitutione fecerit mentionem de filiis masculis, deinde in alia substitutione fecerit mentionem simpliciter de filiis, nunquid in hac secunda substitutione debet etiam subintelligi de masculis? dixi supra §. *substitutio*.

8 Sed nunquid sicut præsumitur de substitutione testamenti ad aliam, ita etiam erit præsumendum de vno testamento ad aliud? Resp. quod non. \*\* & ideo, si testator in primo testamento aliquid disposuit cum vna qualitate, & postea faciat secundum testamentum, in quo repetat eandem dispositionem (omissa illa qualitate) intelligitur talis qualitas potius reiecta quam repetita in secundo testamento. Ita tenet Bar. *in l. Statius Florus. in pr. nu. 2. de iure fisci*. qui in hoc per omnes approbatur, vt dicit Curt. *iun. conf. 163. nu. 14.*

9 Testator in dubio censetur velle minus grauare heredem, quam fieri possit. *l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. & est communis regula*, vt dicit Socin. *iun. conf. 9. nu. 4. lib. 1.*

10 Dispositio testatoris facta in vnum casum, non extenditur ad alium. *l. commodissime. ff. de lib. & posthu. & est communis regula*, vt dicit Paris. *conf. 87. nu. 30. lib. 2.* Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat quando aliter de testatoris ipsius mente non apparet. Nam eo casu bene procedit regula, quod casus ommissus habetur pro omisso; sed si substitit coniecturata mens testatoris, vtique dispositio facta in vnum casum extenditur ad alium. *leg. Titius. §. Lucius ff. de lib. & posthu. & est communis regula*, vt dicit Deci. *in l. si mater. post nu. 2. vers. Sed iste. C. de instit. & substitit.* In proposito huius regulæ videnda sunt, quæ dixi supra §. *substitutio*.

11 In dubio mens testatoris præsumitur fuisse conformis dispositioni iuris communis. Ita allegatur dicere Bart. *in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian. quem in hoc dicit communiter approbari Curt. iun. conf. 57. post nu. 8.* Hanc etiam conclusionem attestatur esse communem Galiaula *in repet. l. Gallus. §. quidam recte. post nu. 21.*

12 Scis tamen quod vbi adsunt statuta, præsumitur mens testatoris potius fuisse conformis dispositioni statutorum, quam iuris communis: & ad hoc allegatur Bar. *in d. §. cum ita. num. 4. ff. ad Treb. & est communis conclusio*, vt attestatur Soc. *conf. 31. num. 33. libr. 4.* Curt. *iun. conf. 168. post nu. 63. lib. 2.* Hinc infertur, quod stante statuto, quod extantibus masculis fœminæ non succedant: si testator in testamento suo simpliciter instituat filios suos, non censetur instituisse fœminas à statuto exclusas. Ita allegatur tenere Bald. *in leg. tres fratres. quem tamen ego ibi hoc dicentem non inuenio. ff. de pact. & est communis conclusio*, vt dicit Curt. *iun. de feud. in 1. par. tertie partis princ. in 12. limitat.*

13 Secundo infertur, quod dispositio testatoris facta de personis, quæ sibi ab intestato succedere possent, in dubio intelligitur eo modo & ordine, quo de iure communi, vel municipali ad successionem ab intestato vocarentur. Ita colligitur ex nota, per Bart. *in d. §. cum ita. nu. 4.* quem omnes sequuntur, vt dicit Socin. *iun. conf. 104. num. 26. lib. 1.* & ideo si plures vocati sunt ad fideicommissum sub nomine collectiuo,

puta, *Substitutio omnes de familia mea: censetur vocati ordine successiuo*, ita vt gradatim proximiores admittantur, secundum quod succeditur ab intestato. Ita tenuit gloss. *in l. cum ita. §. in fideicommissis. in verba. Nominati sunt. ff. de leg. 2. quæ in hoc est communiter approbata*, vt dicit Paris. *conf. 3. nu. 41. lib. 1. & conf. 38. num. 1. lib. 2. & conf. 51. numer. 16. eod. volum. & conf. 57. numer. 16. eod. volum. & conf. 76. num. 6. eod. volum. & conf. 83. numer. 14. eod. volum. & conf. 56. num. 26. lib. 3. & conf. 50. numer. 18. eod. vol. & conf. 65. num. 48. eod. vol.* Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Socin. *conf. 43. numer. 8. libr. 3. & conf. 36. numer. 8. eod. volum. Curt. iun. conf. 22. num. 12.* Vide quæ dixi supra *quæst. 70. in prima conclusione.* In proposito etiam illius gloss. videnda sunt ea quæ dixi supra §. *substitutio*: vbi diffusius de eius veritate tractaui.

Sed hic occurrit pulchra quæstio, & quæ sæpè 14 contingit in practica. Pone, quod habens plures agnatos, vel cognatos, vnum instituat, & eidem per fideicommissum substituatur alios proximiores agnatos, & cognatos; Quarto, nunquid præsumantur ex tali substitutione vocati illi agnati vel cognati, qui erunt proximiores ipsius testatoris, an autem proximiores ipsius grauati, cui facta est substitutio? Resp. aliqui dicunt, quod censetur vocati proximiores ipsius testatoris, quos in dubio præsumitur testator magis dilexisse, quam proximiores eorum quos instituit. Et hanc opin. dixit esse communem Ioan. Dilect. \*\*\* *de arte testan. tit. 3. caut. 31. nu. 3.* Hæc tamen opinio mihi nunquam placuit, & videtur directo contrariari regulæ supra positæ. Si enim testator præsumitur voluisse in suis bonis succedi iuxta ordinem à iure communi constitutum in successione ab intestato: de necessitate iudicio meo fatendum est, quod semper voluerit proximiores illius, de cuius hereditate agitur, illi succedere, non autem eius remotiores, licet sint proximiores ipsius testatoris, quos ille de iure communi proculdubio excluderet. Nec dicatur, quod in fideicommissis succedatur fideicommissis, non autem grauato, vt dixi supra §. *substitutio*. Quia per hoc non tollitur, quo minus inter vocatos ab ipso testatore sit succedendum eo gradu & ordine, secundum quem ipse testator disposuisse præsumitur, sc. secundum quæ inter ipsos procedet successio ab intestato. Et licet hæc sententia mihi verior videretur: tamen propter auctoritatem tenentium contrarium non audebam me firmare. Tandem reperi Soc. *iun. conf. 126. lib. 1.* qui per totum illud consiliū tractat eleganter hanc quæst. & post multa concludit secundum hanc opinionem, quod scilicet attendatur proximitas vltimo morientis, siue grauati, non autem testatoris: & post relatas multas auctoritates Doctorum, qui illam tenuerunt, *nu. 56.* attestatur eam esse magis communem, subdens quod nefas putaret ab ea recedere in iudicando. Hanc etiam opin. dicit esse communem Gozad. *conf. 4. post nu. 31. vers. Ad sextum.* Cum ergo hæc opin. sit verior, & ex allegatis per Soc. *iun. in d. conf.* appareat, eam etiam esse magis communem, dicerem consulendo aut iudicando nullo modo esse ab ea recedendum. Vide in hoc proposito, quæ dixi supra §. *substitutio*.

Quatenus testator dilexit instituendo, censetur etiam dilexisse substituendo, est communis regula, vt dicit Curt. *iun. conf. 91. num. 8.* Hinc infertur, quod si testator in institutione excludit fœminas propter masculos, censetur eas pariter voluisse excludere in substitutione. Ita dixit Bart. *in l. fin. num. 2. ff. ad Treb. & est com-*

est communis conclusio, vt dicit Cur. iun. *consil. 11. circa fin. Rub. consil. 62. in fin.* Hoc tamen limita, vt non procedat, quando ita intelligendo sequeretur mala grammatica: nam eo casu præsumendum est illam fuisse mentem testatoris, que secundum rationem recti sermonis procedere potest. Ita dicit Barr. *in d. l. fin. post num. 2.* qui in hoc communiter approbatur, vt ait Curt. iun. *consil. 57. post numer. 6.* quem refert & sequitur Bello. *consil. 53. nu. 6. & lib. 4. supput. 4. cap. 20. nu. 6.*

ADDITIONES.

a *Voluntate.* Adde vt voluntas testatoris attendatur, quod à proprietate verborum receditur, Bartol. & alii *in l. in ambiguo ff. de reb. dub. & nota* quod voluntas hominis consistit in verbis, sicut facies in speculo, per Crau. *in consil. 35. col. 2.*

b *Controuersi.* Hæc nota, quod voluntas testatoris declaratur etiam ex testamento reuocato, per Crau. *in consil. 113. in fin.* Item vbi est dubia debet interpretari ex eo, quod est verisimilius, per eundem *consil. 15. nu. 25.*

c *Voluntas.* Dic quia voluntas testatoris totum facit, leg. *ex facto, la grande ff. de her. inst. Et dicit Imperator in l. 3. C. de lib. præter.* quod cum appareat de mente testatoris, verborum interpretatio nusquam tantum valet, vt melior sensu existat. Et expressa facit cessare tacitam, per Cæphal. *consil. 158. num. 15.*

d *Fideicommissis.* Ad idem etiam adde vt per Ioan. Caph. *in consil. 134. nu. 27.* vbi dicit quod voluntas potius quam verba inspiciuntur in fideicommissis, etiam si colligatur ex coniecturis, *nu. m. seq.*

e *Ex coniecturis.* Adde quod hodie adsunt amplissimi tractatus de coniecturis vltimarum voluntatum, nec non de earum interpretatione: Mantica, inquam, & de Precis, qui sunt duo solemnnes Moderni, qui formant examinantque quaestiones plene, & elegantissimi videro.

f *Interpretari.* Adde quod sumitur declaratio etiam ex testamento reuocato, vt dixi supra.

\* Quia etiam ex verisimili viuentium opinione colligitur mens testatoris. *l. quoniam. Cod. de na. li. Crau. consil. 96. 155. 45. ex priuata scriptura testatoris. Dil. de arte testa. tit. 6. caut. 66. l. in leg. qui filiab. num. 5. ff. de leg. 1. ex actu vel a principio inualido, vel ex post facto inualido, leg. si de bo. eo. Dec. consil. 176. Paris. consil. 7. vol. 3. Soc. iun. consil. 122. num. 15. vol. 3. & consil. 49. num. 14. vol. 4. ex consultorum testamenti declaratione, Ang. & Imol. l. cum ex filio ff. de vulg. & pup. ex heredis declaratione, Tiraq. *de retr. nu. 2. gl. 2. num. 4. Burf. consil. 28. num. 11. ex vnus testis minus legitime recepti de positione. Soc. iun. consil. 56. nu. 5. & 6. vol. 4.**

\*\* Caue ne hæc ita generaliter exaudias, nam ex testamento nullo vel imperfecto aliud interpretatur, quanquam dubii iuris sit, an ex reuocato testamento idem fieri possit. *leg. cum tacitum ff. de prob. l. fin. ff. de re. eo. Crau. consil. 113. num. 6. 7. 8. Ruin. consil. 93. num. 13. & consil. 144. num. 17. lib. 2. Menoch. consil. 85. nu. 122. vol. 1. quin etiam ex reuocato posterius recipit interpretationem. Rip. *resp. 132. nu. 13.* Hæc autem concl. duobus modis, & quidem contrariis intelligitur. Primo namque arguimus aliquam qualitatem, vel conditionem subintelligendam in vltimo testamento, quod eam testator in alio expresserit. Secundo arguimus è contrario, imo vero non esse subintelligendam in vltimo testamento, quia testator cum voluit eam in aliis expressit, vide Zanch. *in aurea rep. §. cum ita, l. hereditas mei ff. ad Trebell. part. 3. num. 56.**

\*\*\* Alex. *consil. 15. vol. 4. Soc. consil. 249. vol. 2. & consil. 35. vol. 4. Socin. iun. consil. 168. num. 70. 71. 72. vol. 2.*

QVÆSTIO LXXVII.

SVMARIA.

- 1 Filii, vel descendentes positi in conditione an censeantur vocati?
- 2 Et quid si adsunt aliqua coniectura?

NON est hoc loco, in quo de mente testatoris conicienda principaliter agitur, omittenda tria illa & vulgaris a quaestio, nunquid filii, vel descendentes † positi in conditione censeantur vocati. In qua quidem, ne in auctoritatibus citadis (quod semper abhorruim) nimius esse viderer, mihi modum poti-

us quam copiam quaerendam esse animaduerti. Citauit itaque tantum locos magis insignes, ceteris, in quibus obiter huius quaestioni fit mentio, de industria prætermittis. Pone ergo, quod testator in suo testamento ita cauerit: Instituo Titium mihi heredem, voloque, vt si ipse Titius sine filiis decesserit, restituat hereditatem Mauius; Quæro, nunquid isti filii Titii, qui non sunt expresse à testatore instituti vel substituti, sed tantum positi in conditione, censeantur vocati? Vtilitas autem huius quaestioni est maxima, quia si censeantur vocati, non poterit Titius tanquam per fideicommissum grauatus, vt illis restituat hereditatem, in eorum præiudicium aliquid de ipsa hereditate disponere. Si vero non censeantur vocati, sed solummodo intelligitur eis referuatum ius legitimæ successio- nis ab intestato, ipsi quidem, si Titius intestatus decesserit, proculdubio erant Mauius substituto præferendi, ex quo per eorum existentiam defecit conditio, sub qua Mauius erat vocatus: sed si Titius factò testamento alium heredem reliquerit, ipsi remanebunt exclusi à successione testatoris. Et in hoc articulo semper allegatur vulgarissima illa Glossella *in l. Lucius. la. 2. in glo. fin. ff. de her. inst.* quæ voluit, quod testator ipsos liberos censeatur prætulisse substituto ab intestato tantum: & sic, quod isti filii & descendentes non censeantur à testatore vocati, sed solummodo sit illis referuatum ius legitimæ successio- nis ab intestato. Hanc autem opin. glo. attestantur esse communiter receptam ac canonizatam tam in iudiciis, quam in scholis, atq; ab ea non esse consulendo aut iudicando recedendum, hi qui sequuntur. Imo. *in l. si filius. §. cum quis. ver. Et hæc faciunt. ff. de leg. 1. & in d. l. Lucius. post nu. 2. vers. in gl. fin. ff. de her. inst. quem refert Alex. consil. 149. nu. 6. lib. 2. Paul. de Castr. in l. cum acutissimi. post nu. 4. C. de fideicommissis. Rapha. Comen. in d. l. si filius §. cum quis, quem refert Alexan. consil. 38. post num. 6. vers. & per prædicta. lib. 6. Rom. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. quem refert Guid. Papæ consil. 25. nu. 1. & consil. 27. nu. 2. Ioan. de Ana. consil. 68. circa fin. Alex. consil. 91. nu. 6. lib. 1. & consil. 108. nu. 3. eod. vol. & consil. 66. nu. 5. lib. 2. & consil. 109. num. 4. eod. vol. & consil. 185. nu. 15. eod. volum. & consil. 33. num. 3. lib. 3. & consil. 13. post numer. 10. lib. 4. & consil. 55. num. 14. eod. volum. & consil. 139. num. 7. lib. 9. & consil. 201. num. 2. lib. 7. & consil. 133. num. 2. eod. vol. & in d. l. ex facto. §. ex facto. post n. 3. in gl. in verbo, Defecisset. ff. ad Trebell. quem refert Socin. iun. consil. 26. num. 14. lib. 1. & Boer. decis. 147. post numer. 15. vers. sed ad prædicta, Aret. consil. 27. in fin. Cornel. consil. 21. in litera C. lib. 1. & consil. 118. in litera G. lib. 2. & consil. 119. in litera P. eod. volum. & consil. 146. in litera A. eod. vol. & consil. 186. in litera C. eod. volum. & consil. 207. in litera B. eod. vol. & consil. 1. col. 10. in litera V. lib. 3. & consil. 168. in princ. eod. vol. & consil. 243. in litera S. eod. vol. & consil. 89. in litera E. lib. 4. & consil. 101. in litera A. eod. vol. & consil. 180. in litera A. eod. vol. & consil. 226. in litera B. eod. volum. & in l. 1. n. 9. C. de cond. inser. Soc. in l. cum auus. post n. 11. ff. de cond. & demonstr. & consil. 140. num. 2. lib. 1. & consil. 42. num. 1. lib. 3. & consil. 116. num. 1. eod. vol. & consil. 33. nu. 1. lib. 4. & consil. 33. nu. 30. eod. vol. & consil. 74. nu. 2. eo. vol. quem refert Soc. iun. consil. 176. nu. 16. lib. 2. & consil. 177. nu. 8. & seq. eod. vol. Guido Papæ consil. 140. paulo ante nu. 1. & consil. 216. nu. 9. & consil. 218. num. 2. l. in l. pecuniam, nu. 1. in si. ff. si cert. pet. & in l. generaliter. in princ. n. 2. C. de insti. & substi. & consil. 143. post n. 6. lib. 2. & consil. 206. nu. 3. eod. vol. & consil. 22. col. 3. vers. Pro eadem, eo. vol. & consil. 41. circa fin. li. 3. & consil. 108. colum. 5. vers. Non quoq; obstat, lib. 4. Curt. sen. consil. 42. n. 14. & consil. 45. n. 12. quod consil. fuit compilatum per ipsum Curt. & D. Christoph. Burigellam*

Burigellam nomine venerandi Collegii Papiensis, & conf. 63. nu. 3. & 4. & in reper. d. l. 1. nu. 6. C. de pact. Dec. in d. l. 1. nu. 15. C. de pact. & conf. 91. post n. 4. ver. Sed respondetur, & conf. 270. post nu. 1. & conf. 291. in fin. & conf. 422. num. 2. Claud. in l. Centurio, nu. 44. ff. de vulga. & in d. Lex factio. nu. 2. ff. ad Trebell. Ruin. conf. 40. num. 3. in fin. lib. 1. & conf. 108. nu. 11. lib. 2. & conf. 111. nu. 3. eo. vol. & conf. 113. n. 3. eo. vol. & conf. 179. num. 1. eo. volu. Pet. Girard. sing. 61. Habes. Bertan. conf. 18. post nu. 21. lib. 1. in 2. parte, & conf. 82. num. 5. & 6. eod. volum. & conf. 31. num. 4. lib. 2. in 2. parte, & conf. 96. num. 6. eod. vol. & conf. 103. post numer. 7. vers. Præterea præmittit. eod. vol. & conf. 170. nu. 1. eo. vol. & conf. 183. nu. 21. lib. 3. in 2. parte & conf. 182. nu. 2. eod. vol. & 236. nu. 1. eo. vol. & conf. 250. n. 4. eod. vol. & conf. 286. nu. eo. vol. Gozadi. confil. 104. quod est conf. vlt. num. 7. Ripa in l. Centurio, nu. 159. ff. de vulg. & in d. l. ex factio. S. ex factio. nu. 10. ff. ad Trebell. & in d. l. 1. n. 5. C. de pact. Corset. in reper. Abbas in verb. Substitutio. Apostil. ad Guido Papæ conf. 22. sub nu. 3. Rubeus conf. 144. post num. 1. Paris. conf. 18. nu. 10. lib. 2. & conf. 31. nu. 3. eo. vol. & conf. 37. num. 19. eod. vol. & conf. 63. num. 9. eod. volum. & conf. 74. num. 3. eod. volum. & conf. 75. num. 44. eod. volum. & conf. 78. nu. 6. eod. volum. & conf. 86. num. 6. eo. vol. & confil. 87. num. 7. eod. vol. & conf. 14. n. 5. lib. 3. & conf. 16. nu. 27. eo. vol. & conf. 42. n. 2. eo. vol. & conf. 53. nu. 9. eod. vol. Corta in verbo Filii in conditione. Bello. conf. 81. nu. 4. Purpurat. in d. l. 1. nu. 112. C. de pact. Socin. iun. conf. 60. nu. 65. lib. 1. & conf. 111. num. 25. & num. 30. eod. volu. & conf. 118. num. 19. eod. vol. & conf. 119. num. 9. eod. volum. & conf. 126. num. 29. eod. volum. & conf. 168. num. 6. lib. 2. & conf. 141. nu. 3. eod. vol. & conf. 151. num. 10. eod. vol. & conf. 154. num. 4. eo. vol. Crauetta conf. 109. num. 2. & conf. 155. nu. 2. & conf. 288. post nu. 3. vers. Tertio considero. Emil. Ferret. in d. l. nu. 6. C. de pact. Zuccard. in reper. d. l. 1. nu. 47. & seq. Gratus conf. 106. num. 43. lib. 2. Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 5. caut. 19. nu. 1. & caut. 24. nu. 2. & caut. 36. num. 1. Et dicit Guido Papæ decif. 39. post nu. 1. quod hanc opin. seruat Curia Parlamenti Delphinalis in iudicando.

Contrariam vero sententiam, \* quod scilicet filii positi in conditione censeantur à testatore vocati, saltem tacite, tenuit Oldrad. conf. 21. in fin. cuius opin. multos etiam habuit sequaces, quos recenset Barb. conf. 55. col. 5. & seq. lib. 2. lubdens, quod licet Ioan. de Imol. in d. l. Lucius. dixerit opinio. glo. esse magis communem, tamen salua pace sua, quod ista est verior & communior, quem refert Boer. decif. 155. post nu. 33. & Socin. iun. conf. 168. nu. 75. lib. 2. Dicit etiam Socin. confil. 77. post nu. 4. lib. 1. quod multi Dd. tenent contra illam glo. & quod vidit consultum per multos solemnnes Dd. qui dicebant hanc esse communem opin. Modern. quem refert Gratus confil. 32. num. 1. lib. 2. & confil. 101. num. 13. eod. vol. Dicit etiam Cur. sen. conf. 51. post num. 22. quod cum hanc opin. tenuerint plurimi Dd. supremæ auctoritatis, & cum sit æqua opinio, vt omnes fatentur, certe illa in iudicando sequenda est; quia multoties errant homines discedentes ab æquitate, vbi locum habere potest, sequendo subtilitates, referens verba Ang. in l. sequitur. in princ. ff. de verb. oblig. momentis, vt caueant Aduocati, Doctores & Iudices, quando sequi possunt æquior sententiam, ne rigorosam amplectantur, quia perniciosè errarent: & tandem subdit, quod hæc opinio non potest dici, nisi communis, & sequenda, quem refert Paris. conf. 50. nu. 37. lib. 3. Dicit etiam Socin. iun. conf. 158. numer. 71. lib. 2. & conf. 174. numer. 21. eod. volum. quod ab hac opinion. tanquam veriori, & forte hodie communiori non esset iudicando recedendum; & in vtroque consil.

late recenset auctoritates, dicens, quod non est dubium communem opinio. posse mutari temporis cursu. Ex quo sæpe contingit, quod aliqua opinio, quæ à quinquaginta vel sexaginta annis supra communiter tenebatur, desinat esse communis, si plurimi ex sequentibus contrarium teneant: & quod ita fortasse contingit in ista difficultate. Idem etiam dicit idem Socin. iun. confil. 110. num. 20. libr. 3. & confil. 145. num. 36. eod. volum. Et dicit Gratus confil. 48. num. 22. libr. 1. quod licet olim opin. illius glo. esset communis: hodie tamen est dubium, an sit communis, & reuera negari non potest, quin magnæ sint auctoritates hinc inde. Tamen vt potes ex prædictis colligere, non videtur dubitandum, quin etiam hodie opinio illius glo. sit magis communis; & credo, quod sint plures Doctores qui attestantur illam esse communem, quam illi qui tenent opi. contra gl. nihilominus, quia contraria opin. vt omnes fatentur, est æquior, & forte etiam est verior in puncto iuris, non est ita absolute ad hærendum opinioni illius gl. sed pro concordia, etiam ex communi mente Doctorum, putarem ista posse distingui. Aut ille, qui fuit institutus in testamento, erat extraneus ipsi testatori: & intelligo extraneos omnes illos, qui non sunt descendentes ipsius testatoris, licet sint ei sanguine coniuncti, & tunc procedat opin. gl. in d. l. Lucius, vt scilicet eius filii in conditione positi non censeantur vocati: & hic casus procedit absq; dubio, vt dicit Curt. sen. in d. confil. 45. n. 2. quod consilium, vt dixi, fuit editum sub nomine Venerandi Collegii Papiensis. Et dicit Soc. conf. 73. post n. 30. lib. 4. quod opin. gl. in transuersalibus est multum communis, & indubitata in consulendo & iudicando. Non enim potest vlla affectio testatoris erga tales filios verisimiliter considerari, vt eorum fauore dicatur voluisse imponere instituto onus fideicommissi. Aut isti filii positi in conditione erant descendentes ipsius testatoris; & tunc aut nulla subest coniectura, quod testator eos vocare voluerit, præterquam, quod simpliciter eos posuit in conditione: & hoc casu etiam procedat opin. gl. & magis communis, scil. quod solummodo censeatur testator voluisse eis reseruare ius legitimæ successionis ab intestato, non autem voluisse grauari heredem institutum, vt hereditatem illis restituat. Nam conditio ipsa nihil ponit in esse: & regulariter non inducitur tacitum fideicommissum, nisi vbi ex coniecturis colligitur mentem testatoris illam fuisse, vt fideicommissum induceretur. Et ab hac opin. vbi nullæ subsint coniecturæ, temerarium esset, iudicio meo, consulendo, aut iudicando recedere. Aut vero aliqua subest coniectura mentis testatoris, quod voluerit illos filios in conditione positos vocare, & tunc intrepide tenenda est opin. Oldr. & sequacium, quod censeantur tacite vocati. Et ita dicunt communiter Dd. nostri, etiam qui regulariter negant eos vocatos esse, vt dicit Soc. iun. conf. 128. num. 73. lib. 2. Dicit etiam Crauetta conf. 62. num. 6. quod licet Dd. magis communiter videantur sequi glo. in d. l. Lucius, tamen cum tot & tantæ sint auctoritates in contrarium, de facili ex aliquibus coniecturis receditur ab illa communi opin. Idem etiam dicit Soc. iun. in d. conf. 110. post num. 20. vers. Verum si quis, lib. 3. Et hanc conclusionem, quod vbi adest aliqua coniectura, filii seu descendentes positi in conditione censeantur vocati, non solum ad exclusionem vltimo loco substituti, sed etiam ad hoc, vt possint grauari, dicit esse communem Soc. conf. 63. lib. 3. prout illum refert & sequitur Paris. confil.

*conf. 78. num. 7. lib. 2.* Et licet ego non reperiam Socin allegato *conf. id attestantem*; hæc tamen conclusio proculdubio tanquam communis, tenenda est in practica, neque ab ea esset consulendo aut iudicando recedendum.

## ADDITIONES.

*Questio*) Adde ac diffusius vide de ista q. *collo. mea comm. opin. in verbo. positi in conditione. num. 3. cum octo seq.* Item quod filii positi in conditione, haud censeantur positi in dispositione, dixi *d. collect. mea communium opin. in verbo. filius. num. 34.*

\* Huius opinionis elegantissima ratio potest afferri, quia scilicet filii semper in conditione positi allegari intelliguntur ad exclusionem substituti, *l. cum auus ff. de cond. & dem. l. cum acutissimi. Cod. de fideic. generaliter. C. de iust. & sub.* quam obrem ne diserte à testatore ad scripta conditio sic ociosa, dicendum videtur non solum ea conditione substitutum excludi (qui etiam ea non expressa excluderetur) sed etiam filios includi.

## QVÆSTIO LXXVIII

## SUMMARIUM.

*Prosequitur eundem articulum, tractatque quid sit testator huiusmodi filios in conditione positos grauauerit?*

**S**ED videndum est, quæ sint † huiusmodi coniecturæ, \* propter quas sit præsumendum, quod testator voluerit tales filios in conditione positos vocare? Sed in hoc diligenter aduerte quia non sufficit dicere testatorem ita verisimiliter voluisse, nisi coniecturæ sint sufficientes, & ex ipso testamento colligi possint. Et ita communiter concluditur, vt dicit *Parisi. conf. 77. n. 18. lib. 2.* In primis autem *Bart. in d. l. Centurio num. 37.* tenuit, quod si testator ipsos filios a grauasset, censeretur etiam in necessariam consequentiam eos vocasse: alias enim non valeret grauamen, tanquam relictum ab eo, qui non fuisset honoratus: & ideo si testator iusserit hereditatem suam restitui Titio, si filius ipsius testatoris sine liberis decesserit, & etiam si filii ipsius filii quem instituit, pariter sine liberis decesserint, secundum hanc opinio. *Bartol.* videbuntur tacite vocati etiam filii ipsius filii, qui fuit institutus, licet tantum positi in conditione, ex quo testator eos pariter grauauit, iubendo, eis decedentibus sine filiis, hereditatem suam Titio restitui, quos tamen gratiare non potuisset (vt dixi) nisi præsupponamus, quod eos prius honorasset, & sic vocasset. Et hanc dixit esse communem theoreticam Doctorum *Corne. consil. 1. colum. 9. in litera R. lib. 3. Socin. conf. 259. num. 5. lib. 3.* Dicit etiam *Corn. consil. 22. colum. 3. in litera R. lib. 2. & consil. 256. in litera R. lib. 3.* se vidisse quosdam consulentes, qui allegabant *Paul. de Castr. in l. ab eo. Cod. de fideicom. dicentem*, quod hæc opinio *Bartol.* sit communis; & credo, quod *Corne. in consil. supra allegatis* sentiat de *Alexan.* qui ita allegat *consil. 64. numer. 2. lib. 5.* licet reuera *Paul. de Castro* in lectatis, quæ communiter habentur ibi, hoc non dicat. Dicit etiam *Curt. feri. consil. 51. post num. 20. vers. Si ita est*, quem refert *Bertran. consil. 173. post numer. 24. libr. 6.* quod videtur magis communis ista sententia *Bartol.* quotiescunque cum grauamine concurret aliqua coniectura mentis testatoris. Hanc etiam opinio. dicit esse hodie magis communem *Soc. iun. in d. conf. 110. nu. 21. Ferdin. Loaz. in 1. post. ad reper. Galiaul. super d. l. Centurio. sub nu. 548.* Et hanc opinio. *Bart.* dicit seruari in actu practico iudicando, & consulendo, *Angel. Aret. in §. fin. in fin. Inst. de pupil. substit. quem refert Dec. in l. 1. post*

*in. 15. C. de pact.* Et secundum hanc opinio. *Bart.* in facti contingentia iudicare solet curia Parlamenti Delphi. vt dicit *Guido Papæ in dec. 39.* & refert etiam se audiuisse *Crauetta. conf. 155. n. 5.* illam etiam dicit teneri iudicando & consulendo *Mantua. conf. 92. n. 10. lib. 1. & secundum illam fuisse iudicatum attestatur Ripa in dict. l. 1. n. 11. C. de pact.* prout etiam intellexi proximis dieb. iudicatum fuisse in Venet. Collegio huius ciuitatis.

Sed quidquid dicant præallegati Doctores (salua eorum reuerentia) opinio. contra *Bartol.* est magis communis, quod scilicet ex eo quod filii positi in conditione sint grauati, non tamè propter hoc censeantur vocati; sed quod quantum ad ipsos tale grauamen prorsus reiciatur, tanquam iniunctum personis à testatore non honoratis, & censeatur iniunctum sub duplici conditione, scilicet si ipse sine liberis decesserit, vel si eius filii pariter sine liberis decesserint. Et ita hanc opinio. contra *Bartol.* esse magis communem attestatur *Alex. conf. 219. nu. 2. lib. 2. vbi dicit*, quod opinio. *Bart.* est damnata. & *conf. 13. col. fin. lib. 4.* prout illum refert *Soc. conf. 69. post n. 7. vers. Præterea & secundo. lib. 3. & conf. 104. post n. 8. vers. 2. respondeo. lib. 3.* Ego tamè non reperio *Alexan. in d. conf. 13.* attestantem de communi in hoc articulo, licet multos alleget qui tenent contra *Bartol.* eandem opinio. contra *Bartol.* attestatur esse magis communem *Soc. conf. 62. post n. 6. lib. 3. l. 1. in d. l. Centurio. n. 57. & in d. l. 1. post num. 12. C. de pactis. vbi dicit*, quod *Bartol.* solet communiter in hoc reprehendi per Scribentes, & *conf. 35. col. 2. vers. sed præmissa. & col. fin. lib. 3. Curt. sen. conf. 42. nu. 7. & conf. 45. sape allegato. n. 16. & conf. 63. nu. 6. quem refert & sequitur Ruin. conf. 139. n. 16. lib. 3. Dec. conf. 270. post n. 1. vers. nec obstat. & conf. 201. in fin. & conf. 384. post n. 6. vers. Secundo non obstat. & consil. 422. n. 2. Curt. iun. conf. 11. n. 2. Ruin. conf. 113. n. 4. lib. 2. & conf. 114. n. 4. eod. vol. Emil. Ferret. in dict. l. 1. nu. 8. C. de pactis. & conf. 59. post n. 5. Bertran. conf. 129. nu. 1. lib. 2. in 2. parte. & conf. 182. n. 3. lib. 3. in 2. parte. & conf. 1. 6. post nu. 1. eod. vol. & conf. 251. n. 3. eod. vol. Ripa in d. l. Centurio. n. 166. & seq. & in d. l. 1. n. 11. C. de pactis. Bello. conf. 81. post num. 5. Paris. conf. 31. n. 4. lib. 2. & conf. 44. n. 7. eod. vol. & conf. 87. n. 13. eod. vol. Soc. iun. sibi contrarius *conf. 112. nu. 4. lib. 1. & conf. 118. num. 22. eod. vol. & nouissime idem attestatur Illust. vir. & summæ eruditionis D. Didacus in c. R. y. nut. §. 3. nu. 3.* cuius scripta in titulum de testamentis nuper edita ad manus meas peruenerunt, postquam hic §. iam fere pro maiori parte erat impressus, vbi dicit apud se dubium non esse, hanc sententiam contra *Bartol.* frequentiori calculo receptam fuisse. Et sic (vt vides) non est dubitandum, quin hæc opinio contra *Bartol.* sit magis communis. Quia tamen multi, & magnæ auctoritatis Doctores tenuerunt cū *Bartol.* cuius sententiæ merito deferre debet omnes iuris Professores; bonum esset etiam ex communi mente Scribentium opiniones concordare, distinguendo tres casus. Primus casus est, quando expresse grauamen iniunctum est ipsi filio instituto, sub duplici tamen conditione, puta, *Instituo filium meum, & si filius meus sine filiis decesserit, vel eius liberi sine filiis decesserint, volo, vt prædictus filius meus restituat hereditatem meam Titio.* Et hoc casu ex quo filius est expresse grauatus, non a eius filii; non videtur tractandum, an tales filii censeantur vocati, vel grauati, cum illis nulum sit grauamen iniunctum. Et ita etiam videtur fuisse de mente *Bartol.* quem omnes sequuntur, ita vt nemo discrepet, vt ait *Bello. in d. conf. 81. n. 6. qui refert ita attestari Socin. conf. 218. col. 3. lib. 2. & Curt. iun. con-**

fil. 239. num. 20. qui dicit, quod in hoc omnes transeunt cum Bart. Secundus est casus, quando expresse grauamen est iniunctum ipsis filiis in conditione positus; puta, quia testator dixit; Instituo filium meum, & si filius meus sine filiis decesserit, volo, vt restituat hereditatem meam Titio; & si filii nati, vel nascituri ex ipso filio meo instituto pariter sine filiis decesserint, volo, vt restituant hereditatem meam eidem Titio. Quo casu, vt verum fateamur, opinio Bartol. videtur magis conformis menti testatoris, & etiam æquior. Dico ergo, quod aut isti filii sunt ex descendentes ipsius testatoris, & tunc teneo opin. Bart. quod censeantur vocati, ex quo in illis consideratur ordinata affectio testatoris, vt sui descendentes illi succedant. Aut sunt extranei, scilicet, qui non sunt descendentes testatoris, & tunc absolute teneo opin. contra Bart. quod non censeantur vocati, sed quod quantum ad ipsos, grauamen reiiciatur. Tertius autem est casus, quando grauamen non est expresse iniunctum ipsi filio instituto, neq; etiã eius filius in conditione positus, sed simpliciter testator dixit, si filius meus sine filiis decesserit, vel etiam eius filii sine liberis decesserint, volo, vt hereditas mea perueniat ad Titium: & hoc casu pariter est tenenda opin. contra Bart. quæ (vt dixi) proculdubio est magis communis, vt scilicet tales filii in conditione positi non censeantur vocati, nec grauati, sed censeantur iniunctum grauamen filio instituto sub duplici conditione, vt supra dixi. Bene verum est, quod si tales filii essent ex descendentes testatoris, & ultra grauamen adesset aliqua alia etiam leuis coniectura mentis testatoris, de facili inclinarem in sententiam Bart. & secundum hanc distinctionem, si casus contingeret, intrepide consulerem & iudicarem.

#### ADDITIONES.

<sup>a</sup> *Filios grauasset.* Adde quod istam opinio. vt filii positi in conditione atque grauati censeantur vocati, dixit nouissime Ioan. Caphal. in *conf.* 93. quem vide per tot. quia & ipse concordantes retulit, frequentiore, humaniore, ac veriore sententiam dicens, quam procedere maxime dicit, vbi voluntati testatoris aliq. coniecturæ concurrunt: & vide in *d. collect. mea commun. opin.* vbi supra.

<sup>\*</sup> Ad istam & sequentem questionem vide Gabr. *de fideic.* q. 4. Menoch. *toro conf.* 135. vol. 2. & vberius Hier. Zanch. in *rep.* §. cum ita, l. heredes mei. ff. ad Treh. part. 6.

#### Q V Æ S T I O L X X I X.

##### S V M M A R I A.

- 1 *Succesſiue tractatur quid si testator in tali substitutione apposuerit verbum, Masculis?*
- 2 *Et quid si sint ex descendentes ipsiusmet testatoris?*
- 3 *Et quid si testator digressus sit ad plures gradus substitutionum?*
- 4 *Et quid si testator adiecerit, quia vult bona sua in familia conseruari?*

**P**R O S E Q V E N D O alias coniecturas, ex quibus colligi possit mentem testatoris fuisse, vt filii in conditione positi censeantur vocati, reperio, quod Guido Papæ *decis.* 148. dicit sibi videri optimam coniecturam, si testator in conditione ipsa apposuerit <sup>†</sup> verbum, *Masculis*, puta, quia dicat, si filius meus sine liberis & descendentes masculis decesserit, substituo Caium. Nam hoc casu, secundum eum, illa qualitas masculinitatis adiecta operabitur, vt censeantur vocati. Sed tu tene contrarium. Eadem enim ratio vtroque casu militat, & propterea ista coniectura communiter non recipitur, vt attestatur Ripa in *d. l. Centurio. nu.* 162. & in *d. l. 1. nu.* 8. C. de pact. quem refert ex-

cellens Doctor, & multæ eruditionis d. Hieronym. Manfred. *lib.* 1. *attentatorum* in 6. *part.* 1. *nu.* 2. vbi & ipse fateri videtur contra Guid. Papæ esse communem Doctorum opinio. Hanc etiã opin. contra Guid. Papæ, dicit esse magis communem Paris. *conf.* 31. *nu.* 22. *lib.* 2. & *conf.* 44. *num.* 1. *20d.* vol. Socin. iun. *conf.* 118. *nu.* 15. *lib.* 1. & *conf.* 177. *nu.* 10. & seq. *lib.* 2. & ita contra istam coniecturam in facti contingentia iudicauit curia Parlamenti Delphina. vt ipsemet Guido Papæ refert in *d. decis.* 184. & *decis.* 600. Et licet Dec. *conf.* 546. circa princ. dicat, quod illud dictum Papæ non est contra communem opin. & quod imo non habet contradicentem: Tu tamen ipse per te videre potes, in *locu præallegatis*, an Dec. verum dicat. Et ideo consulendo, aut iudicando nullo modo adhæreas dictæ opin. Guid. Papæ, quia caret substantia veritatis.

Tertia coniectura allegatur, quando isti filii positi in conditione sunt <sup>†</sup> ex descendentes ipsius testatoris: & secundum hanc coniecturam conclusio gl. in *d. l. Lucius.* esset limitanda, vt non procederet in descendentes. Et hæc fuit opinio Salyc. in *l. 1. nu.* 5. C. de *condi. insertis*, pro qua facere videntur ea, quæ dixi supra §. *substitutio*. Sed tamen hæc fallentia communiter damnatur, vt dicit Ripa in *d. l. Centurio. post nu.* 159. *vers.* *Tertio verba:* & dicit Soc. *conf.* 116. *post nu.* 8. *vol. fin. vers.* *Ex quibus patet*, quod communis opin. est in contrarium. Et ita inter Auctores supra allegatos in q. 77. potes videre multos in specie loquentes de descendentes, & attestantes etiam in illis, opin. glo. esse magis communem. Et de hoc non est dubitandum.

Quarta allegatur coniectura, quando <sup>†</sup> testator digressus est ad plures gradus substitutionum, semper sub illa conditione, *si sine filiis, &c.* quo casu, cum testator toties posuerit istos filios siue descendentes in conditione, videtur eos maxime dilexisse, & consequenter sumendam esse coniecturam, quod eos vocare voluerit. Et hæc fuit opin. Pet. de Ancha. *conf.* 74. *nu.* 2. in *fin.* vbi subdit, quod hæc modificatio ad *d. glof.* sibi videtur iustissima & æqua. Hæc tamen coniectura ita simpliciter deducta communiter reprobat, vt dicit Ripa in *d. l. Centurio. n.* 165. & reuera multi ex Dd. seqq. opin. glof. & attestantibus illam esse communem, loquuntur in casu, in quo testator fuerat digressus ad plures gradus substitutionum: & tamen eo non obstante, transeunt cum opin. ipsius glof. Ideo propter hanc solam coniecturam non esset in practica à comuni opinione recedendum.

Quinta est coniectura, quando testator expressit <sup>†</sup> rationem; quia scil. volebat bona sua in masculis, & familia conseruari. Nam eo casu utique censetur voluisse inter ipsos descendentes inducere fideicommissum, & consequenter etiam, si tantummodo sint in conditione positi, tamen censentur vocati. Et hæc est communis & firma conclusio, vt attestatur Paris. *conf.* 6. *nu.* 16. *lib.* 3. Sed in hoc proposito videnda sunt ea, quæ dixi supra §. *substitutio*.

In his tamen omnibus coniecturis maxime verfabitur religio iudicare debentis; qui secundum suam conscientiam diligenter æstimabit, an testator verisimiliter ipsos filios siue descendentes in conditione positos, vocare voluerit. Et licet singulæ forte non prodesse, secundum communes sententias superius relatas: si tamen duæ vel plures concurrant, & conscientia ita suadeat, poterit intrepide iudicare contra opin. illius glof. Præsupposito tamen semper, q. isti in conditione positi, sint ex descendentes ipsius testa-

testatoris: alias non esset à communi opinione aliquo modo recedendum, vt supra sapius dixi.

ADDITIO.

<sup>a</sup> Non recipitur.) Adde etiam quod communiter ista limitatio de masculinitate, damnatur: attestatur Rolan. in *conf. 51. col. 6. vol. 3. in vers. secundo non obstat.*

QUESTIO LXXX.

SVMARIA.

- 1 Quando plures simul sunt instituti, vel substituti, an censeantur vocati simul, & semel, an autem ordine successiuo?
- 2 Et quid si vocati sunt copulatiue?
- 3 Et quid si in eo casu cadat inter ipsos, non solum ordo charitatis, sed etiam necessitas instituendi?
- 4 Et an censeantur vocati per fideicommissum, an vulgariter substituti?
- 5 Et quid si sint vocati per alternationem?
- 6 Et quid si per dictionem, Cum?
- 7 Et quid si sub nomine collectiuo?

**A**lia nunc est q. absolueda circa testat. mentem interpretandam valde utilis, & quotidiana,

<sup>1</sup> Quando plures simul † sunt instituti, vel substituti, an censeantur vocati simul, & semel, an autem ordine successiuo? Et quia materia est satis confusa, procedemus per conclusiones, ita, vt quantum fieri possit, clarior reddatur. Sciendum tamē in primis, quod inter personas à testatore vocatas, duplex ordo potest considerari; charitatis seu affectionis, & necessitatis. Ordo charitatis seu affectionis est, quando personæ vocatæ sunt positæ in diuersis gradib. ab intestato; puta, quia instituo fratrem meum, & eius filios, vel huiusmodi. Certum est enim, quod frater meus est mihi in gradu proximior, quam eius filii: neq; erga istas personas, à testatore institutas, potest considerari aliqua necessitas eas instituendi, sed tantummodo voluntas, & sic charitas vel affectio. Ordo autem necessitatis est, quando personæ, quas testator instituit, erant de necessitate ab ipso testatore instituendæ. Intellego de necessitate causatiua: quia scilicet eis non institutis, testamentum posset esse nullum: puta, quia testator instituit filium suum in potestate, & nepotem ex eo natum vel nasciturum. Quo casu videtur, non solum filium de necessitate instituisse, quem omnino instituere tenebatur, vt dixi supra, *quæst. 38. sed etiã nepotem, ne testamentum rumpere, casu quo filius esset præmortuus, & ipse nepos qui primum locum teneret, reperiretur præteritus.*

Hoc præmissis, Prima sit conclusio, quod quando <sup>2</sup> plures vocantur per † copulam inter quas solum cadit ordo charitatis & affectionis, absque vlla necessitate instituendi, vel substituendi; puta, Instituo Titium fratrem meum, & eius filios; tunc tales personæ censeantur vocatæ simul, & semel, non autem ordine successiuo. Et licet Bart. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posthu. tenuerit contrarium: hæc tamen conclusio magis communiter tenetur, vt dicit Alex. *conf. 129. n. 7. lib. 5. Dec. conf. 95. nu. 2. & dicit Capolla consil. civili 52. post num. 4.* quod ita tenent communiter Doct. Legistæ & Canonistæ. <sup>b</sup> Hanc etiam conclusionem attestant esse communem Scribentes in d. §. quidam recte. & in specie Imola *post num. 20. versic. Interdum vero.* & D. Iac. But. Doct. clarissimus & conciuus meus, & Iaso. *num. 22. & seq. & Rubeus pariter conciuus meus, num. 37. & seq.* Idem etiam dicit Alexand. *conf. 22. post*

*nu. 8. lib. 3. quod est duplicatum in conf. 13. lib. 4. Corn. conf. 229. in litera I. lib. 3. Socin. consil. 90. nam. 1. lib. 1. & conf. 113. num. 1. eod. volum. quod est duplicatum in conf. 238. lib. 2. Guido Papæ conf. 122. nu. 2. & conf. 135. post nu. 1. versic. Sed circa præmissa. & conf. 136. post nu. 1. versic. Sed an dubium. Iac. conf. 206. nu. 2. lib. 2. Dec. conf. 205. post nu. 2. & conf. 236. post num. 1. colum. 2. versic. Sed illa. & conf. 248. n. 2. & conf. 253. post num. 3. & in fin. & conf. 291. num. 1. Ruin. conf. 168. nu. 9. lib. 2. Bertrand. conf. 9. nu. 1. lib. 1. in 2. parte, & conf. 215. num. 5. lib. 2. in 2. part. Curt. iun. conf. 22. nu. 4. & conf. 128. post num. 1. versic. Aut quæro. Boet. decis. 158. n. 6. Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 4. caut. 6. num. 1. Bero. in c. Raynuitius. nu. 82. & seq.*

Quando c inter eos qui vocantur per copulam, cadit non solum ordo † charitatis, sed etiam concurrit <sup>3</sup> necessitas instituendi, saltem causatiua, vt est quando instituuntur filius, & nepos ipsius testatoris: \* Eo casu non censeantur vocati simul & semel, sed ordine successiuo, scilicet filius solus in primis, deinde nepos post eum. Et hæc est communis opin. vt attestantur Scribentes in d. §. quidam recte. & in specie Alex. *post num. 6. versic. in ea gloss. ibi, & Iac. num. 20. Idem dicit Alex. conf. 14. num. 10. lib. 1. Corn. conf. 159. in litera H. lib. 4. Bertrand. in d. conf. 9. num. 1. lib. 1. in 2. par. & conf. 82. nu. 2. eod. volum. & conf. 182. nu. 1. lib. 3. in 2. parte. Curt. iun. in d. conf. 128. nu. 1. Berous in c. Raynuitius. nu. 68. & seq.*

Sed quæro, an hoc casu censeantur † isti filii & <sup>4</sup> nepotes vocati ordine successiuo per fideicommissum, ita vt filii censeantur grauati fideicommissis, vt restituant hereditatem nepotibus; an autem solummodo censeantur vocati per vulgarem substitutionem, scilicet nepotes vulgariter substituti in casu in quo filii non sint heredes? Resp. quod solummodo censeantur vocati per vulgarem substitutionem, non autem per fideicommissum. Et hæc est communis opinio, vt attestatur Dec. *conf. 205. post nu. 9. & conf. 248. post num. 6. Parit. conf. 82. nu. 11. lib. 2. Emil. Ferrer. conf. 10. num. 1.* Utilitas autem est euidentis & maxima; quia si censeretur inductam fideicommissum; non posset filius de ipsa hereditate libere disponere & testari, sed teneretur illã restituere ipsius nepotibus. Si vero tantummodo est vulgaris substitutio; filio aduente statim expirat, iuxta ea quæ dixi supra §. substitutio.

Quando plures personæ, inter quas † cadit ordo <sup>5</sup> charitatis, vocantur per alternatiuam, puta, instituo Titium, vel eius filios; tunc videntur vocati non simul & semel, sed ordine successiuo, scilicet, primo Titius, & deinde eius filii per fideicommissum, & in hoc Doctores omnes conueniunt, vt dicit Dec. *conf. 95. nu. 4. circa fin.* Et ideo, si quis substituat filios, vel nepotes Titii, hæc alternatiua posita inter personas, inter quas cadit ordinata affectio, stat proprie, & non resoluitur in conuictam, & donec vnus ex filiis superest, nullus ex nepotibus admittitur, ita communiter concluditur, vt dicit Paris. *conf. 21. nu. 1. lib. 3.*

Quando plures personæ, inter quas † cadit ordo <sup>6</sup> charitatis, vocantur per dictionem, Cum, d puta, instituo Titium cum Mæuio eius filio: hoc casu Titius & Mæuius admittuntur simul & semel, non autem ordine successiuo. Et hæc est communis conclusio, vt attestantur Scribentes in d. §. quidam recte. & in specie Iaso. *nu. 30. vbi dicit, quod cum ista decisione omnes indifferenter tenent.*

Quando plures personæ † vocantur sub nomine <sup>7</sup> collectiuo cum aliis sub duplici denominatione: puta, instituo Titium, & nepotes Mæuii: isti plures dicuntur

cuntur quo ad Titium haberi pro vno tantum, & ideo faciendæ sunt duæ partes, nulla habita ratione, quod nepotes Mæuii sint plures numero. Et hæc est communis conclusio, vt dicit Soc. iun. *conf. 104. nu. 25. lib. 1.* & hæc omnia nota, quia quotidie contingunt in practica.

## ADDITIONES.

**a** *Ordine successiuo.*) De q̄ ista, videlicet de matre herede instituta, & filiis eius masculis legitimis, & naturalibus gradatim & successiue vocatis ab auia materna in suo elogio, An intelligantur vocati vna cum eorum matre, an vero ordine successiuo? vide nouissime per Olfac. *decif. 81. vbi plene & ad vtramque partem eam discutit, atque pro negatiua tandem ad fauorem matris concludit, & dicit pro ea senatum iudicasse: vide ibidem.*

**b** *Et Canonista.*) Vide per Olfac. *d. decif. 81. col. 4.*

**c** *Quando.*) Adde & vide etiam per Olfac. plene *d. decif. 81. post nu. 12.* qui citat auctorem nostrum hic: & dixi etiam in *collect. mea commun. opin. in verb. instituens.* & opinionem huius secundæ conclusionis comprobatur sequiturq; Olfac. *vbi sup.*

**d** *Cum.*) Adde atque vide per Olfac. *d. decif. 81. col. fin.*

\* Hoc ne putaueris esse verum, quando filius & nepos ex altero filio præmortuo instituuntur, vt recte monet Roland. à Val. *conf. 68. nu. 34. vol. 1.*

## QVÆSTIO LXXI.

## S V M M A R I V M.

*Præteritione filii an testamentum annulletur?*

**E**xplicatis quæstionibus, quæ ad testatoris voluntatem interpretandam pertinent, videndum est, quibus modis testamenta infirmantur; & in primis **a** quæro, an præteritione filii a testamentum ipso iure annulletur? dixi late supra q. 42. & seq.

## ADDITIONES.

**a** *An præteritione filii.*) Et quod filiorum natorum præteritione reddatur testamentum ipso iure nullum, est text. in *d. l. inter cetera ff. de lib. v. & posth.* Etiam si illico decedat, *Instit. de exhered. liber in princ.* Idem dic de præteritione filiarum: quia omnia disposita in testamento paterno conseruantur, secundum communem, præter heredis institutionem: vt attestatur Roland. *conf. 71. nu. 56.* & dixi in *collect. mea commun. opin. in verb. præteritio. n. 1.* Et quid in præteritione posthumi ignoranter facta, an conseruentur legata in magna quantitate facta? vt vtrumque commune vide in *dict. collect. mea vbi supr. num. 3. 4. 5.*

## QVÆSTIO LXXXII.

## S V M M A R I V M.

*Præteritione filiorum, vel collateralium, an testamenta annullentur?*

**Q**VÆRO etiam, an propter præteritionem parentum, vel collateralium, testamenta annullentur? dixi supra q. 48. & seq.

## QVÆSTIO LXXXIII.

## S V M M A R I V M.

*Exheredatione filiorum, vel parentum, an testamentum rumpatur?*

**Q**VÆRO, an propter exheredationem a filii testamentum rumpatur? dixi supra q. 40. & 41. dixi ex quibus causis filius a patre exheredari possit.

## ADDITIONES.

**a** *An propter exheredationem filii testamentum rumpatur.*) Nota hic, quod præteritio & exheredatio facta in commodum & in prouisionem filiorum, ne iuuenili calore impulsu amittant bona contrahendo vel delinquendo, haud vitiat testamentum, vide per Nat. in *conf. 472. sub nu. 3.*

## QVÆSTIO LXXXIV.

## S V M M A R I V M.

*Legitimatione filii naturalis, vel spurii, an testamentum rumpatur?*

**Q**VÆRO, an legitimatione filii naturalis, vel spurii, testamentum rumpatur? Respond. quod a sic: \* perinde ac si ipse post testamentum legitimus natus fuisset, & ideo si pater post conditum testamentum filium naturalem legitimauerit, vel etiã iam legitimum præterierit, vel sine causa exheredauerit, rumpitur testam. poteritq; talis filius legitimatus, si fuerit præteritus, dicere testamentum nullum, vel contratabulare; & si sit exheredatus habet querelam. Et hæc est cõmunis conclusio, vt attestatur Alex. in *Rub. ff. de lib. & posth. post nu. 3. & conf. 139. nu. 1. lib. 2.* quem refert Dec. in *l. posthumo, in additio. ad primam lecturã. n. 17. in fin. Socin. conf. 126. nu. 5. lib. 2.* prout illum refert, & sequitur Paril. *conf. 7. nu. 2. lib. 2. & conf. 55. nu. 2. lib. 3. laf. in d. Rub. ff. de libe. & posth. nu. 5. & seq. & conf. 202. col. 2. vers. Stat ergo. lib. 2. Dec. conf. 52. post nu. 1. & conf. 343. post n. 2. vers. Nec obstat si dicatur. & conf. 365 post nu. 7. vers. Quarto concludunt. & conf. 366. nu. 5.* Regulariter enim legitimatus æquiparatur legitimo, vt dixi supra *lib. 2. §. filius.* & ideo omnia iura loquentia de filiis legitimis, habent etiam locum in legitimatis. Et hæc est communis conclusio, vt dicit Socia. in *allegato conf. 226. post nu. 5.*

## ADDITIONES.

**a** *Quod sic.*) Adde etiam atque vide de ista q̄ per Mar. Anguloi. in *conf. 10. in 4. quæsto. vbi similiter de magis communi opinio. ex Ale. in ex. rub. col. 1. in ver. Ad di. quam confirmat aliorum etiam auctoritatibus.*

\* Adde Ramin. Curt. iun. Zuechard. *l. posthumo. C. de bon. poss. contr. tab. Valq. de success. p. 2. l. b. 2. §. 20. nu. 31. & part. 2. lib. 1. §. 6. nu. 3. Burl. conf. 15. nu. 1.*

## QVÆSTIO LXXXV.

## S V M M A R I V M.

*Testamentum an rumpatur per ingressum religionis?*

**Q**VÆRO, an per ingressum religionis testamentum rumpatur? dixi supra q. 28. vers. Sed a re- tentã.

## ADDITIONES.

**a** *Sed resorta.*) Vide quæ ibid. dixi. Sed hic obiter queritur, creditores intrantis religionem quem debeant conuenire, an debitorem vel monasterium? Vide per Spec. *tit. de stat. monach. nu. 53.* de quo etiam dixi *ead. q. 28. in vers. dixi.* Et quod testamentum conditum ab eo, qui intrauit religionem, confirmetur per professionem haud expectata morte naturalis commune dixi in *collecta mea commun. opin. verb. testamentum,* vbi etiam retuli regulam negatiuam.

## QVÆSTIO LXXXVI.

## S V M M A R I V M.

*Testamentum an rumpatur resurrectione testatoris?*

**Q**VÆRO, si testator moriatur, & deinde resurgat, an rumpatur eius testamentum? Est pulchra quæstio, sed de raro contingentibus: si tamen contingeret, prout in Lazaro, quem Christus Dominus noster à mortuis suscitauit, tenendũ est, quod Lazarus à mortuis resurgens hereditatem suam de iure recuperauerit, & ruperit testamentum, si quod prius condiderat, vel tanquam ipsemet (non enim videtur defunctus, qui tam cito reuixit) vel tanquam posthumus, qui de nouo natus esset. Ita tenuit gl'os. in *l. ex his. in gloss. 1. ff. de leg. quæ in hoc communiter est approbata, vt dicit Albe. in d. l. ex his. nu. 1. Alex. in l. si marito, in princ. nu. 5. ff. solut. matrimonio.*

QVÆSTIO LXXXVII

SVMMARIVM.

Testamentum conditum per metum, an sit ipso iure nullum?

**QVÆRO**, nunquid testamentum *†* conditum per metum *a* sit ipso iure *b* nullum, an autem veniat rescindendum ex capite metus? dixi infra lib. 7. §. metus.

ADDITIONES.

*a* Metum.) Hic scias quod metum iustum non inducunt minæ, nisi sic tribus concurrentibus: quod periculum comminatum sit magnum, puta de persona vel de bonis: quod persona minans possit verisimiliter damnum inferre: tertio, quod minans sit solitus minas exequi. De omnibus istis vide per Roland. in cons. 83. nu. 23. Et de metu dixi in collect. mea commun. opin. in verb. me. us.

*b* Nullum.) Commune dixi in collect. mea. versic. testamentum. num. 57.

QVÆSTIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

Vltima voluntas an vitietur falsa latinitate?

**QVÆRO**, nunquid vltima *†* voluntas, vel fideicommissum, vitietur mala grammatica, vel falsa latinitate? dixi supra hoc eod. lib. §. substitutio.

QVÆSTIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

Testamentum, in quo debite solemnitates non intervererunt, an sit ipso iure nullum?

**QVÆRO**, an testamentum, in quo non intervererunt *†* debite solemnitates, sit ipso iure nullum? Respon. quod sic. tex. est in l. 1. ff. de iniusto rupt. Quæ autem sint solemnitates in testamento requisitæ, dixi supra q. 35. & seq. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat regulariter. Sed si sit testamentum privilegiatum, puta, conditum à milite, vel inter *a* liberos, vel ad pias causas, istis casibus, etiam si solemnitates à iure alias requisitæ deficiant, testamentum *b* sustinetur, vt latius dixi supra quæst. 6. & quæst. 8. & quæst. 15. & c.

ADDITIONES.

*a* Inter liberos.) Amplia dupliciter, atque limita sex modis, vt per Ias. in d. l. hac consultiissima. §. ex imperfecto. colum. 1. & 2. C. de testam.

*b* Sustinetur.) De testamento vero quod ex dementia testatoris dicebatur nullum, atque de illius validitate, vide per Rim. iun. cons. 376.

QVÆSTIO XC.

SVMMARIA.

- 1 Ex testamento minus solemniter an oriatur naturalis obligatio?
- 2 Et quid in legatis?
- 3 Et an si legatarius eo casu possit retinere rem legatam, ope exceptionis?
- 4 Et an heres teneatur in foro conscientie persolvere legata in huiusmodi testamento relicta?
- 5 Et quid in hereditate?
- 6 Et an heres scriptus possit eam retinere in foro conscientie?
- 7 Et quid si heres aliquibus ex legatariis legata persolvit, an possit cogi etiam aliis prestare?

**S**ED quæro, an testamentum minus *a* solemniter, vel alias invalidum, sit adeo nullum, vt aliquem iuris effectum producere non possit? Respon. quod lex adeo

fauet defunctorum voluntatibus sustinendis, vt non patiatur eorum dispositiones, etiam nullas & inuvalidas, omni prorsus effectu carere, sed illis etiam præstat aliquod iuris fomentum. Et in primis quidem videmus, quod licet testamentum sit nullum ex causa præteritionis, vel exheredationis: sustinentur tamen omnia in ipso testamento contenta præter institutionem, de quo late dixi supra q. 52.

Præterea ex testamento, vel vltima *†* voluntate minus solemniter, oritur naturalis obligatio. Ita tenet gloss. in l. 1. in gloss. 1. ff. de cond. inde. & est communis opin. vt attestatur Alber. in l. cum quis. circa princ. C. de iuris & facti igno. Bald. in l. si post diuisionem facti, in fin. C. de iur. & facti igno. Corn. cons. 261. in litera Q. lib. 1. & cons. 119. colum. 8. in litera G. lib. 2. in quibus cons. allegat Paul. de Castr. item attestantem in l. 1. C. de fideicom. qui tamen in libro meo hoc non dicit, Socin. in d. l. 1. colum. 2. vers. Circa secundum. ff. de cond. indeb. Alciat. in c. no. uit. post nu. 30. extra de iudic. Dicit etiam Ioan. Anni. in reper. l. nemo potest. nu. 3. ff. de leg. 1. quod ita dicunt communiter Dd.

Sed hæc quidem conclusio intelligenda est, vt procedat *†* in legatis. Nam illa licet in testamento minus solemniter relicta sint, debentur legatariis naturaliter. Et ita loquitur gloss. in d. l. 1. & est communis opin. vt dicit Ias. in d. l. cum quis. nu. 9. & seq. & in l. plane. §. si coniuictim. post nu. 15. ff. de lega. 1. & cons. 82. colum. pen. lib. 1. quem refert Didac. in c. cum esses. num. 5. de testam.

Hinc inferitur, quod si legatarius *†* possideat ipsam rem sibi legatam in huiusmodi testamento minus solemniter, poterit illam retinere ope exceptionis. Ita tenet Bart. in l. nemo potest. nu. 18. ff. de lega. 1. quem omnes Dd. sequuntur, vt dicit Capic. dec. 89. nu. 2. Et ita communiter tenetur, vt dicit Ias. in d. l. nemo potest. in 2. lect. n. 84. quem refert Ioan. Dilect. de arte testam. tit. 3. caut. 3. nu. 3. & Didacus in d. c. cum esses, post n. 10. vers. 3. ex hoc. Hanc etiam opin. dicit esse communem Bertrand. cons. 212. nu. 19. lib. 1. in 2. parte.

Secundo inferitur, quod heres *†* tenetur in foro conscientie persolvere legata in huiusmodi testamento minus solemniter relicta. Ita tenet Abb. in d. c. cum esses. nu. 10. & seq. & est communis opin. vt attestatur Didacus in eo. c. cum esses. post nu. 5. Quæ tamen opin. fortissimis argumentis conuincitur à Didaco in loco præallegato, vt per te videre potes: & certe, si casus contingeret, facile posset sustineri contrarium.

Cæterum in hereditate *†* secus est. Illa enim si relicta sit in testamento minus solemniter, non debetur heredi scripto, neque naturaliter: & ideo non potest neque ad illam consequendam intentare aliquam actionem; neque si illam possideat, retinere ope alicuius exceptionis, si heredes ab intestato illam petant: sed tenetur omnino eam illis restituere. Et hæc est communis opin. vt dicit Iason in d. l. nemo potest. n. 1. lectura, nu. 75. & in d. l. si post diuisionem. nu. 5. & seq. Bertrand. in d. cons. 212. nu. 21. in fin. Ripa in d. l. nemo potest. nu. 202. Regulariter enim lex multo plus fauet sustinendis legatis, quam institutioni heredis, vt de hoc multa exempla congerunt Doctores in locis præallegatis.

Sed quid si iste heres scriptus *†* hereditatem ipsam possideat, & heredes ab intestato eum non molestant, nunquid poterit illam retinere, & erit tutus in foro conscientie? Respon. quod sic: & ita concludunt Doctores, vt dicit Capic. in d. decis. 89. nu. 3. Hanc etiam opin. dicit esse communem Ripa in d. l. nemo potest. nu. 99. quæ tamē (vt verum fatear) mihi nunquā placuit;

prout neque etiam placet Didaco, in *l. cum esset. post num. 10. ver sic. 6. non possum*. Si enim talis hereditas non est illi, neque naturaliter debita; non video, quo iure posse debeat illam retinere, & hoc multo magis, si esset in mala fide, quia scilicet haberet scientiam nullitatis testamenti, & certe non auderem pro hac parte consulere, saltem ante factum. Bene post factum posset retineri communis opin. vt excusaretur ipse heres à restitutione perceptorum, maxime si fuisset in bona fide. Cogita.

Sed hic occurrit vna quæstio, super qua proximis 7 diebus fui interrogatus. Pone, testator condidit testamentum minus solemne, & consequenter inualidum, in quo pluribus personis diuersa legata reliquit. Heres scriptus, adita hereditate, nonnullis persoluit legata à testatore relicta. Cum deinde alius ex legatariis peteret etiam ipse legatum sibi relictum, heres opponebat testamentum esse inualidum; quærebatur, an talis exceptio illi prodesset? Respondeo, quod sic: & consequenter, quod non potest cogi ad alia legata præstanda:\*\*\* Ita tenet gloss. in *l. non dubium*, in gloss. fin. *C. de testam.* & est communis opin. vt dicit Alex. in *ead. l. non dubium. nu. 3.* Quod nota, quia de facili quis responderet prima facie contrarium.

#### ADDITIONES.

<sup>a</sup> *Minus solemne.*) Sed quibus remediis debeantur legata, & fideicommissa ex testamento haud solemni, vide per Duran. *de arte testandi. tit. 2. caute. 3. per totam.* Verum aduerte, quia testamento eodem non licet vti contrariis remediis, nedum eod. tempore, sed nec diuersis. Qui ergo à principio agit tanquam heres directus, & tanquam testamentum valeat, non potest postea agere iure codicillorum vel fideicommissi. Ista regulam, cum quatuor limitationibus, vide per Iaf. in *l. fin. C. de codicill.*

<sup>b</sup> *Præter institutionem.*) Vt dixi etiam supra q. 81.

<sup>c</sup> *Est communis opinio.*) Imo quod testamentum inualidum dicatur heres approbare ex promissione vel solutione sciens id facit, sciens dispositionem non valere: commu. vide per Soc. in *conf. 79. nu. 39. vol. 4.* & dixi in *collecta mea commun. opin. in verb. testamentum, nu. 30.* vel ducatur ignorantia iuris: secus, si ducatur ignorantia facti, quia tunc *secundum d. gloss. & Dd.* non dicitur approbare.

\* Barr. in *l. non dubium. C. de test.* & ibi Alex. *nu. 2. Iaf. num. 10. Ripa nu. 97. Viu. lib. 1. opin. 146. Eman. Soar. inter co. n. opin. vol. 1. in verb. testamento minus solemni.*

\*\* Late Dida. sententiam impugnant Fern. Vafq. in *tract. lib. 1. §. 2. nu. 6. & 8. Hud. Zuat. resp. pro vxore, nu. 41.*

\*\*\* Ac ne quidem si vni partem legati exoluerit, compelletur ad reliqui solutionem, Corn. in *l. non dubium. §. illud. n. 2. & 9. C. de test. Ceph. conf. 377. nu. 51. 52. 53. 54. & seq. vol. 3.*

#### QVÆSTIO XCI.

##### SVMARIA.

- 1 Testamentum contraria voluntate reuocatur.
- 2 Et an requiratur, quod fiat aliud testamentum solemne?
- 3 Et quid si concurrat cursus decennii?
- 4 Et à quo tempore computandum sit huiusmodi decennium?

**D**ICTVM est, ex quibus causis testamenta annullentur, vel rumpantur: nunc videndum, quemadmodum testamenta reuocentur. Et in primis quidem sciendum est, quod testamentum à testatore conditum & contraria voluntate reuocetur, idque rationi est valde consentaneum. Sicut enim in testamentis condendis voluntas testatoris maxime consideratur; ita etiam in illis reuocandis eiusdem testatoris voluntas præcipue consideranda est; vt iuxta communes regulas, eo genere quodque dissoluatur, quo colligatum est, *vulgata l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.*

2 Sed quæro, nunquid ad reuocationem testamenti

sufficiat, quod testator etiam coram septem testibus dicat se testamentum condidisse, & quod non vult tale testamentum valere, sed illud reuocat, & annullat, &c. Resp. quod non; sed requiritur, quod faciat aliud testamentum solemne, cum institutione heredis, & aliis in testamento requisitis. Ita tenet Bart. in *l. si iure. nu. 3. ff. de leg. 3.* cuius opin. communiter approbatur, vt dicit Natta in *repet. Auth. hoc inter, nu. 10. C. de testam.* Et est communis opin. vt dicit Alexand. *conf. 159. post nu. 8. lib. 7. Ruin. conf. 6. nu. 1. lib. 2. Rubeus conf. 41. nu. 4. & 5. Socin. iun. conf. 42. nu. 1. lib. 3.* Non enim potest testamentum solemniter conditum infirmari, nisi aliud testamentum conditum sit, ex quo hereditas adiri possit.

Bene verum est, quod si cum huiusmodi reuocatione coram testibus saltem tribus facta concurrat perseverantia longi temporis, & sic cursus decennii, vtique his concurrentibus, censetur reuocatum primum. Text. est singularis in *l. sancimus. C. de testa.* & est communis opin. vt dicit Alex. in *d. l. sancimus. post nu. 8. vers. Extra glo. Bertr. conf. 213. nu. 3. lib. 1. in 2. parte.*

Sed nunquid istud tempus decennii est computandum, vt currat à die conditi primi testamenti, an autem à die reuocationis? Respon. quod est computandum à die conditi primi testamenti, ita quod si talis reuocatio fiat intra decennium à die conditi primi testamenti, nihil operabitur. Ita dicit gloss. in *d. l. sancimus. in gl. fin.* quam Doct. magis communiter sequuntur, vt dicit Iaf. in *ead. l. sancimus. nu. 15.* Et hanc opin. communiter teneri attestatur Ruin. in *d. conf. 6. nu. 2.* illam etiam dicit esse magis communem Guliel. de Bened. in *1. parte repet. c. Raynurius. fol. 158. nu. 8. in fin.*

#### ADDITIONES.

<sup>a</sup> *Quod non.*) Aduerte tamen, quod si inter præcedens testamentum, & talem reuocationem intercesserit lapsus decem annorum, quod talis reuocatio facta coram non minus tribus testibus esset efficax. Vide per Alex. *cod. conf. 159. col. 2.* qui etiam tenet, quod non sufficeret, reuocationem esse factam apud acta, nisi interuenisset cursus decennii. Facta tamen hoc modo, quia volo intestatus decedere, coram septem testibus fatetur Alex. *ibid. sub nu. 8.* intelligi reuocatum primum testamentum per text. in *l. 1. §. si heres. ff. si tabul. testam. nul. extra.* & not. per Barr. in *l. si iure. ff. de leg. 3. vide q. seq.*

<sup>b</sup> *Saltem tribus.*) Aduerte hic, quod ad hoc, vt sufficiant tres testes, qui probent contrariam voluntatem cum cursu decennii, oportet, quod sint idonei, & sic rogati: qui nisi sint rogati, haud sufficiunt. Et hoc no. esse dicit Ang. de Arret. in *§. ex eo autem. nu. 15.* vbi testatur vidisse de facto in quodam testamento anunculi vxoris suæ, *nu. 10.* haud posse dari remedium, propter quod primum testamentum non possit tolli. Vide *ibid. per eum.*

#### QVÆSTIO XCII.

##### SVMARIUM.

Si testator coram septem testibus reuocet testamentum, quia dicat se velle intestatum decedere, an id sufficiat?

**Q**VÆRO, quid si testator coram septem testibus dicat: Reuoco & annullo testamentum à me prius conditum, quia volo decedere intestatus, nunquid hoc sufficiet ad reuocationem testamenti? Resp. quod sic. Ex quo enim testator asserit se velle intestatum decedere, censetur instituere venientes ab intestato, iux. text. in *l. 1. §. si heres. ff. si tab. testa. nul. extra.* & ita tenet Bart. in *d. l. si iure. post nu. 3. ff. de leg. 3.* & ita præcedens conclusio communiter limitatur, vt dicit Bertran. *conf. 12. post num. 2. lib. 2. in 2. parte.* Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alex. in *d. l. sancimus. nu. 9. & conf. 30. nu. 3. lib. 3.* quem refert Dec. *conf. 582. nu. 1. & Bertr. conf. 25. in prin. lib. 3. in 1. parte, Ioan. Dilect. de arte testam.*

*testam. tit. 10. caut. 3. nu. 2. & Didac. in Rubr. de testam. in 2. parte. post n. 21. vers. Sexta conclus. Natta in d. Auth. hoc inter. num. 11.*

QVÆSTIO XCIII.

SVMARIA.

- 1 Si testator testamentum à se conditum incidat, vel cancellat, an annulletur illud testamentum?
- 2 Et an eo casu hereditas applicetur fisco, vel venientibus ab intestato?

**Q**UÆRO, quid si testator voluntatem suam non verbis, sed facto declarat, puta, quia testamentum à se prius conditum incidat, vel cancellat, nunquid tale testamentum annullabitur? Resp. quod sic. Text. est in l. nostram. C. de test. & ita concludunt communiter Doctores, ut ait Crauet. conf. 228. n. 1. Hanc tamen intelligo, ut procedat in testamento condito in scriptis; sed si esset testamentum nuncupatum in scriptis redactum, prout hodie communiter testamenta conduntur, & testator forte habens à Notario exemplum authenticum illud incidere, vel cancellare; non crederem hoc solum sufficere ad annullandum vel reuocandum ipsum testamentum. Bene verum est, quod si testator ipsum exemplar seu originale existens apud Notarium cancellari faceret, crederem tale testamentum prorsus reuocatum & annullatum censeri debere, dummodo legitime appareret cancellationem coram septem testibus factam fuisse ex iussu ipsiusmet testatoris.

Sed quæro, an in casu huiusmodi cancellationis, vel incisionis testamenti per testatorem factæ, hereditas transeat ad venientes ab intestato: an autem applicetur fisco, tanquam si heredes à testatore fuissent reputati indigni, & consequenter fiscus eam ab illis auferre possit? Resp. quod si apparet de voluntate testantis, illa attendi debet. Ita communiter dicitur, ut ait Imol. in c. cum effes, post n. 30. vers. An & quando. de test. Si vero non apparet de voluntate testatoris: tunc in dubio tenendum est, quod hereditas vadit ad venientes ab intestato, non autem ad fiscum. Et hæc opinio est magis communis, ut dicit Alex. in d. l. nostram. nu. 3. & dicit etiam Ang. Aret. in § ex eo. post n. 2. vers. 2. principaliter. Institut. quib. modis test. infirm. Quod ita dicunt communiter Doctores; intellige, quando testator totum testamentum incidit: sed si tantummodo deleat nomina heredum, videtur illos reputasse indignos, & ideo fiscus ab illis auferre poterit hereditatem, exclusis venientibus ab intestato.

QVÆSTIO XCIV.

SVMARIA.

- 1 Regulariter primum testamentum reuocabitur per secundum?
- 2 Et quid in testamento condito coram Imperatore?
- 3 Et quid si in primo testamento appositum sit iuramentum?
- 4 Et an eo casu, facta reuocatione, testator dicatur periurus?
- 5 Iuramentum in testamento appositum habet vim clausula derogatorie.

**Q**UANDO testator post conditum primum testamentum condit aliud, & sic secundum testamentum validum, & solemne; nulla est inter Doctores controuersia quin regulariter primum tollatur & per

secundum: b\* text. est in §. posteriore. Instit. quib. mod. re- b  
stam. infir. & hæc est communis regula, ut dicit Dec. c  
conf. 264. n. 1. fin.

Et hæc quidem conclusio locum habet non solum in testamentis priuatim confectis, sed etiam in testamento facto coram Imperatore, vel etiam auctoritate ipsius Imperatoris confirmato: adhuc enim per aliud testamentum etiam sine consensu Imperatoris conditum, reuocatur. Ita dicit Bart. in l. omnium. nu. 3. C. de test. qui in hoc est communiter receptus, ut ait Didac. in Rubr. de test. in 2. parte. post n. 2. Faciunt quæ dixi supra, lib. 1.

Sed quid si testator in primo testamento appositum iuramentum, promittendo, & iurando, quod illud non reuocasset, nunquid si postea condit secundum testamentum, illud primum censetur reuocatum, non obstante illo iuramento? Respon. Aliqui dixerunt, quod secundum testamentum factum post primum iuramentum non valet: dicit Albe. in l. 1. circ. ff. C. de sacros. Eccles. quod ita tenent communiter Canon. Tu vero tene contrarium, scilicet, quod non obstante iuramento, primum testamentum per secundum reuocatur: & ita tenet gl. in c. ult. voluntas. in gl. vnica. post med. 13. quest. 2. & ita concludunt omnes, ut dicit Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. nu. 5. ff. de verbor. obligat. quem refert Didac. in Rubr. de testam. in 2. parte post n. 15. & dicit Imol. in c. cum contingat. num. 31. de iureiur. quod in hoc omnes concordant. Hanc etiam dicit esse communem determinationem Dd. Paul. de Castr. conf. 339. post n. 1. lib. 1. Alex. in l. pactum quod dotale. nu. 3. C. de pact. & conf. 18. n. 2. lib. 2. Mayne. in l. nemo potest mutare. col. 25. & 26. de reg. iur. quem refert Episcopus Loazes in suis alleg. pro Marchio. Velez. fol. 384. n. 160. Alexan. in d. c. cum contingat. n. 77. Cotta in verbo, Testatorem inducere, colum. 1. & sic vides, quod hæc est magis communis opinio. Legistæ & Canon. quæ etiam optima ratione fundatur, quia nemo potest sibi legem inducere; quo minus dispositionem suam in tempus mortis collatam, ante mortem quodcumque mutare possit.

Sed nunquid testator reuocando illud primum testamentum erit periurus? Resp. Bart. in d. l. si quis in principio testamenti, in prin. n. 14. tenuit quod non; & dixit Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, col. 2. quod ita tenent communiter Legistæ, quem refert Cotta in d. verbo, Testatorem inducere, colum. 2. & Dida. in d. 2. parte, post n. 15. vers. Secunda opin. Sed contrarium est verius, scilicet, quod imo est periurus, & ideo debet petere absolutionem à iuramento. Et hæc est communis opinio. ut dicit Alex. in d. conf. 18. n. 12. Alc. in d. cum contingat. n. 78. Natta in d. Auth. hoc inter, nu. 83. & de hoc non videtur dubitandum.

Vnum tamen nota in hoc proposito, quod tale iuramentum appositum in primo testamento, habet vim clausula derogatorie; & sic operatur, quod non poterit per aliud testamentum reuocari, nisi in ipso secundo testator apposuerit reuocationem ipsius iuramenti. Ita dicit Bar. in l. si quis in principio testamenti, in prin. n. 15. post Io. And. in Mercurial. in c. quod semel, de reg. iur. in 6. quem sequuntur communiter Doct. ut dicit Berr. conf. 143. n. 2. lib. 3. in 2. parte. Hanc etiam opinio dicit esse communem Soc. in d. §. in legatis. col. pen. vers. Sexto infertur. Natta in d. Auth. hoc inter, num. 56. C. de testam.

ADDITIONES.

a Tollatur.) Adde, quod sufficit testamentum primum tollatur per secundum, quod testator ad interrogationem No-  
F 4 caui

rarii dicat sic; commune attestatur Dec. *conf.* 489. n. 3. Item vnum hic not. quod testamētum primum, in quo testator voluit, quod non possit per secundum reuocari, nisi in illo registrata sint quaedam formalia verba, haud reuocatur per secundum, nisi per expressam reuocationem: atque facta mentione de dictis verbis derogatoriis, commune attestatur Nat. *in conf.* 639. & vide per Dec. *in conf.* 475. & 489. & ampliat Nat. *vbi sup.* n. 5. procedere etiam stante statuto, quod vltimum testamentum teneret haud facta mentione de dictis verbis derogatoriis. Vide de hoc etiam *in collecta mea comm. opi. in verb. testamentum* n. 9. & 10.

b *Per secundum*) Aduerte hic, quod testamentum etiam secundum factum coram quinq; testibus in quo instituti sunt venientes ab intestato, licet valeat, haud tamen valeret, quando in primo testamento sunt instituti venientes ab intestato, etiam si non omnes, sed si aliqui: commune vide per Soc. *in conf.* 229. col. 1. & *in d. collecta mea comm. opi. verb. testamentum*. num. 12. Item nota, quod testamentum secundum non reuocatur primum, vbi rite & recte factum haud fuit; commune per Rolan. *in conf.* 33. nu. 4. volum. 3. vide per Ceph. *in conf.* 519. atque 548.

c *Reuocatur*) Adde commune etiam per Dec. *in cap. cum acceffissent*. col. 1. de *constit.* & dixi etiam *d. colle. mea commun. opi.* num. 44.

d *Reuocatum*) Et quod haud sit dare remedium, propter quod primum testamentum non possit tolli, etiam si fuerit iuratum: vide supra, & Oldr. *conf.* 27. & 160.

\* Hoc est verū, etiam si primum coram 20 testibus factum foret, posterius autem coram legitimo numero testium. Alex. *conf.* 146. n. 12. vol. 2. Burs. *conf.* 47. n. 78. quin etiam coram septem testibus ad pias causas conditum per factum coram duob. testibus reuocatur Ias. *in l. si ita scriptum*. nu. 29. de *leg.* 3. Alex. *l. hac consultiſſima*. §. *si quis autem*. C. de *test.* Tiraq. de *prin. pia cau. priu.* 2. Ceph. *conf.* 32. & 33. vol. 2. sed an per secundum inter liberoſi iure & priuilegio patris factum tollatur prius ſolemne. Rom. *conf.* 179. n. 17. & *conf.* 385. Alex. 146. vol. 2. Soc. *iun. conf.* 104. n. 32. & 33. lib. 7. Gabr. de *testam. con.* 7.

### QVÆSTIO XCV.

#### SVMARIA.

- 1 Donatio facta in pœnam mutationis testam. an valeat?
- 2 Et quid si heres promittat legatariis legata praestare?

QVÆRO etiam, quid si testator in actu condendi testamenti dicat, se ita testari, & nolle ipsum testamentum aliquo modo reuocare, & quod si illud aliquando reuocaret, eo casu ex tunc donat a omnia bona sua heredi scripto, &c. Nunquid ꝑ talis donatio facta in pœnam mutationis testamenti valebit, ita quod testator non possit illam per aliam posteriorem voluntatem reuocare? Resp. Dyn. *in c. quod semel in fin. verbis de reg. iur. in 6.* tenuit, quod talis donatio irrevocabiliter valeat. Et hanc opin. dixit esse cōmunē Bal. *conf.* 338. lib. 2. prout illum refert Ioan. Dilect. de *arte testandi. tit. 10. caut. 2. nu. 1.* Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo talis donatio non valeat, tenuit Cyn. *in l. 1. C. de sacrosan. Eccles.* & hæc opin. est magis communis, vt dicunt Scribentes *in d. l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig.* & in specie Alex. n. 3. & Ias. num. 7. Crot. n. 13. & Butigella, n. 7. Idem dicit Roman. *conf.* 181. circa *prin.* Maria. de *oblatio. in libello* 13. num. 17. qui dicit, quod ita concludunt communiter Doctores, Alex. *conf.* 25. num. 6. lib. 3. & *conf.* 156. num. 5. lib. 7. vbi dicit, quod ita communiter concluditur. Didac. *in Rubr. de testam. in 2. parte, num. 17.* Apostil. ad Dyn. *in d. c. quod semel, in fin.* Nam lex (vt dixi) noluit reperiri aliquem modum, per quem tolli possit libera testandi facultas, cum ambulatoria sit hominis voluntas vsq; ad mortem.

In hoc tamen proposito nota cautelam, quid si testator faciat, quod heres ꝑ promittat legatariis, vel fideicommissariis praesentibus, vel si sint absentes,

Notario eorum nomine stipulanti, praestare illis legata, vel fideicommissa in testamento relicta: eo casu talia legata transeant in vim contractus, & poterunt probari per duos testes tantum. Et ita poterit heres ex tali promissione conueniri. Ita colligitur ex dictis Bart. *in l. nemo potest, circa princ. vers. Contra hoc ff. de leg. 1.* quem Scribentes communiter sequuntur, vt dicit Cotta *in d. verbo, Testatorem inducere, col. 2.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Crot. *in repet. dict. l. nemo potest, n. 19.* Quæ tamen decisio praesupposita reuocatione testamenti mihi non placet; quia heres videtur promississe tanquam heres, non autem de proprio, arg. eorum quæ notat Bar. *in l. cum quis decedens. §. qui testamento ff. de leg. 3.* & forte etiam intentio Bartol. *in d. l. nemo potest.* non fuit hæc, ad quam allegatur Cogita.

#### ADDITIO.

a *Ex tunc donat.*) Et hoc clarum est in donatione vniuersali, vt dicit Dec. *in conf.* 294. *in princ.* qui tamen consulit valere donationem factam in pœnam particularis legari. Vide per eund. *vbi per 101.* quia plene articulum examinat, & contraria diluit.

### QVÆSTIO XCVI.

#### SVMARIA.

Vbi ex secundo testamento non fuerit adita hereditas, nunquid primum censetur nihilominus reuocatum?

DIXI supra, quod primum testamentum reuocatur per a secundum. Quæro, quid si ex secundo testamento non fuerit ꝑ adita hereditas, nunquid nihilominus primum testamentum censetur reuocatum? Resp. quod sic. Satis enim est, quod contingit hereditatem ex ipso testamēto adiri ꝑ potuisse, licet adita non fuerit. Et ita communiter tenetur, vt dicit Alex. *conf.* 37. n. 3. lib. 1. & *conf.* 87. n. 7. lib. 2. quem refert Didacus *in dicta parte, post n. 21. vers. Septima conclusio.* Quinimo, etiam si illud secundum testamentum non fuisset à principio validum, neq; postea conuallidatum fuisset, sed bene potuisset aliquo casu recoualidari, prout potes videre exempla supra *quæst. 43. vers. Sed quid si ipse. & q. 55. vers. Sed pone,* adhuc tamen primum testamentum censetur per illud secundum reuocatum, & annullatum. Et hanc dicit esse cōmunem opinio. Ruin. *conf.* 8. n. 8. lib. 3. Ego tamen nō credo hanc opin. esse magis communem, neque veram. Omnes enim fere Dd. in hac materia loquentes concludunt, ad hoc, vt primum testamentum reuocetur, requiri, quod secundum sit validum, & ſolemne, ita, quod ex eo aliquando potuerit hereditas adiri. Propterea opinio illa, quam Ruin. dicit communem, non esset iudicio meo in practica tenenda. Et ita etiam Ruin. ipse in loco præallegato super ea se non fundat, sed transit ad alia fundamenta.

#### ADDITIONES.

a *Per secundum.*) Item testamentum primum quando reuocetur per secundum, vide per Caph. *in conf.* 32. & Rol. *conf.* 33. volum. 3.

b *Adiri potuisse.*) Ad idem vide per Caph. *eo conf.* 32. n. 7.

\* Sed pone, incapaces scriptos in secundo, qui nunquam adire potuerunt, non secus tamen prius antiquatum, & abrogatum censetur, *l. cum quidam ff. de his, quib. vt indig.* Caph. *conf.* 73. n. 35. & 16. vol. 1.

### QVÆSTIO XCVII.

#### SVMARIA.

- 1 Quandoque etiam per secundum testamentum minus ſolemne reuocatur primū ſolemne, nonnullis concurrentibus, de quibus in l. hac consultiſſima. §. si quis autem. C. de test.
- 2 Et

- 2 Et quid si in huiusmodi secundo testamento esset præteritus vnus ex filiis testatoris?  
 3 Et an ex hac vltima voluntate dicatur succedi ex testamento, an autem tanquam ab intestato?

**V**N vs tamen est casus, in quo † testamentum a perfectum & solemne tollitur per secundum testamentum, licet imperfectum & minus solemne, quando scilicet hæc tria concurrunt. Primum, quod in illo primo testamento fuerint instituti extranei. Secundum, quod in secundo testamento fuerint instituti venientes ab intestato. Tertium, quod in secundo interuenerint saltem quinque testes. Est de hoc text. singularis in lege hac consultißima. §. si quis autem. C. de test.

2 Scias tamen, quod † dispositio d. §. si quis autem. nõ habet locum, quando in secundo testamento esset præteritus aliquis ex filiis ipsius testatoris. Ita tenet Bar. in l. si ex duobus, la. 1. §. si prius, n. 2. ff. de bon. poss. contra tab. & est communis opin. vt dicit Alex. in d. §. si quis autem. n. 9. Faciunt in hoc proposito ea, quæ dixi supra, q. 8. vers. Sed quero.

3 Item scias, quod hæc vltima † voluntas, quæ validatur ex dispositione d. §. si quis autem. non est testamentum: sed defertur ex illa successio ab intestato. Ita dicit Bal. in d. §. si quis autem, anten. 1. & ita communiter tenetur, vt ait Corn. cons. 172. col. 3. in litera H. lib. 2. Quod nota, quia est mirabile quod causa intestati trahat ad se causam testati, contra regulam quam posui infra §. fin. Et ex hac conclusione resultare potest maxima vtilitas, vt dixi supra q. 13.

ADDITIONES.

a Testamentum perfectum. Hic scias quod quadruplex est testamenti perfectio. Vna in materia, vt voluntas sit completa & perfecta. Secunda est in substantia, quæ consistit in heredis institutione, alias testamentum esset sine capite. Tertia est in solemnitate: quæ appellatur diligentia legum. Quarta est ad confirmationem; & hæc est duplex. De omnibus vide per Nat. in cons. 647. sub n. 2.  
 b Ab intestato. Adde etiam, si non omnes sed aliqui: vt commune dixi, supra q. 94. vbi etiam, quando non reuocatur.

QVÆSTIO XCVIII.

S V M M A R I A.

- 1 Testamentum inter liberos an posteriore testamento reuocetur?  
 2 Et quid si in eo sint pariter instituti filii?

**R**ETENTA prædicta conclusione, quod primū testamentum reuocatur per secundum; Quæro, nunquid locum † habeat in testamento condito inter liberos, ita vt & ipsum testamentum inter liberos cõditum, simpliciter confecto alio posteriore testamento, reuocetur? Resp. quod non, nisi in hoc secundo testamento duo concurrant, Primum, quod sit confectum coram septem testibus. Secundum, quod in eo pater expresse dicat, se primum testamentum reuocare. Est de hoc text. expressus in Auth. hoc inter. C. de test. Et quod de primo testamento condito inter liberos debeat in secundo fieri mentio specialis, alias non censeatur reuocatum per secundum, est communis opin. vt dicit Gomef. in c. 1. n. 171. de constit. in 6. Boer. dec. 240. post num. 10.

Hoc tamen intellige, vt procedat, quando in secundo testamento est institutus heres extraneus. Nã eo casu vtique; illa duo requiruntur, de quibus supra. Sed si in secundo testamento pariter † essent instituti filii, & illud secundum esset ipsis filiis magis fauorabile, non modo primum non solemniter conditum reuocatur per secundum solemne, sed quod plus est, etiam si primum esset perfectum & solemne, & istud

secundum magis fauorabile esset imperfectum & minus solemne, primum intelligitur reuocatum per istud secundum. Ita dixit gl. in Auth. de testamento imperfecto, in princip. in verbo, Perfecta, quæ est communiter approbata, vt dicit Ias. in d. Auth. hoc inter. nu. 1. in fin. Soc. iun. cons. 145. n. 58. lib. 2. Hanc etiam opin. dicit esse communem Rimin. in d. Auth. hoc inter. col. 1. quem refert Paris. cons. 35. num. 23. lib. 2. Crot. in c. 1. col. 8. de constit. in 6. quem refert Dida. in Rub. de testam. in 2. par. post num. 19. vers. Sexto deducitur. Soc. iun. cons. 127. nu. 10. libr. 1. subdens, quod cum hoc sit in iure nostro exploratissimum, non est super eo hæsitandum.

QVÆSTIO XCIX.

S V M M A R I A.

- 1 Primum testamentum, in quo adsit clausula derogatoria, an tollatur per secundum?  
 2 Et quid si talis clausula erat derogatoria potentia, non voluntatis?  
 3 Et quid si vnum tantum testamentum præcesserit?  
 4 Et quid si primi testamenti derogatorie testator in secundo specialem mentionem fecit?  
 5 Et quomodo dicatur facta illius specialis mentio?  
 6 Et an hæc locum habeant in testamento inter liberos?  
 7 Et quibus modis dici possit facta mentio clausula derogatoria?  
 8 Et quid si appareat restatorem omnino voluisse secundum testamentum preualere?  
 9 Et quid si inter ipsa duo testamenta effluxerit spacium decem annorum?  
 10 Et quid si in secundo testamento appositum sit iuramentum?  
 11 Et quid si secundum testamentum conditum fuerit apud acta?  
 12 Et quid si in clausula derogatoria non expressa à restatore, sed à lege subintelligita?

**Q**VÆRO, tu scis, quod eo ipso, quod testator facit secundum testamentum, censetur reuocasse primum, etiam si de eo nulla mentio facta sit. Pone modo, quod testator in primo testamento † apposuerit clausulam derogatoriam, puta, quia dixerit, & hoc meum testamentum volo valere, non obstante quocumque testamento per me posthac condendo: vel, nolo aliud testamētum per me in futurum faciendū valere, nisi in eo sit descripta tota oratio Dominica, vel huiusmodi. Nunquid si deinde testator condat aliud posterius testamētum, illud primum censebitur reuocatum, & annullatum? Resp. hæc est valde intricata quæstio, in qua Scribentes varie loquuntur, Propterea pro intelligentia distinguendi sunt nonnulli casus.

Primus casus est, quando testator in secundo testamento nullam mentionem fecit primi testamenti, neque clausulæ derogatoriæ in eo insertæ. Et hoc casu omnes concordant, quod per huiusmodi testamentum sit reuocatum primum habens clausulam derogatoriam; intellige, quando est derogatoria voluntatis, vt statim dicam. Præsumitur enim in secundo testamento defectus voluntatis, & ideo firmū remanet primū. Et in hoc nulla est cõtrouersia inter Doctores.

Secundus est casus, quando testator in secundo testamento apposuit clausulam generalem reuocatoriam omnium testamentorum à se prius cõditorum, puta, quia dixit, cassans, & reuocans omnia, & quæcumque testamenta à me hæcenus cõdita, quæ clausula

communiter solet à Notariis apponi in omnibus testamentis: & in hoc pariter omnes concordant, quod illa non sufficiat ad reuocationem primi testamenti habentis clausulam derogatoriam. Talis enim reuocatoria generalis, etiam si expresse posita non sit, tacite tamen inest ex natura actus, merito expressa nihil operatur.

2. Hoc tamen non ita absolute procedit; debes enim scire, quod clausula derogatoria potest dupliciter concipi, ut declarat Bart. in *l. si quis in principio testamenti, in princ. n. 4. in fin. ff. de leg. 3.* Primo per verba respicientia potentiam, puta, nolo me posse condere aliud testamentum; vel, nolo posse hoc testamentum reuocare. Secundo concipi potest per verba respicientia voluntatem, puta: si condidero aliud testamentum, nolo illud valere. Dic ergo, quod si quidem est concepta per verba derogatoria voluntatis, procedit conclusio, ut non sufficiat generalis reuocatio, sed si esset concepta per verba derogatoria potentie, utique sufficeret. Et hoc dictum est magis commune, ut dicit Corn. *conf. 68. in lit. B. lib. 3. & conf. 21. in lit. P. lib. 4.* Hanc etiam sententiam fatetur esse communem Didac. in *Rubr. de testam. in 2. parte, post num. 19. vers. Secunda conclusio.* Cum enim nemo possit sibi auferre liberam facultatem testandi, talis clausula derogatoria potentie nihil operatur, & pro non apposita habetur.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando duo testamenta, vel plura præcesserunt illud vltimum testamentum. In quibus omnibus vel altero eorum essent appositæ clausulæ derogatoriæ: nam eo casu proculdubio generalis reuocatio non sufficit, sed necesse est fieri mentionem ipsius clausulæ derogatoriæ, secundum magis communes conclusiones, ut dicit Alexand. in *l. 2. nu. 2. ff. de liber. & posthum.* Sed quid si vnum tantum testamentum præcesserit, in quo sit inserta clausula derogatoria, nunquid sufficiet, quod in hoc vltimo dicat, Cassans & irritans omne aliud meum testamentum? &c. Resp. Bartol. in *l. si quis in principio testamenti, in princ. n. 9.* tenuit, quod hoc casu talis reuocatio generaliter facta sufficiat: quæ tamen verba Bart. aut in meo codice sunt corrupta, aut à Doctoribus non fideliter recitata, & dicit Guid. Papæ, *conf. 65. n. 20. & conf. 125. post n. 3. vers. Et hanc vltimam,* quod ita determinant Doct. omnes indistincte. Sed quidquid dicat Guido Papæ, illa opin. Bart. communiter reprobat. ut dicit Ias. in *l. sancimus, post num. 14. vers. Quarto fallit. C. de test. Rub. consil. 24. num. 12.* Natta in *d. Auth. hoc inter. num. 25.* Et dicit Ruin. *conf. 5. post num. 9. vers. Nec obstat, lib. 2.* quod contra Bart. in hoc tenent communiter Doctores, & ideo, etiam si vnum tantummodo testamentum præcesserit, tenendum est, quod non sufficiat generalis reuocatio, sed requiratur, quod de ipsa clausula derogatoria fiat specialis mentio, & hæc opin. contra Bart. est magis communis, ut dicit Alexan. *conf. 25. num. 4. lib. 3. & conf. 7. lib. 4.* quod est duplicatum *consil. 44. eod. vol.* Idem Alexan. *consil. 156. num. 3. lib. 7. & consil. 163. post num. 7. eod. volum. & consil. 172. in princip. eod. volum.* quem refert Felin. in *cap. nonnulli, numer. 5. de rescript. & Tiraquel. de Legibus connub. gloss. 7. n. 131.* Ruin. *consil. 10. circa fin. lib. 2.* Apostil. ad Bart. in *dict. l. si quis in principio, sub num. 9.* Didac. in *dict. Rubric. de testamen. in 2. parte, post numer. 19. vers. ficul. Tertiam hanc.* Passus est arduus, & multæ sunt auctoritates Doctorum hinc inde, ut videri potest apud Iason. in *d. l. 2. numer. 11. ff. de liber. & posthum.* qui multos refert tenentes cum Bart. & subdit, quod

si d. Alexan. vidisset illas auctoritates, non ita passim dixisset communem sententiam Doctorum esse contra Bartol. Sed certe negari non potest, quin opin. contra Bartol. sit magis communis, propterea consulendo aut iudicando non esset ab ea recedendum. Illa enim clausula derogatoria in primo testamento apposita, facit præsumi secundum testamentum, in quo non sit illi clausulæ derogatum, fuisse confectum potius ad suggestionem, vel importunitatem alterius, quam ex voluntate ipsius testatoris: quæ ratio eodem modo militat, siue vnum testamentum tantum, siue plura præcesserint.

Tertius est casus, quando in secundo testamento testator fecit specialem mentionem primi testamenti derogatorii, & illud reuocauit; & tunc concludunt Doctores, quod primum sit reuocatum, & annullatum. Ita tenuit Dyn. in *c. quod semel, col. si. de regul. iur.* & ita se habet communis opin. ut dicit Salic. in *d. l. sancimus, post num. 6. in 5. q. C. de testam. quem refert Alex. conf. 7. num. 18. lib. 4. quod est duplicatum conf. 44. eod. volum. Alex. in d. l. sancimus, nu. 5. Corne. in d. conf. 86. in litera B. & in litera R. lib. 3. Natta in rep. Auth. hoc inter. num. 25.*

Sed quæro, quomodo dicatur facta specialis mentio seu reuocatio primi testamenti derogatorii? Resp. Bart. in *d. l. si quis in principio testamenti, in pr. numer. 8.* tenet, quod tunc dicitur fieri specialis mentio primi testamenti, quando testator facit mentionem de clausula derogatoria, in ipso testamento inserta, puta, quia dicat: non obstante alio testamento habente clausulam derogatoriam. & dicit Corn. in *d. conf. 86. in liter. M.* quod ista opin. Bartol. est communis. Et quod requiratur specialis mentio clausulæ derogatoriæ dicit esse communem Socin. *conf. 163. post n. 7. vers. 2. præmitto, & post n. 14. lib. 2.* Guid. Papæ *consil. 64. num. 2.* subdens, quod hanc communem opin. approbat communis usus in iudiciis, & obseruantia. Ruin. in *dict. consil. 10. numer. 3. lib. 2.* Socin. iun. *conf. 124. numer. 3. lib. 1.* quem refert Didac. in *dict. Rub. de testam. in 2. parte, post num. 15. vers. ficul. 3. conclusio.* Hæc tamen opin. quod scilicet non aliter dicatur fieri specialis mentio primi testamenti, nisi facta mentione clausulæ derogatoriæ in eo insertæ, mihi semper visa fuit dura: & contra omnem æquitatem. Non enim video, qua ratione non deberet dici facta specialis mentio primi testamenti derogatorii, quando testator in secundo testamento diceret, non obstante alio testamento per me condito, in quo institui talem, vel de quo fuit rogatus talis; quæ demonstratio saltem respectu testamenti videtur esse non modo specialis, sed etiam singularis, & indiuidua. Et ita credo fuisse de mente gl. in *l. si mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. & in d. l. si quis in principio testamenti, in princ. in verbo, Accipiat.* & Dyn. in *d. c. quod semel, prout etiam videretur fateri Bart. in dict. l. si quis in principio testamenti, num. 8.* & hanc sententiam multi Doctores secuti sunt. Nihilominus, quia contraria opin. forte est magis communis, posset ita distingui, etiam ex mente Bart. in *loco præalleg.* quod Aut clausula derogatoria, in primo testamento inserta, erat simpliciter concepta, puta, si fecero aliud testamentum, nolo illud valere, & hoc casu sufficiat, quod fiat eiusmodi singularis, & indiuidua mentio testamenti, etiam si non fiat mentio de ipsa clausula derogatoria. Aut vero dicta clausula derogatoria habet insertam aliquam specialem formam, puta: nolo aliud testamentum per me faciendum valere, nisi in eius principio sit posita oratio

tio Dominica, vel huiusmodi. Et hoc casu procedat communis opinio, quod scilicet debeat fieri mentio ipsius clausulæ derogatoriæ. Cogita, quia articulus propter varietatem opinionum est valde dubius: & dicit Socin. in d. §. in legatis, col. 4. vers. 4. insertur. quod in hac quæstion. Iudex ex variis circumstantiis posset aliquando in vnam, aliquando in alteram partem moueri, & ideo bonum esset habere Iudicem fauorabilem. Distinctio tamen per me posita, iudicio meo, sapit magnam æquitatem, & credo, quod iudex, qui illam sequeretur, non erraret.

6 Hæc autem conclusio, quod in primo testamento debeat fieri specialis mentio clausulæ derogatoriæ, in primo testamento insertæ, locum habet, siue primum testamentum conditum sit inter extraneos, siue inter liberos. Nā si in testamento inter liberos sit appositæ clausula derogatoriæ expressa, non sufficeret in secundo testamento dicere, non obstante testamento condito inter liberos: sed opus etiam esset addere, & non obstante clausula derogatoriæ in eo inserta. Ita dicit Paul. de Castr. in Auth. hoc inter. n. 5. C. de testam. & est communis conclusio, vt dicit Rub. conf. 24. num. 13. Ioan. Dilect. de arte testan. tit. 10. caut. 1. post n. 3. Didac. in d. 2. parte. post n. 19. vers. Hinc scribit Paul.

Sed in hoc proposito scire debes, quod tripliciter potest fieri mentio clausulæ derogatoriæ, scilicet generaliter, specialiter, & in indiuiduo. Generaliter, puta, si testator dicat cassans, & reuocans quodcumque testamentum à me prius conditum, & omnia in eo contenta. Specialiter, puta, si dicat, cassans & irritans omne testamentum à me prius conditum, non obstante aliqua clausula derogatoriæ in eo inserta. In indiuiduo, puta, si dicat, non obstante illa clausula derogatoriæ in primo testamento inserta, quod scilicet nolebam illud posse reuocari, nisi in secundo testamento apposuissem orationem Dominicam, vel huiusmodi. Quæro ergo, qualis reuocatio in isto secundo testamento requiratur, ad hoc, vt sit derogatum illi clausulæ derogatoriæ, in primo testamento insertæ? Responsum tantum sit facta generalis reuocatio, sine vlla mentione clausulæ derogatoriæ, fere omnes in hoc conueniunt, quod illa non sufficiat, sed necesse sit, quod sit specialis mentio ipsius clausulæ. Et hæc proculdubio est communis opin. vt dicit Corn. in d. conf. 86. in litera R. lib. 3. Guid. Papæ in d. conf. 64. post n. 2. Iac. in d. l. si mihi & tibi. §. in legatis. n. 12. Rub. conf. 24. n. 4. Nat. in dict. Auth. hoc inter. num. 29. & seq. Emil. Ferret. conf. 45. numer. 3. Didac. in d. 2. parte, post num. 15. vers. scilicet. Secundum non esse. Punctus est, an sufficiat specialis derogatio, an autem requiratur, quod in indiuiduo fiat mentio verborum ipsius clausulæ derogatoriæ. Dic, quod sufficit specialis mentio, non autem requiritur indiuidua, & ideo satis erit, si dicatur, non obstante aliqua clausula derogatoriæ in ipso testamento inserta. Et hanc opinionem dicit esse magis communem Alexand. consil. 134. post numer. 15. vers. & ex prædictis, & in fine consil. lib. 1. Socin. in dict. §. in legatis. colum. 3. vers. sic. Ex quibus patet. Iac. in d. §. in legatis. num. 12. Rub. in d. conf. 24. post numer. 4. & post num. 9. Paris. conf. 24. num. 9. lib. 2. vbi dicit, quod ita communiter concluditur. Apoll. ad Dyn. in d. cap. quod semel. col. fin.

8 Cæterum hæc conclusio, quæ tamen habet, primum testamentum, in quo adsit clausula derogatoriæ, non reuocari per secundum, nisi in isto secundo etiam sit facta mentio ipsius clausulæ derogatoriæ, limitanda est, vt non procedat, nisi ex verbis in vltimo testamē-

to appositis, vel aliter appateret testatorem ex aliqua causa mutasse voluntatem, & voluisse illud vltimum \*\*\* testamentum præualere. Nam eo casu, etiam si ipsius clausulæ derogatoriæ nulla sit facta mentio: adhuc tamen secundum testamentum præualeret primo. Ita dicit Bald. in d. l. sancimus. post nu. 6. C. de test. quem attestatur esse communiter receptum Dida. in d. 2. par. post n. 29. vers. Quarta conclusio. & est communis conclusio, vt dicit Soc. conf. 2 post n. 12. vers. Præterea. lib. 2. Paris. conf. 24. n. 32. & seq. lib. 2. & conf. 34. n. 57. eo. vol. & conf. 10. n. 21. lib. 3. Soc. iun. conf. 116. n. 6. lib. 1. & conf. 124. n. 52. eo. vol. Ioan. Dil. de arte testan. tit. 10. caut. 1. post num. 3. Semper enim in vltimis voluntatibus ipsius testatoris voluntas ante omnia spectanda est.

Scias etiam, quod si inter primum & secundum testamentum effluxerit tempus decem annorum, validum erit secundum, \*\*\*\* etiam si in eo non sit facta mentio clausulæ derogatoriæ, in primo testamento insertæ. Ita dicit Bal. in d. l. sancimus, n. 6. in fin. loquendo per verbum, forte. Et est commun. opin. vt ait Paris. in d. conf. 10. nu. 17. lib. 3. quem refert Didac. in d. 2. parte, post n. 19. vers. Nonno non erit. Rubeus in d. conf. 24. num. 7. Nam per lapsum decenniū inducitur præsumptio obliuionis, vt dixi infra lib. 7. §. possessio. & ideo non præsumitur in secundo testamento ommissa reuocatio clausulæ derogatoriæ ex voluntatis defectu, sed potius ex defectu memoriæ; & sic non obstante tali omissione, testamentum sustinetur.

Item scias, quod si in secundo testamento iurasset testator, se velle illud esse suum vltimum testamētum, eo casu hoc secundum præualeret, etiam si in primo fuisset inserta clausula derogatoriæ. Ita tenet Bal. in d. l. sancimus. post n. 6. & est communis conclusio, vt ait Nat. in d. Auth. hoc inter. n. 41. & seq. Habet enim iuramentum vim clausulæ specialis derogatoriæ, vt dixi infra lib. 7. §. iuramentum. ad quod faciunt quæ dixi supra q. 94. vers. Vnum tamen.

Vltius scias, quod si testator tamen condiderit secundum testamentum apud acta, hoc casu istud ex vi actorum præualet primo, etiam habenti clausulam derogatoriæ. Ita dicit Bal. in d. l. sancimus, post n. 6. & est communis sententia, vt ait Nat. in d. Auth. hoc inter. n. 48. Non enim est præsumendum, quod testator voluerit coram publicis personis actum elusorium facere.

Præterea scias, quod prædicta tamen omnia locum habent, siue clausula derogatoriæ in primo testamento posita sit expresse à testatore, vel sit tacite à lege subintellecta. Sunt enim aliqui casus, in quibus, etiam si testator non apposuerit clausulam derogatoriæ, tamen lex illam vult haberi pro appositæ: & ideo etiam illis casibus opus est speciali reuocatione ipsius clausulæ. Ex potest poni exemplum in testamento inter liberos, in quo lex semper subintelligit clausulam derogatoriæ. Et ideo, nisi in secundo testamento sit de ipso facta mentio specialis, non censetur reuocatum per secundum, iuxta not. in Auth. hoc inter. C. de testam. & dixi supra q. prox. Potest etiam poni exemplum in iuramento: quia si in primo testamento appositum iuramentum, habet à lege vim clausulæ derogatoriæ, & ideo non tollitur per secundum testamentum, nisi de eo fiat specialis mentio, vt dixi supra q. 94. vers. Vnum tamen nota.

ADDITIONES.

\* Derogatoriæ in testamento mulier, israelici, minoris, nullius est momenti; ideoque sufficit in secundo renūciatio generalis,

neralis, Barb. *conf.* 89. *volum.* 4. & *conf.* 72. *volum.* 3. Paris. *consil.* 10. *numer.* 10. *volum.* 3. Didac. *in Rubric. de testamen. part.* 2. *numero* 19.

\*\* Non potuit sine lata culpa præteriri, tum non esse derogatoriæ faciendum mentionem, cum secundum est inter liberos, Alexand. *consil.* 134. *lib.* 1. Dec. *consil.* 475. Soc. iun. *consil.* 124. *num.* 31. *lib.* 8. Gramma. *dec.* 62. *num.* 37. Idemque iuris esse, cum in secundo pia causa est instituta. Oldra. *consil.* 129. Alex. *conf.* 103. *vol.* 4. Bero. *conf.* 3. *vol.* 2. Couar. *de testam. rubr. par.* 2. *num.* vigesimo. & toriens hoc esse verum, quotiens in secundo magis dilectus testator scriptus est, Anan. *conf.* 66. Roman. *conf.* 779. *colum. penult.* Socin. iun. *in l. si quis filio. nu.* 27. *de leg.* 3. & Iacius Burl. *conf.* 47. *num.* 11. & Mandos. apud Roman. *conf.* 179. *in ver. requiri.* Itemque ex aliis clausulis congestis per Port. *conf.* 33. & Burl. *conf.* 47.

\*\*\* Hæc voluntas per duos testes probatur, Vasq. *de succes. lib.* 2. §. 2. *nu.* 10. vel ex clausula omni meliori modo. B. *ild. consil.* 389. *volum.* 8. Socin. iun. *l. si quis filio. numer.* 25. *de leg.* 3. Paris. *consil.* 10. *numer.* 23. *volum.* 3. Neuz. *conf.* 63. *num.* 15. vel ex protestatione hoc ultimum testamentum ex certa animi & iudicii scientia factum esse, Brun. *tract. de form. iur. de probat. & pral. form. col. antepen. Gabr. de claus. concl.* 1. *numer.* 21. & 23.

\*\*\*\* Adde Alexand. *conf.* 570. *num.* 3. Vasq. *de succes. lib.* 2. §. 16. *num.* 72. & de controuersi. *illustr. conclus.* 61. *numer.* 6. Tiraq. *de prescrip.* §. 1. *gloss.* 4. Natt. *tract. de claus. derog. versic. circa quartum.*

QVÆSTIO C.  
SVM MARIVM.

Si producantur duo testamenta eodem die confecta, quod eorum præualebit?

QVÆRO, pone, quod producantur duo testamenta eodem die confecta, quod nam eorum præualebit? Respond. siquidem ex lectura ipsorum testamentorum, aut aliter, apparere potest, quod fuerit posteriore loco conditum, illud præualebit, si vero non apparet de prioritate vel posterioritate, eo casu propter incertitudinem neutrum valet. \* Ita dixit gloss. *in l. fin. in verbo, Missus est. C. de edict. diui. Adria. toll.* vbi dicit, quod hæc est quæstio Sabbatina. Et hæc est commun. opin. vt dicit Bertran. *consil.* 223. *libro 1. in 1. parte.* quem refert Boer. *decis.* 311. *numer.* 2. Idem dicunt Scribentes *in dict. leg. fin.* & in specie Sapia, *numer.* 148. & Curt. iun. *num.* 89. Et hæc in præsentia sufficiant.

ADDITIO.

\* Nisi in altero quid legati vel institutionis nomine piæ causæ sit relictum, illud enim præualebit. Tiraq. *de priu. piæ caus. pri.* 35. vel in altero scriptus sit veniens ab intestato, vel is qui in honor. possessione reperitur. Villalob. *vol. 1. commun. opin. lib.* 18. *in ver. testamenta duo.*

IULII CLARI, ALEXANDRI-  
NI, IURIS CONSULTI CLARISS. AC  
REGII SENATORIS, &c.

Ex Libro III. Sententiarum Receptarum

§. DONATIO.

Cum additionibus, & Paraphrasis celeberrimi I. C. Hieronymi  
Giachari Lugienfis, & aliorum.



Hæc Donationum materia antiquis temporibus frequens erat & quotidiana: Nunc autem, cum liberalitate prope extincta mentes hominum auaritia occuparit, non ita, vt solebat, in iudiciis foroque versatur. Non tamen propterea omittendæ visæ sunt nonnullæ ex quæstionibus, quæ ad hunc Tractatum pertinent.

CAPITA QVÆSTIO-  
NVM.

- 1 Donatio vnde dicta sit, & an sit contractus nominatus?
- 2 Donatio conditionalis, an sit proprie donatio?
- 3 Donatio remuneratoria, an sit proprie donatio?
- 4 Donatio causa mortis quid sit?
- 5 Donatio causa mortis, an potius æquiparetur contractibus, quam vltimis voluntatibus?
- 6 Filius familias an possit donare causa mortis?
- 7 Vsurarius manifestus an possit donare causa mortis?
- 8 Pater an possit donare filio?
- 9 Donatio inter virum & vxorem, an valeat?
- 10 Ornamenta qua mittuntur sponsis, an censeantur donata?
- 11 Donatio propter nuptias, an hodie peti possit?
- 12 Donatio an possit fieri absenti?
- 13 Et quid si fiat donatio stipulanti?
- 14 Donatio an persiciatur nudo pacto?
- 15 Insinuatio quid sit?
- 16 Donatio excedens summam quingentorum aureorum debet insinuari.
- 17 Et quid in donatione facta ecclesia? &c.

- 18 Et quid in donatione iurata?
- 19 Donatio omnium bonorum, an valeat?
- 20 Et quid si sit iurata?
- 21 Donatio potest ob ingratitudinem reuocari.
- 22 Donatio reuocatur propter superuenientiam liberorum?
- 23 Et quid si sit iurata?
- 24 Donatio inofficiosa potest per filios reuocari.
- 25 Donatio ob causam, & donatio causa mortis, quomodo possunt reuocari?

QVÆSTIO I.  
SVM MARIA.

- 1 Donatio vnde dicatur?
- 2 Donatio an sit contractus nominatus, vel innominatus?
- 3 Et an sit de sui natura contractus reuocabilis?

QVÆRO, vnde dicatur a donatio? Resp. Donatio dicta est à dono, quasi doni datio. Ita dicit Iuriscons. *in l. Senatus. §. donatio. ff. de donat. causa mortis.*

Item quæro, nunquid donatio sit contractus nominatus, vel innominatus? Resp. *in l. in adib. §. 1. b. in verb.*

in verb. Ex rebus. ff. de donat. & alibi sæpe videtur tenere, quod olim esset contractus nominatus: hodie vero sit contractus innominatus, non est magna inter Doctores controuersia. Et ita esse hanc communem opin. attestatur Corne. consil. 101. circa princ. lib. 1. Ripa in l. fin. num. 120. Cod. de reuoc. dona. Tu vero tene indistincte, quod & olim, & hodie, Donatio sit contractus nominatus: \* & hanc opin. tenuit Bart. vbiq; quam dicit esse communem c. Alexan. in l. iurisdictionum. in prin. n. 6. ff. de pact. l. in dict. leg. iurisdictionum. in prin. n. 8. & in l. fin. num. 13. ff. de cond. causa data. Gomef. in d. §. in personam, post num. 40. Instit. de actio. Habet enim d. speciale & elegans nomen: merito debet inter contractus nominatos connumerari, iuxta ea quæ dixi supra hoc eod. lib. §. 1.

Et ex hac conclusione infertur, quod sicut ceteri contractus nominati non possunt per pœnitentiam reuocari; ita etiam donatio est de sui natura contractus irreuocabilis, & in quo pœnitentia non admittitur: & ad hoc solet allegari text. in l. Aristo. ff. de donatio. & hanc opin. dicit esse communem Bertach. in verbo, Donatio reuocatur, vers. XVII. Et quod donatio perfecta regulariter reuocari non possit, dicit esse communem regulam Imol. in cap. fin. post n. 25. vers. ul. Secundo potest, de donatio. Quam tamen limita, & declarata, secundum ea quæ dixi infra quæst. 21. & seq.

## ADDITIONES.

a Donatio) Item adde quod donatio est quædam liberalitas, quæ nullo iure debetur, vt in l. donare. ff. eod. & ff. de reg. iur. Quæ ad hoc, vt valeat, quinque requiruntur. Primo quod fiat pura & mera liberalitate, & sic quod donans haud sit affectus ad aliquid dandum vel faciendum. Secundo quod non detur ob causam. Tertio quod sit libera, videlicet quod donans non sit obligatus ad donandum aliquo vinculo inducente actionem, vel aliquo impediante repetitionem. Quarto quod sit absoluta, id est, sine aliqua repetitione. Quinto quod fiat inter viuos. De his omnibus vide per Ang. de Aret. in Rubr. Instit. eod. sub n. 1.

b Nominatus vel innominatus) Adde atque plenius vide per Hippol. Rimin. Instit. eod. in rubr. num. 43. vsque ad nu. 52. vbi reculit omnes opin. Dd.

c Communem) Item commune, per Galiaul. in rubr. ff. de verb. oblig. num. 26. quem do. Rimin. vbi sup. retulit.

d Elegans nomen) Isto fundamento vsus fuit Rimin. Præceptor meus, vbi supra vna cum multis aliis, quæ vide apud eundem.

e Per pœnitentiam reuocari.) Idem quod in contractibus nominatis non sit locus pœnitentiæ: communem vide per Olac. in decis. 98. n. 7. & in collect. mea commun. opin. verb. contractuum. n. 48.

\* In contrariam partem inclinatur Fulg. & Roma. in d. l. iurisdictionum, asseueramus ibi donationem semper fuisse contractum innominatum.

## QVÆSTIO II.

## SVMARIA.

- 1 Donatio conditionalis an sit proprie donatio?
- 2 Donatio reciproca an sit proprie donatio?

1 QVÆRO, an donatio conditionalis sit proprie donatio? Resp. Glos. in l. 1. in princ. in verbo, scutum. ff. de donat. tenuit, quod dicatur proprie donatio: & illam gl. dicit esse communiter approbatam Cur. iun. in l. 1. n. 83. ff. si cert. per. Licet enim aliqua dispositio habeat conditionem annexam, illa conditio non est qualitas, quæ mutet substantiam actus, & ideo non desinit esse vera & propria donatio.

2 a Item quæro, numquid sit donatio reciproca siue

viciissitudinaria dicatur proprie donatio? Resp. quod non. Ita dicit Glos. in l. licet, in verbo, Mortis causa. C. de pact. quæ est communiter ab omnibus approbata, vt ait Curt. iun. cons. 82. n. 5. Nam propter vicissitudinem dicitur habere onus annexum: quia tantum quis dat, quantum habere sperat, & ideo non potest proprie dici donatio. Et ex hoc infertur, quod non indiget insinuatione, vt dixi infra, q. 17. vers. Sed nunquid.

## ADDITIONO.

a Reciproca) Non dicitur si hodie dono tibi, & tu post annum mihi donas, vide per Tiraquel. vbi infra, Adde hic quod quando sit, debet esse par conditio vtriusque, ie, non dispar, per Tiraquel. in repet. l. si unquam. C. de reuocan. dona. fol. 172. & quando vna superat alteram, an in eo quod superat, censetur pura donatio, per eund. fol. 169.

## QVÆSTIO III.

## SVMARIA.

- 1 Donatio remuneratoria, an sit proprie donatio?
- 2 Et an valeat, etiam si de meritis aliter quam per assertionem donantis non appareat?
- 3 Et an ad hoc vt talis donatio valeat, requiratur quod merita æquiualeant donationi?
- 4 Et quomodo dicantur merita æquiualeant donationi?

QVÆRO, an donatio remuneratoria, vel antidotalis sit proprie donatio? Resp. quod non potest proprie dici mera donatio vel mera liberalitas. Ita probat expresse text. in l. Aquilius Regulus. ff. de don. & ita magis communiter tenetur, vt dicit Soc. iun. cons. 94. n. 13. lib. 2. Hanc etiam dicit esse communem Did. in c. cum in officiis. post num. 10. de potest. Licet enim fiat nullo iure cogente, non tamen negari potest, quin saltem naturali ratione; qui beneficium accipit, beneficiario sit obligatus. Et hæc conclusio est maximi effectus, nam ex ea sequitur, quod talis donatio non indiget insinuatione. Item non reuocatur propter superuenientiam filiorum, vt dixi infr. q. 23. vers. Item quæro. Item valet etiam inter patrem, & filium, vt dixi infra. quæst. 8. vers. Hæc tamen, & huiusmodi.

Sed hic occurrit pulchra quæstio; An sit scilicet talis donatio, quæ sit propter merita, valeat etiam si de meritis aliter, quam per assertionem donantis non appareat? Resp. quod sic: neque est necesse ad ipsius validitatem quod merita ipsa probentur. \* Et hanc dicit esse communem conclusionem Bertr. consil. 118. post n. 1. lib. 2. in 2. part. Episc. Loazes in suis alleg. pro Marchione Velez. fol. 133. n. 37. Quem tamen intellige, vt procedat, quando donatio sit à persona, quæ potest libere donare, licet nulla merita subessent: & ita dicit esse communem opin. Cur. iun. cons. 142. n. 3. quem refert Bello. cons. 74. post num. 17. secundum quam in facti contingentia iudicauit Parlamentum Delphinale, vt attestatur Guid. Pap. decis. 95. Secus autem si ipsa donatio fieret inter personas prohibitas: nam eo casu non statueret assertioni donantis, sed requiritur probatio meritorum. Ita dicit gl. in l. si donatione. gl. fin. C. de collati. quæ ad hoc propositum solet semper allegari, & quam dicit esse communiter approbatam Bello. in d. cons. 79. n. 5. illam etiam omnibus approbati attestatur Alex. in d. l. si donatione. num. 5. Et ita communiter teneri affirmat Bertr. cons. 138. numer. 22. lib. 2. in 2. parte. Et hanc esse commun. opin. attestatur Paul. de Cast. consil. 345. num. 4. vers. Tertio videtur. lib. 1. Corn. conf.

*conf. 144. in litera H. lib. 2.* Si enim standum esset assertioni donantis, semper posset eludi prohibitio legis, attestante donatore merita præcessisse; quod nullo modo est dicendum. Dicitur autem donatio fieri inter personas prohibitas, puta, inter patrem & filium, inter virum & uxorem, & huiusmodi, de quibus infra suis locis dicemus.

3 Sed nunquid ad hoc, ut talis † donatio remuneratoria valeat, requiritur, quod ipsa merita æquiualeant donationi? Resp. quod sic. Ita sentit Bart. in *l. si quis pro eo. §. 1. in fin. ff. de fideiuss.* & est communis opin. ut ait Dec. in *l. petens. n. 17. C. de pact.* Intellige quando fit inter personas prohibitas: nam limitata causa, limitatum producit effectum; & ideo non possunt merita plus operari circa validitatem ipsius donationis, quam ascendat valor ipsorum meritorum. In residuo igitur non reputabitur tanquam donatio remuneratoria, sed erit donatio simplex. Et hæc est communis conclusio, ut dicit Bertr. *consil. 164. num. 2. lib. 2. in 2. parte.* Vide quæ dixi infra, *quest. 8. versic. Sed pone.* Si vero sit facta inter personas non prohibitas, non attenditur, an merita æquiualeant donationi, vel ne, ex quo etiam nullis subsistentibus meritis donatio valisset. Et in hoc nulla est controuersia.

4 Sed quæro, quomodo dicantur † in his casibus merita æquiualeant donationi? Resp. quod in hoc, & an attentis meritis donatio dicatur moderata, vel ne, non potest dari certa, & determinata regula, sed standum est arbitrio d. Iudicis. Ita concludunt communiter Scribentes, ut attestatur *las. consil. 154. numer. 5. lib. 2.* quem refert Episcopus Loazes in *suis allegationibus pro Marchione Velez. fol. 193. numer. 3.* Regulariter enim vbicunque aliquid non est à lege certo determinatum, statuitur arbitrio Iudicis, ut dixi supra, *lib. 2. §. Iudex.* Quod nota, quia si casus contingeret, bonum esset habere Iudicem fauorabilem.

#### ADDITIONES.

a *Donatio.* Adde atque fufius vide per Hippol. R.imin. qui quæstionem discutit. *Instit. de donat. in prim. num. 90.* & cam ampliat etiam si ob merita de futuro fiat, *num. 113.* Et limitat quatenus excedat beneficia recepta *num. 115.* & declarat *num. 115. 118.* deinde dat alias tres limita. *vsque ad nu. 122.* illas apud eum vide, qui & *num. 83.* dixit, ad hoc ut inducatur ac præsumatur remuneratoria, meritorum mentio fieri debet saltem generalis ab ipso donante, si haud est de personis donare prohibitis: si vero sit de personis donate prohibitis, de ipsis meritis omnino constare debet. Vide fufius per eum *ibid. num. 84. & 85.*

b *Non indiget insinuatione.* Ad idem adde atque vide, per Alban. *conf. 4. n. 27.* & *Rol. consil. 13 n. 27. vol. 3.*

c *Secus autem.* Idem donatio ob bene merita quando facta dicatur, etiam quomodo asserenti de bene meritis credatur, habetur per Menoch. quem vide *de arbit. iudic. cas. 134.* sed an donatio remuneratoria dicatur si filius legitimatus donat patri? vide per Socin. *consil. 295. lib. 2. sub numer. 10.* Item quod donatio remuneratoria qualibet censetur, etiam si de meritis nil dictum sit dummodo ea probentur, habetur per Tiraquel. in *l. si unquam. Cod. de reuoc. don. fol. 154.* qui etiam dicit quod fallit ubi quis donat filio vel contanguineo. Aduerte quod donatio remuneratoria inter coniuges permittitur, ut per *Rol. in consil. 98. numer. 44.* Et quando sic debet constare de meritis, per Deci. *consil. 366. colum. 4. Rubr. 95.* quem vide & *Rol. d. consil. 98. qui numer. 49.* dicit quod alias reddatur nulla, & attestatur de communi opin.

d *Arbitrio iudicis.* Ad idem adde atque plene vide per Menoch. *de arbit. iud. cas. 132. n. 7. & seq.* Idem donatio ob merita quando facta dicatur, & quomodo merita probentur? dixi sup. & adde per *Rol. consil. 13. n. 42.* qui loquitur de assertionis decurionum.

\* Ita not. Bartol. in *l. si forte. ff. de cast. pecul. cuius contrarium vult in l. per diuerfas. §. iuxta hac quæro, C. mand.*

#### QÆVSTIO IV.

##### S V M M A R I A.

- 1 *Donatio causa mortis quid sit?*
- 2 *Et an donatio in dubio debeat iudicari causa mortis vel inter viuos?*
- 3 *Et quid si fiat ab infirmo?*
- 4 *Et quid si in donatione sit facta mentio mortis?*
- 5 *Et quid si donator promittat donationem non reuocare?*

QVÆRO, quid sit donatio † causa mortis? Respon. mortis causa donatio est, cum quis habere se maault, quam eum cui donat, magisque eum cui donat, quam heredem suum. Sunt verba Iurificonsulti in *l. 1. ff. de donatio. causa mortis.*

Sed quæro, nunquid in dubio † donatio iudicari debeat inter viuos, an causa mortis? Vtilitas autem huius quæstionis est maxima: nam si est donatio inter viuos, non poterit postea reuocari: secus autem si est donatio causa mortis, ut est in iure notissimum. Dic ergo, quod siquidem in donatione non est facta mentio a mortis: quia scilicet non est collata in tempus mortis; hoc casu tenendum est in dubio, quod sit donatio inter b viuos, non autem causa mortis. Ita tenet gloss. in *l. apud Celsum. §. Iulianus, in verbo, Spondidisset. ff. de doli mali exceptio.* & est communis opin. ut dicit *las. in l. que dotis. numer. 26. ff. solut. matr.* hæc enim qualitas, quod sit causa mortis, in dubio præsumi non debet, ideo qui illam allegat, debet eam probare: alias standum est in regula; Quod quicumque donat, censetur velle dominium in donatarium transferre, & consequenter inter viuos, & irreuocabiliter donare. Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando donatio fit ab homine sano, vel non nimis grauitur infirmo. Sed † quid si facta sit ab infirmo, præsertim existente in articulo mortis, & quem verisimile sit de morte ipsa cogitasse, licet forte in ipsa donatione nulla mentio mortis facta fuerit? Respon. Ant. de Butr. in *cap. 2. de consuet. tenuit,* quod censeri debet donatio causa mortis. Sed in hoc Ant. de Butr. communiter reprobat, ut dicit *Gul. de Bened. in repet. cap. Raynuitius. in verbo, Testamentum, el. 4. numer. 21* & ideo tenendum est, quod imo etiam hoc casu iudicari debeat donatio inter viuos, non autem causa mortis. Et ita tenent communiter Dd. ut ait Ripa de pest. in *priu. contractuum. post num. 175.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Ripa, *lib. 3. resp. c. 9. post num. 7. & eod. lib. cap. 11. num. 7.* Nam, ut dicit text. in *l. seia. §. fin. ff. de don. causa mortis.* talis videtur potius moriens, quam mortis causa donare. Quam opinio. ego etiam lequor, dummodo talis donatio sit facta in forma contractus; sed si esset facta in testamento, vel codicillis, ab infirmo præcipue existente in mortis articulo, crederem tutius esse adhærere opin. Anton. de Butr.

Cæterum si in donatione sit facta † mentio mortis, tunc proculdubio tenendum est, quod sit donatio causa mortis, non autem inter viuos. Et hæc conclusio communiter tenetur, ut ait Dec. in *l. fin. numer. 20. C. de pact.* Illam etiam dicit esse communem *Parif. consil. 16. num. 4. lib. 2.* Non enim debemus in dubio à vi & proprietate verborum aliquo modo recedere. Intellige tamen, quod non sufficit, quod simpliciter sit facta mentio c mortis: sed duo copulatiue c requi-

requiruntur, scilicet quod in donatione sit facta mentio mortis, & quod sit collata in tempus mortis. Ita concludunt Dd. omnes, ut dicit Sigismund. *conf. feud. 5. post nu. 4.* Quod nota perpetuo.

Sed pone, quod aliquis dicat se ¶ donare causa mortis, & in donatione ipsa promittat illam non d reuocare; Quæro an dicatur donatio inter viuos, an autem causa mortis? Resp. quod ex illa promissione de non reuocando, debet censerī donatio inter viuos, non autem causa mortis. Textus est expressus in l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mortis. Et est communis opin. ut ait Didac. in Rub. de testament. in 2. parte, post numer. 11. Et dicit Natta *consil. 104. numer. 7. & sequ.* quod in hoc neminem reperit contradicentem. Hæc enim qualitas, scilicet quod sit irreuocabilis, adeo repugnat ipsi donationi causa mortis, ut sit illi incompatibilis; & ideo necesse est hoc casu interpretari illud verbum causa mortis, positum in donatione, ut dicamus donatē potius motum fuisse ad donandum propter causam mortis, quam voluisse mortis causa donare, ut dicit Iurif. *consil. in d. l. vbi ita donatur.*

## ADDITIONES.

a *Mentio mortis.*) Et tunc præsumitur donatio causa mortis, alias secus, ut not. Hippol. Rimin. in princ. de donat. *Instit. ex illo text. num. 315.* vbi retulit idem adnotasse gl. Bart. Angel. Cuma. Imol. ac ceteros Dd. in l. Seiz. §. fin. ff. eod. Et hanc dicit esse communem post Ias. in l. qua dotis. numer. 16. ff. solui. matrim. & alios quamplures recentens concordantes, qui deinde ad istam communem annectit 10. limitationes, atque discutit illas: ideo vide ibi. per eund. plene. Adde etiam per Duen. *reg. 218. Crau. consil. 214. num. 10. Rol. consil. 8.* Fallit si præcessissent merita, per Tiraq. in l. si unquam. Cod. de reuo. do. sol. 752. Item fallit quando iudicando causa mortis non valeret don. per Crauet. *consil. 277. col. fin.*

b *Inter viuos.*) Adde quod ista conclusio recipit aliquas limitationes: quarum sex vide per Hippol. Rimin. in princ. *Instit. eod. tit. num. 368.* vsque ad nu. 375. & adde quod dicit Alex. in *consil. 74. vol. 4.* quod dicitur donatio inter viuos, licet fiat mentio mortis per modum demonstrationis; vel si sit pactū de non petendo, si sit facta pro se & heredibus. Item donatio, quando dicatur inter viuos, & quando causa mortis? vide per Rolan. *consil. 61. vol. 2. ac per Dec. in consil. 460.* Et quando dicatur inter viuos, mentione mortis haud attenda, vide per Rimin. *consil. 426.*

c *Mentio mortis.*) Adde hic, quod in dubio debet interpretari, prout melius valere potest, ut per Crau. in *consil. 52. nu. 4.* & limitationes quamplures dixi in reg. contra.

d *Non reuocare.*) Amplia ac limita, ut per Duen. *reg. 217.* Verum si sit facta cum pacto quod non retrahatur, nec reuocata intelligatur, nisi donatario præmoriēte: An tale pactum faciat ipsam transire in donationem inter viuos? vide per Castren. *consil. 83. n. 2.* quid de donatione facta ab existente in articulo mortis? quod valeat in vim donationis causa mortis, licet non fiat mentio de morte: vide per Soc. *consil. 130. nu. 7.* Quid si fiat ab infirmo? quod sic, vide per Castr. *consil. 384.* Sed contra per Crau. *consil. 277. colum. fin.*

## QVÆSTIO V.

## SUMMARI A.

- 1 Donatio causa mortis, an magis comparanda sit contractibus, quam vltimis voluntatibus?
- 2 Et an quantum ad confirmationem?
- 3 Et quid si donatio causa mortis facta sit in testamento?

1 QVÆRO, nunquid donatio ¶ causa mortis magis comparanda sit contractui, quam a vltimæ voluntati? Vtilitas autem huius quæstionis est euidentis, nam ex hoc scire poteris, an donatio causa mortis debeat regulari secundum leges, & statuta loquentia de vltimis voluntatibus; an autem secundum loquentia de contractibus. In hoc autem arti-

culo magna fuit aliquando inter Doctores controversia. Quidam enim simpliciter dixerunt, quod donatio causa mortis magis accedit contractui, quam vltimæ voluntati. Et hanc dixit esse communem opin. Boer. *consil. 34. num. 12.* Alii vero simpliciter dixerunt, quod est magis vltima voluntas, quam contractus. Et hanc dicit videri magis communem Marf. *sing. 136. \* longa.* Tu dic, quod donatio causa mortis quoad modum, & b ordinationem, scilicet, dum in esse deducitur, æquiparatur contractui, sed postquam est in esse deducta, quo ad effectum, & efficaciam, censetur vltima voluntas: & ita intelligenda est gl. ordinaria, quæ ad hoc propositum semper allegatur in leg. 2. in prin. in verb. Legatum. ff. de dote præleg. quam dicit esse communiter approbatam Socin. *consil. 130. num. 9. lib. 1.* quod est duplicatum *consil. 235. lib. 2.* Ias. in l. cum antiquitas n. 2. Cod. de testam. Hanc etiam opin. dicit esse communem Ias. in l. 2. num. 1. ff. de leg. 1. & in l. senium. numer. 8. in fin. Cod. qui testament. facere possunt, Ripa in d. l. 2. numer. 15. Alciat. in l. 2. in prin. num. 10. ff. de verb. oblig. Et ideo si statutum disponat, quod in contractibus conficiendis debeant interuenire duo Notarii, ita seruandum erit in donationibus causa mortis: si vero aliud statutum disponat, quod vltimæ voluntates habeant executionem paratam, pariter donatio causa mortis habebit paratam executionem. Quia illud statutum disponit circa contractus, prout sunt in fieri, merito comprehendit donationem causa mortis. Hoc autem disponit de vltimis voluntatibus iam in esse deductis: ideo locum habet etiam in donatione causa mortis. Econuerso autem si statutum disponeret, quod in vltimis voluntatibus conficiendis deberent interuenire duo Notarii, non comprehenderet donationem causa mortis, &c.

Scias tamen, quod licet donatio causa mortis quoad effectum & efficaciam æquiparetur vltimis voluntatibus, ut supra dictum est, non tamen illis æquiparatur quoad ¶ confirmationem. Nam vltimæ voluntates non confirmantur nisi adita hereditate. Donatio autem causa mortis confirmatur sola morte donantis, etiam eius hereditate non adita. Ita colligitur ex gl. in l. post legatum. §. qui mortis, in verb. Legatario. ff. de his, quibus ut indig. & est communis opin. ut dicit Alex. in l. illud, post numer. 4. versic. tamen donatio. Cod. de collatio. Picus in repet. l. in quartam. colum. 21. quem refert Didacus in rub. de testament. in 3. parte, numer. 22. Ripa in d. l. 2. num. 18. ff. de leg. 1. Rubeus *consil. 11. numer. 6.* Statim enim secuta morte donantis, donatio ipsa, quæ in tempus mortis erat collata, suam recipit perfectionem, non expectata heredis aditione, secus autem in testamento, quod non recipit perfectionem, nisi heres adeat hereditatem, neque legata, quæ pariter de manu heredis sunt accipienda.

Sed pone, quod aliquis fecerit ¶ donationem causa mortis in c testamento; nunquid censebitur tanquam legatum, vel tanquam donatio causa mortis? Respondeo si est facta præsentī ceteretur donatio causa mortis: sed si est facta absentī, valet in vim fideicommissi. Ita dicit Bart. in l. 1. circa fin. ff. de donat. causa mortis. cuius opin. communiter tenetur, ut dicit Imola in eadem l. 1. num. 1. quem refert Dec. *consil. 196. numer. 2. in fin.* Bertran. *consil. 168. num. 6. lib. 3. in 2. parte.* Paris. *consil. 88. nu. 98. lib. 3.* qui dicit, quod ita tenent communiter Scribentes, quem refert & sequitur Socin. *consil. 67. num. 17. libr. 3.* Hanc tamen conclusionem

intellige, vt procedat, modo talis donatio facta sit ab eo, qui haberet facultatem testandi: alias enim non valeret, neque vt donatio, quia facta absentis; neque vt fideicommissum, quia qui non potest testari, non potest facere fideicommissum. Et ita loquuntur Bart. & Doct. in locis præallegatis, & dixi infra q. prox. versic. Sed quæro: Et hanc conclusionem nota pro declaratione ad conclusionem quam posui infra quæst. 21. quod scilicet donatio facta absentis non valet, &c.

ADDITIONES.

a Quam ultima voluntati.) Item an æquiparetur potius vltimæ voluntati, quam contractui? vide per Bald. *conf. 108. in 3. Tiraq. de legib. connub. fol. 145. n. 144. & seq.*

b Ordinationem.) Item quod donatio causa mortis quoad ordinationem æquiparetur contractui, vide per Hippo. *Rim. in princ. de donat. instit. n. 572. & 598. cum omnibus aliis seq.* quia fufius cæteris quæstionem discutit: tamen auctor noster illum nunquam alleget.

c In testamento.) Et hic scias, quod donatio facta in testamento multum differt ab ea, quæ haud facta est in testamento: vide per Dec. *in conf. 145. n. 4.* Item scias, quod donationem causa mortis facere haud prohibetur: vide per Tiraq. *de legib. connub. fol. 145.*

\* Vbi allegat Lud. Rom. *conf. 75. nescio, &c.* ibi tamen Roman. *in lib. meo de comm. niori verbum nullum.* bene dicit, quod mortis causa donatio quoad essentiam & sui validitatem per omnia vltimæ voluntati comparanda est, *alleg. l. vnic. ad fin. C. de cad. tel. & l. quæ sub conditione. §. hoc edictum ff. de cond. instit. & l. fin. C. de don. caus. mort.*

QVÆSTIO VI.

S V M M A R I A.

- 1 Filius familias an possit donare?
- 2 Et an inter viuos?
- 3 Et an causa mortis?
- 4 Et an cum patris consensu?
- 5 Et an talis consensus interuenire debeat respectu sui præiudicii, an autem ad integrandam personam filii?
- 6 Et an debeat expresse interponi?
- 7 Et an filiusfamil. possit donare causa mortis ipsimet patri suo?
- 8 Et an clausula codicillaris sustineat donationem causa mortis, factam per filiumfam. in testamento?
- 9 Et quid si expresse non dixerit, quod volebat valere in vim donationis causa mortis?

**N**VNC videndum est, quæ personæ donare possint, vel non: & in primis quæro, an filiusfamilias possit ꝑ donare? Resp. quod non, etiamsi habeat peculium, text. est in *l. filiusfamil. ff. de donat.* Sed quia hæc materia est aliquantulum intricata, & Dd. in ea multum varie loquuntur, ideo distinguendum est hoc modo.

- 1 Aut quæris, vtrum filiusfamilias possit ꝑ donare inter viuos? & tunc vtique procedit conclusio superius facta, scilicet, quod regulariter non potest donare: & ratio est, quia cum pater habeat in bonis filii vsufructum, non debet posse filius, in præiudicium paterni vsufructus, de bonis ipsis disponere, \* ex hac ratione infertur: Quod si filius haberet aliqua bona, in quibus patri non quæreretur vsufructus, posset illa donare inter viuos, etiam sine consensu patris. Et in hoc Doctores communiter conueniunt, vt dicit Crauetta, *confil. 84. numer. 9. & confil. 92. post numer. 1. versic. Sed posito.* vbi dicit, quod in hoc nemo est, qui dubitet.
- 3 Aut vero quæris, vtrum possit ꝑ donare causa mortis, & tunc rursus est distinguendum. Aut enim

quæritur, an possit donare causa mortis sine consensu patris? & est expeditum apud omnes, quod non potest donare, neque etiam bona aduentitia, & quæ ad ipsum spectant pleno iure. Et hanc opin. dicit esse communem Abb. *confil. 40. in fin. lib. 2.* Rubeus *confil. 46. numer. 2. & seq.* Et dicit Socin. *confil. 112. numer. 1. lib. 1.* quod est duplicatum in *confil. 172. lib. 2.* quod hanc opin. arbitratur indubitanter esse de mente Doctorum communiter prout re vera est magis communis, quidquid dixerit Crot. *in repet. l. frater à fratre, post numer. 32. vers. Sexto quæritur. ff. de cond. indeb.* quem refert Didac. *in rubr. de testam. in 3. parte. numer. 8.* Et licet Bart. *in Auth. vt liceat matri & auæ, numer. 7.* tenere videatur, quod imo possit filiusfam. huiusmodi bona donare causa mortis, etiam sine patris consensu, non tamen propter hoc esset à prima opin. recedendum, quæ (vt dixi) proculdubio est magis communis, tanto magis cum non parua sit controuersia inter Dd. an illa lectura super Authenticis sit Bartoli, vt dixi infra *lib. 7.* Bene verum est, quod Dd. multum laborant in inuenienda ratione, cur potius sit ei permillum huiusmodi bona donare inter viuos, quam causa mortis: sed hæc disputationes in practica parum, vel nihil profunt.

Si autem quæritur, vtrum possit ꝑ donare causa mortis cum patris consensu? dicendum est, quod sic, & est de hoc text. in *dict. l. filiusfamil.* & hanc conclusionem tenent omnes, vt dicit Ias. in *l. senium. numer. 8. Cod. qui testament. fac. poss.* Crot. *in rep. l. frater à fratre, numer. 74.* Quæ autem sit ratio, cur filiusfamilias non possit, etiam cum patris consensu, testari, vt dixi supra *lib. 3. §. Testamentum. quæst. 18.* possit tamen donare causa mortis, non satis bene Doctores se explicant. Communiter tamen dicitur, quod testamentum, cum sit vltima voluntas, non potest ex alieno arbitrio pendere, & hanc dicit esse communem rationem Ias. in *d. l. senium, numer. 9.* vbi multa in hoc proposito congerit.

Habes ergo, quod in donatione ꝑ causa mortis quæ fit per filiumfamilias requiritur patris consensus. Sed quæro, an huiusmodi consensus requiratur ratione præiudicii, quod ipsi patri sit respectu sui vsufructus in donatione, quam filius facit alteri, an autem etiam requiratur ad integrandam personam ipsius filii? Hæc est ardua quæstio, & in qua Doctores inter se multum discordant. Aliqui enim tenuerunt, quod non requiratur ad integrandam personam filii, sed solummodo fauore patris, & sic pro interesse sui præiudicii. Et hanc opin. dixit esse communem Io. Maria Russi. in *dict. l. senium,* prout illum refert Rubeus *confil. 127. numer. 1.* Et dicit Alex. in *d. l. 1. §. fuit quæsitum, post numer. 8.* quod Bart. & Dd. communiter reprehendunt gloss. in *l. 1. §. necessitate. Cod. de bon. qua. libe.* tenentem, quod requiratur ad integrandam personam filii. Idem dicit Ripa in *d. §. fuit quæsitum, numer. 3.* Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo requiratur patris consensus, non modo respectu eius præiudicii, sed etiam ad integrandam personam filii, & sic ad solennizandum actum, plerique alii tenuerunt. Et hanc dicit esse communem Soc. in *d. confil. 112. post numer. 8. vers. Hoc etiam voluit, & in d. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebell.* quem refert Didacus in *d. Rubri. in 3. parte, numer. 6. in fin.* Rubeus *confil. 49. numer. 5. & confil. 127. numer. 8.* & hæc opin. tanquam verior & magis communis tenenda est. Nam, si patris consensus requireretur solummodo respe-

respectu eius præiudicii, sequeretur, quod posset filius donare causa mortis aduentitia sibi pleno iure quaesita, sine eius consensu: quod tamen est falsum, vt dixi supra *vers. aut vero queris*. vel saltem, quod posset illa donare ipsi patri cum eius consensu: cuius contrarium magis communiter tenetur, vt dixi infra *vers. Quæro etiam*: & tamen hoc casu nullum prorsus præiudicium patris considerari potest, imo potius euidentis utilitas, vt patet ad sensum.

6 Succesiuè quæro, an huiusmodi † consensus patris qui in donatione causa mortis per filium faciendâ requiritur, debeat expresse interponi, an autem sufficiat, quod pater ipsi donationi simpliciter, aut tacite consentiat? Respondeo: quod requiritur expressus consensus patris. Ita dicit gloss. in *leg. qui in potestate. in princip. in verb. Nihil magis. ff. de testam. & in hoc nullus contradicit, vt ait Socin. in dict. consil. 112. numer. 7. in fin. quem refert Tiraquel. de Legib. connubial. in gloss. 8. numer. 9. & ex hoc etiam confirmatur conclusio superius facta, quod scilicet talis consensus, requiratur ad solemnitatem actus, non autem respectu præiudicii. Quia vbiunque agitur de præiudicio alicuius, tunc sola præsentia aut scientia, & taciturnitas, inducit consensum sufficientem ad conualidandum actum, vt dixi infra *lib. 7. §. consensus*.*

7 Quæro etiam, nunquid † filius familias possit donare causa mortis ipsi patri, cuius consensus (vt supra dictum est) in ipsa donatione requiritur? Respondeo, in hoc quoque articulo magna est controversia inter Doctores, adeo, vt cum aliquando in facto fuisset hæsitatum, quæ opin. esset magis communis, opus fuerit maxima librorum reuolutione. In primis autem multi tenuerunt, quod possit pater consensum suum interponere filio sibi donanti causa mortis. Et hanc opin. dicit esse communem Alex. in *dict. l. 1. §. fuit quaesitum. ff. ad Trebellian. prout illum refert Guliel. de Bened. in repet. cap. Raynutius. in verbo, Matrem insuper cleram, numer. 46. Ego tamen non reperio Alex. ibi, maxime numer. 8. vbi tractat hunc articulum, attestari de communi opin. nisi forte Gulielmus sensit de verbis Alex. quæ ego superius retuli in *versic. Habes ergo*. Idem dicit Bertran. *consil. 156. numer. 10. lib. 1. in 2. parte. & consil. 162. post numer. 1. lib. 1. in 2. parte, las. in dict. §. fuit quaesitum. numer. 3. qui dicit, quod ita magis communiter tenetur. Ripa in dict. §. fuit quaesitum, numer. 2. Contrariam autem sententiam, scilicet quod imo pater non possit interponere consensum suum filio sibi donanti causa mortis, tenuit gloss. in *l. 1. in princip. in verbo, Rem acquirit. ff. de auctor. & cons. tutor. & dicit Socin. in dict. §. fuit quaesitum, colum. 4. versic. Postremo, quod ita tenent communiter Doct. Hanc etiam opin. dicit esse communem Bald. *consil. 62. numer. tertio. lib. 4. quem refert Socin. in dict. consil. 112. post numer. 4. versic. Vnde in tanto, & Dec. in dict. l. senium. num. 56. Cod. qui testament. fac. poss. & consil. 245. numer. 6. circa fin. & consil. 612. cir. fin. & Tiraquel. de Legib. connubial. in gloss. 8. numer. 115. Imola in dict. §. fuit quaesitum, colum. fin. versic. extra gloss. adde. qui dicit, quod illa gloss. ordinaria in *dict. l. 1. communiter approbatur, quem refert Socin. consil. 23. numer. 15. lib. 4. & Didac. in d. Rubr. de testamen. in 3. parte, nu. 7. Corn. consil. 294. circa princ. lib. 1. quem refert Ioa. Dilect. de arte testandi. titul. 1. caut. 2. numer. 4. & Dec. consil. 279. numer. 5. Et dicit Paris. consil. 97. num. 21. lib. 3. quod ista opin. reputatur communis. Et sic, vt vides,*****

ex prædictis non est dubitandum, quin opinio gloss. sit magis communis, & etiam verior, maxime præsupposito pro constanti, quod consensus patris in donatione filii interuenire debeat, non tantum ratione præiudicii, sed etiam ad solemnitatem actus, & sic ad integrandam personam filii, vt dixi supra *vers. Habes ergo*. Videtur ergo potius præstatio auctoritatis, quam simplex consensus; quam quidem auctoritatem nemo potest in sui commodum impartiri, vt in simili dixi supra *lib. 1. Et ab hac opin. non recedas in iudicando, & si pater es volens à filiis suis sibi facere huiusmodi donationes, poterunt adhibere auctoritatem Iudicis, & sufficiet, secundum fere omnes in locis superius allegatis.*

Sed quæro, tu scis, quod filiusfam. non potest testari, vt dixi supra *lib. 3. §. testamentum. quest. 18. Pone quod in testamento aliquid relinquat alteri interueniente consensu patris, & quod in ipso testamento apposita † sit clausula codicillaris, quod si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, vel donationis causa mortis, &c. nunquid tale relictum sustinebitur in vim donationis causa mortis? Respon. aut tale relictum est factum absenti, non interueniente nuncio, vel epistola, neque aliquo recipiente nomine ipsius absentis: & tunc proculdubio non potest valere in vim donationis causa mortis, cum ad validitatem donationis requiratur stipulatio, vel pactum, vt dixi infra, *quest. 12. & quest. 14. & in hoc videntur concordare omnes Dd. vt dicit Socin. in d. consil. 112. num. 5. lib. 1. Aut vero ille cui relinquitur, est præsens, & tunc bene valet in vim donationis causa mortis: & in hoc pariter videntur concordare Doctores, vt dicit Socin. in loco præallegato. versic. Aliquando & secundo. & hoc etiam si expresse non acceptet, nam talis præsentia donatarii cum taciturnitate, inducit eius consensum, & consequenter valet donatio, vt dixi in *d. q. 14. vers. 14. Sed pone.***

Et hæc quidem sine difficultate procedunt, quando expresse filius dixit, quod volebat, etiam valere in vim donationis causa mortis: sed † quid si solummodo dixit, quod volebat valere in vim codicillorum, vel cuiuscunque vltimæ voluntatis? Respond. quod adhuc sustinebitur in vim donationis causa mortis. Et hæc est communis conclusio, vt dicit Socin. in *consil. 125. ante num. 1. lib. 3. Late enim sunt verba interpretanda, vt actus sustineatur.*

## A D D I T I O.

\* Nec etiam ipso patre consentiente, poterit tamen de huiusmodi bonis testamentum facere, cum ad pias causas illud condit, vt per Vasquium de *succes. lib. 1. tit. qui testari poss. §. 1. n. 50. vide Franc. Viuium lib. 1. com. op. 121.*

## Q V Æ S T I O VII.

## S V M M A R I V M.

*Vsurarius manifestus an possit donare causa mortis?*

Q V Æ R O, tu scis, quod vsurarius \* manifestus \* non potest testari, nisi præstita cautione iuxta formam c. *quanquam. de vsur. in sexto, vt dixi supra, lib. 3. §. Testamentum. quest. 26. nunquid poterit donare causa mortis? Resp. variæ sunt in hoc articulo opin. Doctorum. Nam Bald. in leg. executorem. num. 11. C. de execut. rei iudic. videtur tenere, quod sic (licet dicat se tremulentius id asserere, & supponat se iudicio sanctæ ecclesiæ) & affirmat, quod multi valentes Do-*

Doctores venerabilis Collegii Mediolanensis pro hac parte consuluerunt; quam dicit sibi videri magis communem Ripa in l. 2. numer. 7. ff. de leg. 1. quem refert Didacus in Rubr. de testam. in 3. parte numer. 11. Contrariam tamen sententiam, scilicet, quod imo vsurarius manifestus non possit donare causa mortis, multi tenuerunt. Et dicit Alex. in dict. l. discretis. numer. 2. Cod. qui testamen. face. poss. quod hæc opin. videtur esse magis communis, quem refert Curt. iun. l. eius qui in prouincia. numer. 4. in fin. ff. si cert. peta. refert etiam, & sequitur Io. Dilc. de arte testandi, lib. 1. caut. 7. numer. 2. Et hæc ego etiam sequor tanquam tutiorem, & magis communem: aliter enim facile eludi posset dispositio d. c. quanquam. Quæ opi. multo magis procederet, vbi huiusmodi donatio causa mortis esset facta in testamento, vel esset de omnibus bonis, vel eorum maiori parte, prout etiam fatentur illi, qui tenent contrariam partem: tunc enim proculdubio appareret illam esse factam in fraudem. Et ab hac opin. quæ fauorabilior est animæ, non recedas in iudicando.

## ADDITIO.

\* Adde quod vsurarius manifestus is tunc dici potest, quando in iudicio illud crimen fuerit confessus, gloss. in cap. 1. in versic. manifestos, quam communiter omnes sequuntur, de vsur. in 6. quod amplia etiam si in confessione dixerit simpliciter vsurarium; secundum Franc. ibi. & ita etiam tenent Abb. Anr. de But. & alii in c. qui in omnibus, de vsur. Nota tamen quod testes singulares non probant quem vsurarium manifestum, secundum Abb. in c. cum in diocesi. vbi hæc dicit communem. de vsur.

## QVÆSTIO VIII.

## S V M M A R I A.

- 1 Pater an possit donare filio in potestate?
- 2 Et an in remunerationem meritorum?
- 3 Et an requiratur, quod merita æquiualeant donationi?
- 4 Et quid si non æquiualeant in totum, sed excedant dimidium eius quod donatur?
- 5 Et an valeat donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis?
- 6 Et an ex causa studii?
- 7 Et an donatio facta à patre filio, morte confirmetur?
- 8 Et an confirmetur iuramento?

**QVÆRO**, nunquid pater ꝛ possit donare filiofam. in eius potestate existenti? Respond. quod regulariter donatio inter patrem & filium nihil valet. Text. est in l. donationes quas parentes. Cod. de donatio. inter vir. & vxor. & hæc opin. communiter per Doctores approbatur, vt dicit Alber. in l. si pater. circa pri. C. de inoffic. testam. Illam etiam dicit esse communem Paris. cons. 16. numer. 19. lib. 2. Cum enim regulariter, quidquid acquirit filius, acquirat patri, impossibile est iuris impossibilitate, quod pater aliquid donare possit filio, ita vt dominium in illum transferatur, cum neque momento apud ipsum remanere possit, sed omnino sit in ipsum patrem donantem illico reuersurum.

Hæc tamen conclusio intelligenda est, vt procedat in simplici donatione, scilicet quæ nullam causam habet annexam, nisi puram & meram liberalitatem: ceterum si donatio innitatur alicui causæ, facile sustinetur. Hinc inferitur, quod si filius in patrem aliqua beneficia contulerit, poterit pater illi donare ꝛ in remunerationem huiusmodi meritorum, & donatio ipsa valebit. Ita tenet gloss. in l. si donatio. in gloss. 1. C. de colla. cuius opin. communiter approba-

tur, vt ait Dec. in ea. l. si donatio, numer. 10. Rimi. consil. 240. numer. tertio. Talis enim donatio, quæ fit in remunerationem meritorum, non est proprie donatio, vt dixi supra, quæst. 3. Sed aduerte, quia in hoc non statur assertioni patris attestantis de meritis, etiam si illa exprimeret in specie, sed merita ipsa probanda sunt per filium. Ita communiter tenetur vt dicit Ias. in repet. l. frater à fratre, post numer. 44. versic. Secundo limita. ff. de cond. indeb. Corn. consil. 289. colum. final. in litera D. libr. 4. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Ruin. consil. 44. circa fin. libr. 5. Vbicunque enim donatio fit inter personas prohibitas, semper est necessaria probatio meritorum, vt dixi in allegata quæst. 3. versic. Sed hic occurrit.

Scias tamen, quod non sufficit subesse aliqua merita, sed requiritur, quod ipsa merita æquiualeant ꝛ donationi, alias autem donatio ipsa non valebit, nisi quatenus capiunt merita, pro residuo vero censetur donatio simplex, vt dixi in eadem quæst. 3. versic. Sed nunquid.

Sed pone, quod merita non ꝛ æquiualeant in totum donationi, excedant tamen dimidiam eius, quod donatur, nunquid sufficiet ad hoc, vt merita dicantur æquiualeant donationi? Respondeo: Bal. in Auth. ex testamen. colum. 2. versic. Sed contra hoc facit. Codic. de collat. videtur tenere, quod sufficiat, quod merita saltem non sint intra dimidiam iustæ mensuræ, argum. l. 2. Cod. de rescind. vendit. sed in contrarium est communis opin. vt attestatur Socin. consil. 19. numer. 9. lib. 1. scilicet, quod hoc non sufficiat, alias enim facile esset facere fraudem legi, si pater faceret aliquam rem magni valoris sibi per filium donari, vt ipse deinde posset illi duplum donare, quod nullo modo est dicendum. Veritas igitur est, quod in hoc, an scilicet merita æquiualeant donationi, vel ne. standum est arbitrio iudicis, vt dixi in d. quæst. 3. versic. Sed quæro.

Secundo inferitur, quod si pater ꝛ aliquid donet filio in præmium emancipationis, talis donatio valet, vt traditur in l. vt liberis. Cod. de collat. & ita communiter concluditur, teste Socin. consil. 127. numer. 13. lib. 3. Et si dicas, quod imo talis donatio dicitur donatio simplex, non autem ob causam, quia in emancipatione filius dicitur potius acquirere, & sic fieri melioris conditionis, & ideo improprie videtur dici huiusmodi donatio fieri in præmium emancipationis. Et quod sit donatio simplex, attestatur communiter teneri Alex. consil. 21. post num. 9. lib. 3. quam etiam opin. dicit esse communem Rimi. cons. 409. numer. 8. Respon. quod satis potest dici talis donatio fieri præexistente causa emancipationis, vt scilicet filius emancipationi consentiat. Nam filius non potest à patre inuitus emancipari. §. generaliter. in Authen. quibus modis natur. effi. sui. cum simil.

Tertio inferitur, quod si pater a liberos, vel aliquid a aliud filio donauerit ex ꝛ causa studii, talis donatio facta, præexistente dicta causa, sustinetur, nec potest à patre reuocari. Ita tenet Ang. in l. in vit. verbis ff. soluto matr. & est communis opin. vt ait Ias. in ea. l. 1. numer. 52. subdens, quod ab ea non esset recedendum. Hæc tamen decisio non transit sine difficultate. Multi enim Doctores, & magnæ auctoritatis tenuerunt contrarium, scilicet quod imo talis donatio non valet: & hæc dicit videri magis communem Ripa in dict. leg. 1. numer. 140. Dicit etiam Alex. in l. in quartam.

num. 22. in fin. ff. ad l. Falc. quod magis communis conclusio videtur esse, quod si filius est in potestate, & non sit Doctor, talis donatio non valeat. Sed quid quid sit, ego si casus contingeret, non recederem à prima opin. modo donatio non esset immodica, neque alia vlla suspicio fraudis subesset. Est enim hæc causa studiorum valde favorabilis, vt scilicet adolescentes erudiantur, quod Reip. maxime interest. An autem si pater tradiderit filio libros ex causa studii, censetur eos illi donasse, & an filius illos habeat præcipuos, an autem sint cum fratribus conferendi, dixi sup. lib. 3. §. collatio.

7 Scias etiam, quod hæc conclusio, quæ t̄ habet, quod pater non potest filio donare, intelligenda est, vt procedat ab initio: stante enim iuris impossibilitate, de qua superius dixi, non potest huiusmodi donatio aliquo modo in vim contractus simpliciter sustineri, sed si pater donationem ipsam non reuocauerit, bene eius morte confirmatur. Et hæc est communis opin. vt dicit Alber. in l. si pater, circa princ. C. de inoff. testam.

Sed quæro, tu scis quanta sit virtus iuramenti, de quo late dixi infra, lib. 7. §. iuramentum. Pone, quod pater in donatione quam facit filio, apponat iuramentum, nunquid ex virtute t̄ iuramenti \* donatio ipsa confirmabitur, ita quod statim ab initio valida sit? Respon. super hoc articulo aliquando fuit controuersia inter Dd. Nunc autem fere omnes transeunt cum hac sententia, quod confirmetur iuramento. Quam in primis tenuit Bald. in l. fin. num. 8. C. de vsucap. pro donat. & dicit esse communem Alex. consil. 8. lib. 2. prout illum refert Ruin. consil. 121. post num. 1. lib. 1. licet in libro meo Alex. num. 3. & vbi attestatur de communi, loquatur de donatione inter virum & vxorem, Corneus consil. 289. lib. 4. prout illum refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fol. 84. post num. 20. Socin. consil. 91. num. 8. lib. 1. & consil. 107. n. 1. lib. 3. & consil. 131. num. 3. lib. 4. Iason in lectura l. frater à fratre, col. penult. & fin. ff. de condit. indeb. & consil. 184. colum. fin. versic. Præterea talis, lib. 2. & consil. 128. num. 1. lib. 4. Dec. in l. si donatione, num. 33. C. de collatio. & consil. 216. num. 2. & consil. 239. nu. 1. & consil. 414. numer. 12. & consil. 432. num. 5. & consil. 631. post num. 5. & consil. 688. post num. 11. Bertrand. consil. 39. num. 1. lib. 1. in 2. parte. & consil. 89. num. 2. eod. volum. & consil. 144. num. 1. eod. vol. & consil. 173. num. 3. eod. vol. & consil. 206. numer. 7. in fin. eod. volum. & consil. 8. num. 1. lib. 2. in 2. parte. & consil. 138. numer. 4. eod. volum. & consil. 97. post num. 1. versic. Præterea, lib. 3. in 2. parte. & consil. 203. num. 5. eod. vol. & consil. 208. numer. 6. eod. volum. Ripa in l. si vquam, num. 35. Cod. de reuoc. donat. & lib. 3. Respon. cap. 5. numer. 4. post numer. 8. Rubeus consil. 130. num. 5. & consil. 145. num. 10. Paril. consil. 53. numer. 3. lib. 1. & consil. 33. num. 35. lib. 3. Alciat. in c. cum contingat, num. 207. de iureiur. & in l. probrum, in verbo, Non natura. ff. de verb. signi. Bello. consil. 15. post num. 12. Crauet. consil. 19. num. 1. & consil. 102. post num. 1. vers. Sed præmissis, & consil. 136. num. 2. Gratus consil. 7. num. 8. lib. 2. & consil. 63. numer. 23. eod. vol. Ioan. Dilect. de arte testandi. tit. 3. caut. 2. numer. 2. Duennas regul. 219. in 2. amplia. vers. Pro qua opin. Neuiza. consil. 8. post numer. 3. vbi recenset auctoritates Appostilla. ad Rimin. consil. 383. sub num. 14. Et secundum hanc opin. in facti contingentia iudicauit Parlamentum Delphin. vt per Guid. Papæ decis. 146. Hæc enim incapacitas, quæ est in contractibus inter patrem & filium, est à iure ciuili introducta, & sic non impedit oriri naturalem obligationem, qua præsupposita,

non videtur dubitandum quin iuramento confirmetur. Et quia hæc res in practica nullam solet habere difficultatem, ineptus esset aduocatus, qui illam vellet in disceptationem deducere. Faciant quæ dixi infra, q. prox. vers. Sed quid si in ipsa.

## ADDITIONES.

a Libros.) Et de libris emptis per patrem filio Doctori & et traditis, quod non imputentur in legitimam, crebrior est Dd. sententia, vt per Roland. in consil. 12. dixi in collecta mea commun. opin. in verb. liber. num. 9. Et de libris emptis filio scholari, qui postea studium compleuit, & doctoratus insignia adeptus fuit ante mortem patris, quod haud computentur, commune post Alexand. consil. 142. nu. 25. volum. 2. & Roland. eod. consil. 11. in 2. dub. lib. 2. dixi in d. collecta mea commun. opin. eod. loco numer. 10. Et regulam, quod filius scholaris haud teneatur libros à patre traditos post eius mortem conferre cum fratribus, sed habeat illos præcipuos: vide per Duen. in 371. Et de libris emptis & traditis filio Licentiato ante mortem patris, qui similiter non computentur, dixi vbi sup. nu. 1. Et idem de libris emptis & traditis filio clerico, commune post Roland. d. consil. 11. dixi in d. collecta mea communium opinio vbi sup. nu. 12.

b Morte confirmatur.) Adde quod confirmatur donatio facta à patre filio in potestate, morte, si sit deuentum ad rei traditionem vel quasi: commune dixi in collecta mea. vbi infra num. 93.

c Quod firmetur iuramento.) Adde atque commune esse vide etiam de hac communi in collecta mea commun. opinio. verb. donatio. num. 79. Et de donatione facta filio familias, quæ ab initio non valet, & quæ ad nutum patris reuocari potest, si sit morte confirmata, quod imputetur ei in legitimam, commune vide per Roland. consil. 12. numer. 31. vol. 2. vbi alios retulit. At non idem de donatione facta filio in potestate à patre commune per Roland. ibid. nu. 29. nisi sit dictum, commune per eund. ibid. num. 32. Et vbi confirmatur morte aduerte, quod sumit robur, prout ex tunc commune per eund. ibid. nu. 40. Et de omnibus istis commun. conclusionib. dixi, vbi supra. num. 89. cum multis seqq.

\* Quod hæc donatio non confirmetur iuramento tenuit Bald. in c. cum contingat. de iureiuran. Paul. de Castr. consil. 342. in c. circa bona. volum. 1. Fulg. consil. 199. Cor. consil. 9. lib. 2. consil. 188. in princ. lib. 4. Contraria tamen opin. quod scilicet firmetur iuramento, videtur magis communis. De hoc vide per Ant. Gab. lib. 3. commu. opin. tit. de donat. conclus. 4.

## QUESTIO IX.

## SUMMARI.

- 1 Donatio inter virum & vxorem, an valeat?
- 2 Et quid in donatione causa mortis?
- 3 Et quid si appositum sit iuramentum?
- 4 Et quid si talis donatio sit simulata, vel præsumpta?
- 5 Et quid si facta sit in compensationem senectutis, vel ignobilitatis?
- 6 Et an confirmetur morte donantis?
- 7 Et an eo casu retrahatur ad tempus facta ipsius donationis?
- 8 Et quid si excedat summam quingentorum solidorum?

QVÆRO, nunquid donatio t̄ inter virum & vxorem valeat? Respon. quod regulariter non valet. l. 1. ff. de donat. inter virum & vxorem. Quod optima ratione introductum fuit, ne scil. coniuges mutuo amore se spoliarent, vt dicit text. ibid.

Et hæc quidem conclusio locum habet, non solum in donatione inter viuos, sed etiam in donatione t̄ causa mortis. Nam & ipsa inter coniuges facta nihil valet. Ita dicit gl. in l. 2. in prin. in verb. Legatum. ff. de dote præleg. quam dicit esse ab omnibus probatam Didacus in Rubr. de test. in 3. parte, n. 2.

Sed quid si in ipsa donatione t̄ appositum sit iuramentum, nunquid ex virtute ipsius iuramenti talis donatio confirmabitur? \* Resp. quod in hac quæstio-

ne variaz fuerunt Scribentium opiniones. Nam Bart. in l. qui testamentum. ff. de probat. tenuit, quod talis donatio non confirmetur iuramento. Et dicit Socin. consil. 66. num. 12. & sequent. lib. 1. quod longe plures, & excellentiores Dd. & longe maioris auctoritatis tenent hanc partem. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo huiusmodi donatio intervirum, & uxorem confirmetur iuramento, tenuit Bart. sibi contrarius, in l. Seiur & Augurius, in fin. ff. ad leg. Falcidiam. Et dicit Socin. pariter sibi contrarius consil. 77. post numer. 15. versic. Nec obstat septima, lib. 1. quod ita concludunt communiter Dd. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. in cap. cum contingat, post numer. 89. de iureiur. Alexand. consil. 8. numer. 3. lib. 2. & consil. 157. num. 17. eod. volum. & consil. 152. numer. 6. lib. 6. & consil. 54. num. 8. lib. 7. Aretin. consil. 74. numer. 6. quem refert Socin. iun. consil. 44. numer. 6. lib. 2. Ruin. consil. 132. numer. 3. lib. 4. & consil. 137. numer. 2. eod. vol. Corn. consil. 163. in litera B. lib. 1. & consil. 37. in litera C. lib. 4. Abb. in cap. fin. numer. 9. de donat. inter vir. & vxor. vbi dicit, quod hæc opin. communiter tenetur & consil. 96. numer. 1. lib. 2. quem refert Grammat. decis. 103. num. 73. Iaf. in l. pacta qua contra, num. 5. Cod. de pactis. Dec. in d. l. pacta qua contra, num. 7. & consil. 222. post numer. 6. & consil. 240. numer. 1. Claud. in l. is cui bonis. numer. 24. ff. de verb. obligat. & in l. si diuortio. numer. 11. eod. tit. Ruin. consil. 190. numer. 3. lib. 1. & consil. 179. numer. 3. eod. volum. Bertrand. consil. 175. numer. 3. lib. 1. in 2. parte, & consil. 163. post numer. prim. lib. secundo. in 2. parte, & consil. 208. num. 5. lib. 3. in 2. parte, Rubeus consil. 25. num. 5. & consil. 54. numer. 3. Paris. consil. 86. num. 14. lib. 3. Ripa libr. 3. respons. cap. 4. numer. 6. & c. 6. per totum, & cap. 17. numer. 1. Alciat. in dict. c. cum contingat, numer. 196. & in l. probrum, in verbo, Non natura. ff. de verb. signif. Bello. consil. 4. numer. 2. in fin. & consil. 87. numer. 3. Crauetta consil. 81. post numer. 1. versic. Sed præmissis, & consil. 229. post numer. 4. versic. Quæ conclusio, & consil. 245. post numer. 12. versic. Nec dicatur. Socin. iun. consil. 47. numer. 15. lib. 3. Duennas reg. 219. in 2. ampliatione. versic. Secus tamen, Alba. consil. 4. num. 12. Didacus in Rubr. de testament. in 2. parte. numer. 10. Et ab hac opin. tanquam apud Doctores nostri temporis indubitabili, non esset iudicando, aut consulendo recedendum: Potest enim hoc casu iuramentum ipsum observari sine interitu salutis æternæ, ideo seruandum est, cum non sit præstitum super promissione, quæ dici possit esse contra bonos mores. Faciunt quæ dixi supra q. prox. vers. Sed quero.

Hæc tamen conclusio, quæ habet, quod donatio inter virum & uxorem confirmatur iuramento, intelligenda est, vt procedat in vera donatione: nam si esset donatio ꝑ simulata, vel præsumpta, puta, quæ resultat ex confessione dotis receptæ, in casibus in quibus præsumitur facta animo donandi, talis donatio non confirmatur iuramento. Ita dixit Cyn. in l. 1. in fin. C. de sacros. Eccles. \*\* & est communis opin. vt ait Socin. consil. 61. colum. 3. lib. 1. prout illum refert & sequitur Didacus, lib. 1. resolut. c. 7. num. 5. Curt. iun. consil. 95. num. 4. Gratus consil. 55. num. 40. libr. 1. Cum enim inter cætera iuramentum, ad hoc vt valeat, debeat habere comitem veritatem, præsupposita simulatione contractus, nihil potest operari. Bene verum est, quod huiusmodi donatio simulata & præsumpta confirmatur morte mariti, vt dixi infra vers. 8. ias autem; & in hoc proposito, quando confessio dotis receptæ censetur facta animo donandi, videnda sunt ea quæ dixi infra §. Dos.

Sed pone quod maritus ignobilis, aut ꝑ senex, ducat a puellam, vel nobilem, in uxorem: nunquid ipse poterit in compensationem suæ ignobilitatis vel senectutis aliquid illi donare? Respondeo: quod sic, & talis donatio valebit. Ita videtur sensisse gloss. vnica in l. si voluntate. Codic. de dotis promiss. & est communis opin. vt attestatur Bald. Nouell. de dote, in 10. parte, numer. 3. & sequentib. Iaf. in l. si diuortio. ff. de verb. obligat. prout illum refert Paris. consil. 86. numer. 18. lib. 3. licet ego non reperiam Iaf. ibi, id attestantem. Tiraquel. de nobilitate, cap. 18. numer. 19. & dicit Bart. in d. l. si voluntate. in fin. quod ita obseruat consuetudo, prout illum refert Iaf. in dict. l. si diuortio. post numer. 13. quamuis Bart. in libro meo hoc non dicat.

Et hæc conclusio, licet in puncto iuris non transeat sine magna difficultate; esset tamen tenenda propter auctoritatem Doctorum & communem obseruantiam. Item, quia est fauorabilis mulieribus, quibus in dubio semper fauendum est in rebus honestis, & reuera non potest negari, quin hæc donatio aliquo modo dicatur remuneratoria. Illam tamen ego intelligo, vt procedat in ipso actu dotis constituendæ: sed si fieret post constitutam dotem, crederem de illa esse iudicandum, prout de cæteris donationibus simplicibus, quas mariti faciunt vxoribus: alias puellæ, & iuuenes, quæ maritos habent senes, facile ab illis huiusmodi donationes extorquerent ad earum libitum. Solent enim viri, qui sunt ad venerem minus validi, nihil non concedere vxoribus suis, vt quod ex vna parte deficit, ex alia suppleatur.

Scias autem, quod hæc conclusio, quæ habet, quod donatio inter virum & uxorem non valet, declaranda est, vt procedat, quantum ad hoc, vt ab initio sustineatur, ita quod reuocari non possit, cæterum si post factam donationem maritus voluntatem non mutauerit, eo casu donatio ipsa ꝑ morte mariti b confirmatur. leg. donationes quas parentes. Codic. de donation. inter vir. & vxor. & sustinetur in vim relictæ potius, quam in vim contractus, & ideo de illa detrahitur Falcid. sicut de legatis, &c.

Sed hoc intellige, vt procedat, dummodo ante mortem mariti interuenerit traditio vera, vel ficta, & sic aliquid quod fungatur vice traditionis, alias vero si interuenuisset sola promissio, non confirmaretur morte. Ita dicit Bart. in l. Papin ff. de donat. inter vir. & vxorem. & ita tenent communiter Dd. vt ait Cæpolla consil. civili 8. numer. tertio. Dicit etiam Corn. consil. 124. in litera B. lib. 4. quod in hoc Doctores omnes concordant. Hanc etiam dicit esse communem Paul. de Castro, consil. 138. num. 1. lib. 1. vbi attestatur, quod ita Doctores communiter tenent, quem refert Didacus in dict. Rubr. de testament. in 3. parte, numer. 3. Paris. consil. 128. numer. 8. lib. 1. Et in hoc proposito, quando scilicet aliquid dicatur fungi vice traditionis, duo possunt exempla adduci. Primum, quando in donatione est appositum constitutum, illud enim habet vim fictæ traditionis, vt dixi infra libr. 7. & ideo operatur quod donatio ipsa morte donantis confirmetur. Et hæc conclusio communiter approbatur, vt dicit Socin. in l. prima. §. si vir, colum. 3. versic. Quarta & vltima. ff. de acquir. poss. & dicit Cæpolla in d. consil. 8. nume. 4. quod ita tenent communiter Doctores. Hanc etiam dicit esse communem Paris. in d.

*in d. consil. 128. num. 19.* Secundum exemplum poni potest, quando non est vera donatio, sed præsumpta seu simulata: puta quia maritus constante matrimonio confessus fuerit se recepisse et dotem. Nam huiusmodi confessio præsumitur facta animo donandi, ut dixi *in d. §. dos.* & confirmatur morte mariti, ex quo ipsa confessio receptionis habet vim factæ traditionis. Ita dicit mirabiliter gl. *in l. quod de suo, in gloss. fin. Cod. de dote cau. non num.* quam dicit esse communiter approbatam Socin. *consil. 79. post num. 1. libr. 4.* Hanc etiam dicit esse communem Bald. Nou. *de dote, in 10. parte, num. 7.* Socin. *in l. 1. nu. 17. ff. solut. matrimon.* quem refert Didacus *lib. 1. resolut. cap. 7. post num. 4. vers. Quod si confessio.* Quæ omnia nota, quia sæpe contingunt in practica.

Sed quæro, nunquid hæc confirmatio quæ fit per mortem mariti, operietur, quod donatio ipsa censeatur facta tempore mortis ipsius mariti, an autem retrahatur etiam ad tempus factæ donationis. Respondeo quod respectu dominii non retrahitur ad tempus factæ donationis, sed bene trahitur retro respectu fructuum perceptorum. Ita dicit gloss. *in l. talis scriptura in gloss. fin. ff. de leg. 1. & hæc opin. communiter tenetur, ut dicit Paul. Castren. in dict. l. talis scriptura, numer. 4. & seq. Alex. in d. l. talis scriptura, num. 8.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Crot. *in repet. l. si is qui pro emptore, num. 15. ff. de vsucap. vbi subtiliter examinat hunc articulum.* Didacus *in Rubr. de testam. in 3. parte, num. 5.*

Quæro etiam nunquid huiusmodi donatio confirmetur morte mariti, etiamsi et excedat summam quingentorum solidorum, dato, quod non sit iniuncta: dixi *infra, q. 17. vers. Sed quæro.*

## ADDITIONES.

*a Ducat puellam.)* Et conuerso de vxore, quæ donauit futuro marito illius, & contemplatione matrimonii attentata, & considerata iuuenili ætate, & personæ qualitate, vide & dic, ut per Crauet. qui plene & in terminis consultus respondet. Ipsa erat annosa, & iuuenis, cui donauit in compensationem ætatis tres partis, de quatuor omnium bonorum suorum. Maritus autem allegat iuuenturem suam. Nam isto casu Craue. appellat donationem reciprocam & remunerationem.

*b Morte mariti confirmatur.)* Fallit, si non fuisset facta traditio saltem per constitutum, vel aliud loco traditionis, per Dec. *in cons. 252. num. 7.* & ibi per Apostil. vide per Crauet. *consil. titam 245. colum. 2.* Et hoc in donatione, secus in promissione de donando. Castren. *consil. 138.* Boerius *decis. 355.* illud tamen de constituto reprobat per Castren. *in consil. 194. super isto puncto, libr. 2.* Item fallit, quando adesset itatum prohibens talem donationem confirmari, an habeat locum in donatione præsumpta. Vide per Tiraq. plene *in l. si unquam. C. de reuocan. donat. fol. 176. vbi quod sic.* Sed fol. *nibi 179. vbi quod non.*

*c Se recepisse dotem.)* Item quod confessio mariti facta vxori constante matrimonio de dote recepta non valeat, commune atque magis commune vide per Roland. *in cons. 93. vbi fallit quando sunt lapsa tempora ad opponendum exceptionem doris non numeratæ.* Item & in iuramento assertorio. Et de his communibus opinio. dixi *in collecta mea commun. opin. in verb. confess. nu. 37. cum multis seqq.*

*d Confirmatur morte mariti.)* Item quod confessio dotis facta constante matrimonio, etiam animo donandi, nisi morte confirmetur, haud valeat. vide de communi, atque magis communi per Roland. *consil. 93.* atque per Ioan. Capli *in cons. 163. nu. 20.* Item eadem collecta mea commun. opin. *in verbo, confessio, num. 4.*

\* Contrarium, quod scilicet non firmetur iuramento, tenet Bartol. *in l. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & ibi Ful. & Sal. Bald. *in l. si inquilinos. §. fin. ff. de leg. 1.* Sal. *in l. cum multis. Cod. de donat. ante nupt.* Vide Gabr. *lib. 4. commun. opin. tit. de dona. concl. 3.*

\*\* Adde Bart. *in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3.* Bal. *in l. 1. vrr. ex predictis. C. de iustic. don.* Crot. *in l. si constant. ff. solut. in attim.* Contrarium tenet Ang. *in l. pen. §. mulier. ff. solut. matrim.* Anchar. *cons. 307.*

## QVÆSTIO X.

## S V M M A R I A.

- 1 Ea que socr, vel maritus mittunt sponse, an censeantur donata?
- 2 Et quid in his quæ ei donantur à consanguineis, vel affini-bus?
- 3 Et quid de annulis, iocalibus, & vestibus, quas mariti faciunt vxoribus?

CIRCA hanc materiam donationis inter virum & vxorem, occurrit alia quæstio quotidiana: nunquid si maritus, aut eius pater, mittant aliquid sponsæ, prout quotidie fieri videmus, præsumatur et illud ipsi sponsæ donatum? Respondeo: Aut expresse dictum est, quod donatur: & tunc utique censeatur donatum. Aut simpliciter missum est, nulla facta mentione donationis: & tunc in dubio censeatur traditum causa ornamenti, non autem animo donandi. Ita distinguit Ang. *consil. suo, incip. Nicoletus de Tartagnis,* quod est *sub num. 251.* in consiliis compilatis & correctis per d. Nicolaum Gambarutum auum meum maternum, de qua compilatione mentionem facit, & ipsum appellat præstantissimum Doctorem, D. Paulus de Montepico *in rep. l. Titia. ff. de lega. 2. post num. 56.* in consiliis autem Ang. secundum impressionem, quam ego habeo, illud consilium est *sub num. 339.* Hæc autem distinctio Angel. est per Dd. approbata, ut dicit Cagnol. *in l. contractus, num. 35. ff. de reg. iur.* ita etiam tenere communiter Dd. attestatur Corn. *cons. 65. in litera A. lib. 3. & dicit Alexan. cons. 155. nu. 10. lib. 7.* quod ita magis communiter concluditur.

Sed nunquid ea, quæ donantur sponsis et à consanguineis, vel affini-bus, censeantur donata contemplatione mariti; an autem contemplatione vxoris? Respondeo: Aut sunt donata à consanguineis ex parte viri, & censeantur donata contemplatione viri: Aut sunt donata à consanguineis vxoris, & censeantur donata contemplatione vxoris. Ita distinguit Bartol. *in l. sed si plures. §. in arrogato. numer. 4. ff. de vulga. & ita magis communiter tenetur, ut dicit Ias. in l. vt liberis, numer. 17. Cod. de collatio.* Hanc etiam sententiam dicit esse magis communiter receptam Cagno. *in d. l. contractus, num. 38.*

Succesiuè quæro, quid de et annulis, iocalibus, & vestibus, quas maritus facit vxori; nunquid censeantur donatæ vxori, an autem illi concessæ ad vsum, & ornamentum tantum? Resp. Aut istæ vestes, siue iocalia, sunt vilia, & ad quotidianum vsum, & censeantur donata: & sic fiunt propriæ vxoris. Aut vero sunt præciosa, & non censeantur donata, sed concessa ad vsum tantum. Ita tenet Bart. *in l. in his rebus, que est lex pen. §. 1. num. 2. ff. solut. matrim.* & est communis opinio. ut dicit Corn. *cons. 81. in litera L. lib. 1.* Bertran. *cons. 24. ante n. 8. lib. 1. in 2. parte, & cons. 208. n. 2. lib. 2. in 2. parte,* Socin. *in cons. 134. n. 40. lib. 1.* Et quod vestes præciosæ & alia ornamenta festiuâ tradita vxori, vel sponsæ, per sponsum, vel maritum, non censeantur donata, est communis fere omnium sententia: ut dicit Cor. *cons. 114. in litera G. lib. 4.* Videmus enim, quod mariti illas fieri faciunt potius honoris sui causa, ut scilicet vxores ornatiores conspiciantur, quam in gratiam, siue beneficium ipsarum vxorum, & ab hac opin. nullo modo esset

esset in practica recedendum, & multo magis hoc tempore, quo infelices mariti obsequentes ambitioni vxorum, plus expendunt in earum ornamentis, quam recipiant pro earum dote. Mortuo igitur marito, si inter vxorem, & inter heredes mariti sit **b** controuersia de **b** vestibus: dic, quod aut constat, quod maritus eas voluit concedere ad vsum vxoris tantum, & sunt heredum viri: Aut constat, quod voluit donare, & sunt vxoris, quia talis donatio fuit ipsius mariti morte confirmata: Aut vero sumus in dubio, & tunc vestes necessariae ad vsum remanent mulieri, aliae vero remanent heredibus viri. Et hæc est communis conclusio, vt dicit Alex. in leg. si is qui quadringenta. §. dos legata. num. 2. ff. ad legem Falcid. à qua consulendo, aut iudicando recedi non solet.

#### ADDITIONES.

**a** *Sponse donatum.*) Et quod donatio facta à sponso sponse valeat, vide per Natt. conf. 317. nu. 2. verum an habeat veræ dotis priuilegia? Vide per Mansuer. in additio ad pract. Papien. tit. vxor vsufructuaria. ad glo. dedit & tradidit. Addi. fin. qui loquitur de donatione quæ sit à marito sene, vel ignobili: dotis constitutio facta à marito, quod non habeat veræ dotis priuilegia, vide per eum de aliis etiam donationibus.

**b** *De vestibus.*) Item quod vestes datæ per maritum vxori constante matrimonio, soluto matrimonio per mortem, si erant quotidianæ efficiantur propriæ vxoris: tecus si essent festiuæ & iocalia preciosa, commune per Rol. in conf. 30. post nu. 12. Natt. conf. 147. post nu. 8. & 10. vbi & cui incumbat onus probandi, vestes festiuas esse: & de illa communi dixi in collecta mea commu. opi. plenius in verbo vestis, ibid. vide.

#### QVÆSTIO XI.

##### SVMARIA.

- 1 Donatio propter nuptias, an hodie sit in vsu?
- 2 Et an censeatur ipso iure constituta, an autem agendum sit, vt constituatur?

**P**OST QVAM hoc loco de donationibus inter virum & vxorem tractari cœptum est, non impertinens erit aliquid de donationibus propter nuptias breuiter attingere.

Scias ergo, quod de iure communi dos data donationem propter nuptias meretur, & sic maritus cogitur dare tantum vxori ex causa donationis propter nuptias, quantum ipse ex causa dotis ab vxore recepit: & hoc ex dispositione Auth. dos data. Cod. de donat. propter nupt. Dispositio tamen illius Auth. scilicet, quod fiat contra dos, siue donatio propter nuptias vxori, hodie non est in vsu, vt attestantur glo. in Auth. equalitas. & glo. si. Cod. de pact. conuentis, quam refert Paris. conf. 95. num. 35. lib. 2. & Canar. de infirma. in 2. parte, in 6. q. Bald. in d. Auth. dos data. nu. 2. in fin. Alba. conf. 22. nu. 8.

Sed quæro, retenta dispositione iuris communis, nunquid huiusmodi donatio propter nuptias censeatur esse non ipso iure constituta; an autem vxor teneatur agere, quod constituatur? Respon. Azo quem refert glo. in d. Auth. dos data. in glof. 1. in fin. tenuit, quod huiusmodi donatio censeatur ipso iure constituta, æquiualens doti. Et dicit Apost. l. ad Bald. in eadem Auth. dos data. sub num. 3. quod ista videtur esse communis opin. Sed certe ego credo, quod hæc opin. Azo. non sit communis, nec vera: quinimo si donatio propter nuptias non fuit petita constitui constante matrimonio, non potest postea soluto matrimonio peti: & ita tenet glo. in d. Auth. dos data. in verbo, *Exactio*, quam dicit esse communiter approbatam Af-

fi&. decis. 242. num. 1. Gramma. decis. 97. num. 2. Bene potest peti, quod constituatur constante matrimonio, licet tempore datæ dotis, vel promissæ, non fuerit petita, neque constituta. Et ita communiter seruatur, vt dicit Alber. in d. Auth. dos data.

#### ADDITIONO.

**a** *Propter nuptias.*) Donatio propter nuptias quæ dicatur vere, & proprie, vide per Crauet in conf. 185. vbi etiam reuertitur ad donantem, nisi aliud actum sit, vt per Goza. conf. 97. An dicatur mutua respectu ad dotem habito per Boer. decis. 185. num. 10. Habet priuilegia dotis, per Gram. decis. 103. nu. 97. & 123. Et fisco præfertur, per Bal. conf. 40. maritus, vol. 1. & an mulier lucretur donationem propter nuptias, si mulier sui iuris, quæ promisit dotem, fuit in mora soluendi dotem: Item quid si maritus decedat intra terminum solutionis dotis? Vide per Boer. decis. 22. Et donatio propter nuptias dicitur aduentitium; non profectitium, vide per Bar. in conf. 31. nu. 15. vol. 6. vbi etiam quod donatio propter nuptias de quinquaginta quas promisit deponere, & non deposuit: non obstat in petitione dotis seu vlurarum quas in vulgari alimenta nuncupamus, ex eo quod non impleuit. Item quod donatio propter nuptias facta filiae valeat, nec conferatur etiam si actum sit, nec possit reuocari per partem restando, quando fuit iurata & possessio sequuta, tradit Ial. in conf. 239. lib. 2. Et donatio propter nuptias dicitur ob causam, vide per Natt. in conf. 609. in 2. dub. atque per Crauet conf. 85. nu. 2.

#### QVÆSTIO XII.

##### SVMARIA.

- 1 Donatio facta absentis non valet, nisi nuncius vel epistola interueniat.
- 2 Et an requiratur, quod talis nuncius sit ad id specialiter destinatus?
- 3 Et quid si donatarius apprehenderit possessionem rei donatæ?
- 4 Et quid si facta sit presenti, & tacenti?
- 5 Et quid si facta sit absentis, coram quinque testibus, an suffineatur in vim fideicommissi?
- 6 Et an donatio ad pias causas facta absentis valeat?

**P**RÆCEDENTIBVS quæstionibus visum est, quæ personæ donare possint, vel non; Nunc videndum est, quæ in ipsa donatione requirantur? Et in hoc scire debes, quod donatio debet fieri presenti, alias si fiat absentis, non valet. \* Tex est in l. absentis. ff. de donatio. & ita volunt Dd. communiter omnes, vt dicit Corn. conf. 73. in litera C. lib. 3. Hanc etiam dicit esse communem Paris. conf. 88. nu. 15. lib. 3. intellige nisi interueniat nuncius, vel epistola. Nam nuncio, vel epistola interueniente, potest donatio fieri absentis. Ita colligi videtur ex gloss. in l. nec ambigi. in gloss. 1. C. de donatio. & est communis opin. vt dicit Card. conf. 254. col. 3. prout illum refert Capic. decis. 180. nu. 8. licet ego illum non inuenerim.

Scias tamen, quod ad hoc vt valeat donatio facta absentis cum interuentu nuncii, requiritur, quod talis nuncius sit ad hoc specialiter à donante destinatus, & alias non perficitur donatio, neque sufficeret, quod aliquis motu proprio illam donatario notificaret. Ita tenet gloss. supra allegata in dict. l. nec ambigi. quam sequitur communis Doctorum sententia, vt ait Rom. conf. 295. nu. 1. & seq. quem refert Corne. conf. 254. in litera A. lib. 3. quem forte voluit allegare Capic. vbi supra. Et dicit Marf. in l. si quis ne quæst. nu. 6. ff. de quæst. quod illam gloss. sequuntur communiter Doctores. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Guido Papæ decis. 222. num. 2.

Sed pone, quod non solum donatio absentis facta sit verbotenus; sed etiam postea ipse donatarius acquisierit possessionem rei donatæ, nunquid vale-

valebit donatio? Resp. quod adhuc non dicitur perfectus contractus donationis, quo ad acquisitionem domini, nisi nuncius, vel epistola interueniat. Et hæc videtur esse communior opinio, vt dicit Capic. in allegata decis. 180. post num. 9. Cum enim donatio non possit perfici, nisi interueniente pacto, & sic consensu vtriusque, scilicet tam donantis, quam donatarii, non potest dici inter absentes consensus efficax interuenisse, nisi vel nuncius, vel epistola intercedat, vt supra dictum est.

4 Sed quid si donatio facta sit presenti, sed tacenti? dixi infra questio 14. vers. sed pone.

5 Quæro etiam, quid si donatio facta sit absenti coram quinque testibus, an sustineatur in vim fideicommissi? dixi supra q. 5. vers. sed pone.

Item quæro, nunquid hæc conclusio, quæ habet, quod donatio facta absenti non valet, habeat locum etiam in donatione, quæ fit Ecclesiæ, vel b. piae causæ, vel pauperibus absentibus? Resp. quod sic: & ideo si aliquis pro ipsis non acceptet, donatio nihil valet. Ita dicit glos. in l. illud. in ver. Alia causa. Cod. de sacros. Eccles. quam communiter approbant Doct. vt ait Ruin. conf. 13. num. 10. lib. 4. & conf. 37. num. 14. eod. vol. Quod nota, quia de facili quis responderet contrarium.

ADDITIONES.

a Absenti) Item quod non valeat donatio absenti facta, habetur per Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. fol. 89. Rom. conf. 295. dec. 35. Barb. conf. 80. Boer. decis. 172. & 353. decis. Tholosan. 385. Sed quid si referat penes donatarium? vide per Arct. in conf. 17. col. 4. Quid si esset donatio tacita? quod valet per Tiraq. de ll. conubis. fol. 143. Ial. conf. 33. vol. 1. Idem de donatione dotis causa, per Deci. conf. 35. Idem de donatione facta absenti, si sit iurata: per Ruin. conf. 18. nu. 12. in 1. Idem de donatione causa mortis etiam facta in testamento, vide per decis. Tholosan. 383. Quid de donatione ratificata? vide Dec. conf. 247. col. 4. Ruin. conf. 57. num. 3. vol. 1.

b Vel pia causæ.) Adde quod donatio ad pias causas subsistit ante ratificationem, istam opin. veriore, melioribusque rationibus fulcitam ac magis communem, attestatur Iosep. in decis. Perus. sub nu. 18. factaque Ecclesiæ haud reuocatur, quoad filiorum superuenientiam, nisi quoad legitimam, commune Card. Paris. conf. 73. n. 24.

\* Hoc intellige, nisi donatio facta absenti vallata sit traditione, vt sentit glo. in l. nec ambigit. C. de don. & ita intelligitur dictum Azon. in summ. C. de don. vers. cui possit donari, & hoc voluit Bald. & Cyn. in l. illud. C. de sacros. Eccles.

QUESTIO XIII.

SVMARIA.

- 1 Donatio facta absenti, Notario stipulante, an valeat?
- 2 Et an possit reuocari, priusquam ab illo absente acceptata sit?
- 3 Et an possit reuocari ante acceptationem?
- 4 Et quid si donatarius deceat ante ratificationem?
- 5 Et quid si donatio facta sit presenti, cum pacto, quod transferatur in aliquem tertium, qui sit absens?
- 6 Et an heres donatoris possit tale pactum reuocare?

DICTUM est in precedenti questione, quod donatio facta absenti non valet. Pone, quod aliquis donet absenti, cum interuentu Notarii, qui pro ipso absente stipulatus a fuerit, & acceptauerit, nunquid donatio valebit? Respondeo, ista est ardua questio, in qua magna est confusio inter Scribentes: propterea pro faciliiori intelligentia scire debes, quod dupliciter potest considerari donatio collata in absentem. Primo, quando ego dono aliquam rem Ti-

tio absenti. Secundo, quando ego dono aliquam rem Titio presenti, hac conditione adiecta, vt aliquo casu adueniente res perueniat ad Caium absentem. Certum est enim in iure, quod licet regulariter alter alteri stipulari non possit: potest tamen donator in donatione apponere legem rei suæ, vt aliquo casu adueniente perueniat in tertium. l. in traditione. cum ibi nor. ff. de pact. & ex huiusmodi pacto seu stipulatione acquiritur illi tertio actio vt lis sine cessione. leg. quoties. Cod. de donat. que sub mo. & ita tenet Bart. in leg. stipulatio ista. §. si stipuler. num. 3. in fin. ff. de verb. obligat. quem sequuntur communiter Dd. vt dicit Soc. conf. 115. num. 1. lib. 4. Et licet text. in dict. l. quoties. loquatur quando appositum est pactum, vt aliquid ex re donata præstetur, tamen intelligendus est etiam, vt procedat, quando donatur species, & apponitur pactum de danda pecunia. Et hæc opin. est communis, & tenenda, vt ait Socin. conf. 236. nu. 1. lib. 2.

Primo ergo casu, quando aliquis donat Titio absenti, medio Notarii stipulantis & acceptantis, non videtur dubitandum, quin donatio ipsa valeat, & quæratur actio sine cessione. Potest enim Notarius alteri stipulari, &c. vt late dixi infra, hoc eod. lib. §. stipulatio. Et ita hanc conclusionem esse in iure receptissimam attestatur Soc. iun. conf. 67. num. 4. lib. 3. Sed difficultas est, nunquid antequam Titius ratificet, vel acceptet, ipsa donatio dicatur perfecta, ita quod ab ipso donante non possit postea reuocari? Resp. aut donator ante acceptationem vel ratificationem donatarii simpliciter donationem ipsam reuocauit, & reperio, quod Paul. de Castro in vulgato suo consil. 195. post num. 3. vers. Sola vero reuocatio. lib. 2. tenet, quod talis simplex reuocatio facta per donantem non impedit, quo minus subsequi possit ratificatio per donatarium, & sic donatio ipsa perfici, tali reuocatione non intenta, licet à multis illa decisio Pauli de Castro in contrarium allegetur: & in hoc credo, quod opin. Paul. de Castro sit vera, & communis, quamuis plerique attestantur, communem opin. esse in contrarium, scilicet, quod imo potest ante ratificationem donatarii per donantem reuocari, & in specie Cagnol. in l. quo tutela. §. nec paciscendo, in fin. ff. de reg. iur. quem refert Tiraq. de constitut. in 30. limit. num. 9. Alba. conf. 36. num. 1. Quinimo Alciat. in c. cum contingat. num. 324. & seq. vsque ad num. 331. tenet, quod talis donatio ante ratificationem non valeat, & quod si donatarius ante ratificationem moriatur, non possunt eius heredes illam ratificare: & dicit, quod est magis communis opin. Et idem tenet in l. 2. §. ex his. num. 3. ff. de verb. obligat. subdens, quod secundum hanc opinionem pluries consuluit & ostendit illam esse communem, & de iure veram. Sed certe, vt dixi, contraria opin. est magis communis, scilicet quod non possit reuocari, prout illam esse magis communem attestatur Gozad. conf. 87. circa fin. & ex infra dicendis magis apparebit.

Aut vero donator non tantum simpliciter donationem ipsam adhuc non acceptatam reuocauit, sed etiam rem donatam in alium cum effectu transtulit: & tunc multi adhuc allegant Paul. de Castro in alleg. consil. tenere, quod prima donatio per secundam reuocari possit: tamen, nisi fallor, Paul. de Castro loquitur in aliis terminis, prout infra dicam. Bene verum est, quod ex eius verbis colligitur, quod ipse fuit in hac sententia, dum ait, quod super-

superueniens ratificatio, seu acceptatio, non præiudicatis, quibus medio tempore fuit ius quæsitum. Et secundum hanc opinionem, quod secunda donatio præiudicet primæ non ratificatæ, consuluit Dec. *consil. 226.* & eam dicit esse communem Cagnol. *in l. fin. num. 272. C. de pact.* Contrariam tamen sententiam, scilicet quod imo per huiusmodi donationem, intercedente stipulatione Notarii, absentis factam, sit quæsitum ius donatario irrevocabiliter, etiam ante ratificationem, ita quod non possit deinde donator rem ipsam in alium *d* transferre, tenuit Socin. *iun. consil. 118. post numer. 12. versicul. Non obstat tertia, libr. 2.* vbi dicit, quod licet sit magna auctoritas Paul. de Castr. & Dec. tamen in hoc eorum opin. non videtur tenenda, & de iis dici posset illud: *Quandoque bonus dormitat Homerus.* & *ibidem, post numer. 16.* dicit, quod contra eos est communis opin. quem refert Didacus *in Rubr. de testam. in 3. parte, post numer. 13.* licet non satis perfecte iudicio meo. Hanc etiam opinionem sentit esse magis communem Socin. *iun. consil. 121. numer. 8. & seq. lib. 3.* Et dicit Apostil. *ad Dec. in l. contractus. sub numer. 22. ff. de reg. iur.* quod hæc opinio de iure erat verior, & communis, licet Apostil. *ad Alexand. cons. 31. sub num. 16. lib. 6.* dicat, quod hodie opin. Decii est crebrior, & regia constitutione in regno Franciæ confirmata, quem *e* refert Tiraquel. *e de constitutio. in 30. limit. numer. 9.* Ego vero in hoc secundo casu considerabam, quod si aut præfatus donatarius ante secundam *f* donationem adeptus erat possessionem rei *g* donatæ: & tunc, cum adipiscendo possessionem videatur ratam habuisse donationem, non est dubitandum, quin prima donatio prævaleat secundæ. Omnes enim conveniunt, quod in illis terminis etiam tacita duntaxat ratificatio sufficiat ad hoc ut donatio irrevocabiliter perficiatur. Aut vero primo donatario non fuit tradita possessio, sed secundo: & tunc puto, quod res careat omni difficultate. Nam etiam si prima donatio fuisset facta præsentis, & acceptantis; adhuc esset præferendus secundus donatarius, cui fuisset tradita res, secundum regulam *l. quoties. ff. de rei vindic.* Aut non fuit tradita res primo, neque secundo donatario: & tunc in pari causa censerem primum esse præferendum, etiam si secundus prius acceptasset, licet hoc non transeat sine scrupulo, etiam præsupposita pro vera illa opinione, quod simplex revocatio donatoris non sufficiat, quam etiam tenuit Paul. de Castr. *in alleg. cons. vt supra dixi,* & re vera hic passus est valde dubius & periculosus.

*4* Tertius est casus, quando donator *†* donationem non revocavit, neque rem in alium transtulit, sed antequam donatarius acceptaret, vel ratificaret, decessit; & hoc casu consuluit Paul. de Castr. (si bene advertatur) quod heredes donatarii non possunt ratificare huiusmodi donationem in præiudicium heredum donantis (quia in casu suo etiam donator erat mortuus) quibus (vt ipse dicit) iam erat ius quæsitum, eo quia per mortem donatoris erat in eos translatum dominium ipsorum bonorum. Sed certe licet magna sit auctoritas Paul. de Castr. illa sua opin. mihi nunquam placuit: ex ea enim sequitur vnum, quod regulariter est maxime absurdum, scilicet, quod heres, qui repræsentat personam defuncti, possit eius facto contrauenire. Præterea si (vt ipsemet Paul. *ibidem* tenuit) ipse donator

viuens non potuisset sola revocatione impedire ratificationem donatarii, vt dixi *supr. versicul. Primo ergo casu.* quanto minus dicendum est, quod potuerit illam impedire sola morte, quæ in hoc casu non infert expressam, neque tacitam translationem. Nam acquisitio, quæ fit per heredem, non dicitur proprie fieri per viam alienationis à defuncto, saltem respectu alicuius rei particularis, cum sit alienatio necessaria legalis, ex qua non potest in proposito inferri aliqua revocatæ voluntatis declaratio: & si casus contingeret, credo, quod non erraret iudex, qui contra opin. Pauli de Castro sententiam in hoc casu proferret, quæ etiam expresse conuincitur ex traditis per Doctores, quos allegavi *infra versic. Sed pone.*

Secundus est articulus, quando *†* quis donat alicui præsentis, cum pacto, quod aliquo casu adueniente, res perveniat in aliquem tertium absentem: & hoc casu non est pariter dubitandum, quin talis conventio valeat & illi absentis quærat actio sine cessione: siue Notarius, siue etiam ipsemet donator stipulatus fuerit pro ipso tertio absente, vt dixi *supra in princip. question.* Pariter etiam non est dubitandum, quin secuta ratificatione illius tertii, sit perfecta donatio, itaque irrevocabiliter sit ipsi absentis ius quæsitum. Difficultas est, nunquid possit donator postea huiusmodi pactum revocare, antequam fuerit ab ipso tertio absente acceptatum. Dic ergo quod siquidem Notarius pro absente acceptavit, non potest amplius illud pactum revocari in præiudicium absentis, cui mediante stipulatione Notarii fuit ius quæsitum: etiam si donator, & donatarius concorditer vellent illud revocare. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Socin. *iun. in d. consil. 118. numer. 13. lib. 2.* Hanc etiam opin. communem esse attestatur Didacus *lib. primo resolut. cap. 14. numer. 11.* Sed quid si nullus pro ipso absente acceptavit, nunquid poterit revocari? Respon. Bartol. *in l. qui Roma. §. Flavius. num. 1. ff. de verb. obligat.* tenuit quod possit donator tale pactum remittere in præiudicium ipsius absentis; & opin. Bartol. dicit esse communem Socin. *in dict. §. Flavius. numer. 8. & consil. 115. num. 12. libr. 4. Ial. in d. §. Flavius. numer. 14. & in l. 2. numer. 66. C. de iure emphyteut.* quem refert Cagnol. *in l. id quod nostrum. numer. 12. ff. de reg. iur. Ruin. consil. 182. post numer. 21. versicul. Nec obstat, lib. 1. Ex ea in Rubric. de pactis, numer. 143.* Et dicit Didacus *in dict. cap. 14. numer. 17.* quod communiter Dd. sequuntur Bartol. Idem dicit Gratus, *consil. 25. post numer. 39. versic. Nec obstat, lib. 1.* Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo non possit hoc casu tale pactum in præiudicium ipsius tertii absentis, etiam ante eius acceptationem remitti, dicit esse communem Guliel. de Benedic. *in repet. cap. Raynuntius. in verbo, Si absque liberis, el 2. numer. 22.* Roder. Xarez. *in repet. l. quoniam in prioribus. in declarat. l. regni. quest. 2. numer. 2.* vbi plures enumerat, tenentes hanc opinio. & dicit, quod fere omnis schola Scribentium tenet contra Butr. Idem etiam dicit Xarez. *alleg. 19. Duenas reg. 216. in fin. & certe non potest negari, quin propter varias rationes, & auctoritates Doctorum hinc inde, passus non sit valde arduus, & periculosus.* Ego tamen, si casus contingeret, non auderem consulendo, aut iudicando recedere ab opin. Bartol. quam credo esse veriore, & magis communem, modo tamen res esset integra; quia scilicet, res adhuc tradita non esset per donatarium illi tertio.

vel etiam nondum euenisset casus, in cuius euentu donatio in illum tertium collata fuerat: nam iis casibus crederem non posse reuocari, prout etiam faterentur omnes teste Didaco in d. c. 14. post nu. 13. vers. Principaliter & quinto, in quo capitulo ipse Didacus multum eleganter tractat hanc materiam.

6 Sed pone, quod donator ipse dum viueret, hoc pactum in fauorem tertii absentis appositum non reuocauerit, nunquid eo mortuo poterit ipsius heres illud reuocare? Respon. quod non; & est commun. opin. vt attestatur Soc. in d. §. Flauius, nu. 19. Exea in d. Rub. de pact. nu. 174. Didac. in d. c. 14. nu. 17. Videtur quodammodo donatio ipsa confirmata morte donantis, ita vt res non possit amplius dici integra, & consequenter non possit donatio reuocari.

ADDITIONES.

a Stipulatus fuerit.) Quid si Notarius non fuit stipulatus pro absente, An valeat, quando adest clausula, Quae donatio stipulata, & solemniter celebrata: & quod sic, vide per Ruin. in conf. 180. nu. 11. verum etiam iustinetur per clausulam, omni meliori modo, per Crau. in conf. 131. nu. 3. Et adde quod praesentia semper praesumitur, licet non dicatur in donatione: vide per Boer. in decis. 33. col. 2.

b Ipsa valeat.) Item quod donatio pro aliquo absente acceptata, reuocari haud possit per donatorem secundum omnes: vide per Caph. in conf. 33. sub nu. 6. quod etiam dixi in saepe d. collecta mea, nu. 66.

c Postea reuocari.) Sed quid si donatio sit facta absenti notario stipulante: & postea sit facta alia donatio secundo loco praesenti & acceptanti, an prima donatio praeualeat: vide per Rub. de testam. in 3. parte, nu. 14. Nulla enim subest ratio diuersitatis, cur aliud hoc casu dici debeat in donatione causa mortis, quam in aliis donationibus statutum sit.

d Transfere.) Vide ad idem etiam per Caph. in d. conf. 33. nu. 7. vbi dicit errasse Castren. & ceteros tenentes donatorem transferendo rem donatam in alium, adeo prauidicare domino, vt tanquam re non integra donationem non possit ratificare, modo ab alio donatarii nomine fuerit acceptata.

e Tiraq.) Quem vide ibid. quia limitat, declarat & distinguit plenius.

f Secundum donationem.) Item si donationes duae sint factae, quae praeualeat: vide per Dec. in conf. 251. & 423. in fin.

g Possessionem rei donata.) Vide ad idem per Franc. Aret. in conf. 17.

QUESTIO XIV.

S V M M A R I A.

- 1 Donatio hodie etiam nudo pacto perficitur.
- 2 Et quid in donatione causa mortis?
- 3 Et quid in donatione remuneratoria?
- 4 Et quid in donatione praesumpta?
- 5 Et quid si donatio facta sit praesenti, & tacenti?
- 6 Et quid in pacto siue promissione de donando?

DE iure Digestorum in donatione requirebatur, quod interueniret stipulatio, vel traditio: hodie vero ex dispositione l. si quis argentum. §. sin autem hoc. C. de donat. donatio non requirit stipulationem, vel traditionem, sed ipso nudo pacto perficitur.

Et haec quidem conclusio de plano procedit in donatione inter viuos, prout loqui videtur text. in d. l. si quis argentum. sed punctus est, vtrum habeat locum etiam in donatione causa mortis, vt scilicet etiam ipsa nudo pacto perficiatur? Respon. quod sic. Ita tenet gloss. in l. cum pater. §. Mevio. in verbo, Donabat. ff. de leg. 2. quae in hoc est communiter approbata, vt dicit Corn. conf. 226. in litera B. lib. 3. & conf. 237. in litera C. lib. 4. Sot. in conf. 125. nu. 1. lib. 3. Et dicit Ruin. conf. 54. num. 4. lib. 1.

quod cum illa gloss. concordant communiter Doctores. Hanc etiam opin. dicit esse communem Alex. conf. 113. nu. 5. lib. 6. & in l. 2. nu. 7. ff. de lega. 1. & in l. cum ex causa quam legit cum l. cum tempus. nu. 2. & post nu. 4. ff. de re iud. quem refert Bertrand. conf. 168. num. 5. lib. 3. in 2. parte. Iaf. in §. in personam. nu. 61. Instit. de actio. Dec. conf. 254. circa fin. Bertran. conf. 156. nu. 11. & 12. lib. 1. in 2. parte, & conf. 207. post nu. 1. eod. volum. Gomef. in d. §. in personam. post nu. 43. versic. Item circa illud, quem refert Didac. in Rub. de testa. in 3. parte, nu. 14. Nulla enim subest ratio diuersitatis, cur aliud hoc casu dici debeat in donatione causa mortis, quam in aliis donationibus statutum sit.

Quaero, an dispositio d. l. si quis argentum. habeat locum in donatione remuneratoria? Respon. quod non. Ita tenet Bart. in l. iuris gentium. §. quinimo. nu. 20. ff. de pact. & hanc opin. dicit esse communem Iaf. in d. §. quinimo. nu. 19. & seq. Cum enim haec donatio non possit proprie dici liberalitas, vt dixi supra q. 3. non videntur illi conuenire verba d. l. si quis argentum. Ego tamen si auderem, facile inclinarem in contrariam sententiam, quae etiam aequior videtur. Magis enim fauendum videretur huic donationi, quae fouetur praesistente causa benemeritorum, quam simplici donationi, quae soli liberalitati innititur. In iudicando tamen non recedas a communi, quia lex magis fauet liberalitati.

Item quaero, nunquid dispositio d. l. si quis argentum. habeat locum in donatione praesumpta? Respon. quod non. Ita dicit Bar. in d. §. quinimo, post nu. 20. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Alexan. in l. si aliquid in vltimis verbis. ff. de acquir. poss. Hoc enim casu duae improprietates, seu duo specialia concurrerent. Primum, quod praesumeretur donatio vbi non esset. Secundum, quod ex pacto nudo daretur actio. Exemplum autem huius donationis praesumptae poni potest in confessione dotis, facta constante matrimonio, vt dixi infra §. dos.

Sed pone, ego dono alicui, qui est praesens, & tacet, nunquid talis praesentia cum taciturnitate inducit consensum, ita quod censetur inductum pactum, & consequenter valeat donatio, iuxta dispositionem d. l. si quis argentum? Respon. quod sic: & est communis opin. vt ait Cagnol. in l. semper qui non prohibet. nu. 3. ff. de reg. iur. Exea in Rubr. de pact. nu. 98. quem refert Didacus in Rubr. de testam. in 3. part. post nu. 13. vers. Verum si donatarius. Et si dicas, quod secundum communem conclusionem, de qua supra, dispositio d. l. si quis argentum. non habet locum in donatione praesumpta; Respon. quod hoc casu non est consensus praesumptus: nam promissio facta praesenti, est vere & proprie pactum, vt dixi infra hoc cod. lib. §. pactum.

Dispositio d. l. si quis argentum, proculdubio locum habet in donatione. Sed quid in pacto, siue promissione de donando? Respon. in hoc articulo Dd. sunt varii. Nam aliqui tenuerunt, quod non; & hanc opin. dixit esse communem Alciat. in l. 1. in princ. post nu. 16. ff. de verb. oblig. Aliqui vero tenuerunt contrarium, scilicet, quod imo etiam si non interueniat stipulatio, neque traditio, talis promissio valet, & obligat promittentem, etiam solo pacto nudo interueniente. Et hanc opin. dicit esse communem Soci. in conf. 102. post num. 4. lib. 3. Gomef. in §. in personam. nu. 39. & seq. Instit. de actio. Ripa lib. 3. respon. c. 14. nu. 1. & seq. & haec opinio tanquam verior, & magis communis mihi magis placet, nam considerato effectu, & substantia verbo-

rum, nihil aliud est promissio donandi, quam donatio: & in dubio semper inclinare debemus in sententiam, per quam actus efficax reddatur.

#### ADDITIO.

**a** Sed nudo pacto perficitur. Item quod donatio haud praesumatur, probatur etiam in l. cum de indebito. ff. de proba. l. filiusfamilias ff. de donat. l. contra iuris. §. fin. ff. de pact. iuncta l. oblig. generi de pignor. & habetur per Ial. in consil. 193. volum. 2. & in consil. 160. volum. 4. Tiraquel. in l. si unquam fol. 88. Quod maxime procedit inter personas prohibitas. Corn. consil. 145. colum. 6 lib. 2. Item in ascendente erga descendente in eo ad quod non tenetur, licet impensa sit modica per Crau. consil. 86. nu. 3 & 164. sub n. 6. ubi etiam e converso sic fallit, quando praecesserunt, per Tiraq. d. l. si unquam pag. 151. Item fallit si aliqua ad sit coniectura etiam leuissima per Fel. in c. si cautio desid. instrum. num. 5. Item fallit inter coniunctos, secundum Anchar. consil. 69. col. 2. Verum in contrarium in hoc vide per Alex. in consil. 167. n. 10. 11. & seq. vol. 7. Tu intellige in minimis per Ial. consil. 193. volum. 2. Item fallit si interuenisset traditio gl. in §. fin. minus. & ibi per Ial. col. 3. Inst. de actio. Soc. in consil. 73. col. 6. Dec. 644. col. 2. Idem fallit pro validitate actus secundum Anchar. d. consil. 69. col. 2. Item fallit favore dotis etiam inter extraneos, per Crauet. consil. 15. n. 9. Item praesumitur tribus concurrentibus sanguinis coniunctio, longum tempus, & rationis non redditio, per Crauet. consil. 139. qui imo inter scientes ex duobus praesumi dicit. Item praesumitur donatio ex obseruantia subsequuta, ubi probari non potest, per Crau. in consil. 277. n. 2. Sed nūquid praesumatur ex simplici donatione? vide per Soc. consil. 93. col. 9. Gomel. in §. hic itaque col. 3. Inst. de actio. Inducitur quando quis patitur rem suam describi pro censu soluendo. l. censualis C. de donat. intellige tamen ut per Crau. consil. 225. col. 2. Item donatio praesumitur ratione sanguinis & dotis per Crau. consil. 159. & praesumitur dotis favore etiam, ubi alia causa potest praesumi; per Alb. consil. 12. n. 11. etiam in extraneos, per Crau. in consil. 15. n. 9. dato quod solvens esset obligatus ad illam quantitatem, per Alb. ubi supra. Item praesumitur, quando filia vnus fratris fuit dotata de bonis communibus, cum alio fratre non contradicente, per Alb. d. consil. 12. n. 4. Crauet. consil. 159. n. 4.

#### QUESTIO XV.

##### SVMARIA.

- 1 Donatio excedens summam quingentorum solidorum debet insinuari.
- 2 Insinuatio quid sit?
- 3 Et quomodo fiat?
- 4 Et an requiratur, quod fiat in loco iudicii?
- 5 Et an in insinuatione requiratur decretum iudicis?

**S**CIENDVM est etiam, quod ex dispositione l. sancimus. in princ. C. de donat. cautum fuit, quod omnes donationes excedentes summam trecentorum solidorum deberent a insinuari: sed deinde summa fuit aucta per l. pen. §. fin. C. de donatio. vsq; ad summam quingentorum solidorum. Fac ergo regulam, quod in quacunque donatione excedente summam 500. solidorum, necessario requiritur, quod donatio ipsa insinuetur, alias non valet. Isti autem quingenti solidi hodie faciunt summam septingentorum b scutorū istius temporis: & ita interpretatur communis opinio, ut dicit Bellon. consil. 74. n. 22. imo Duen. in reg. 224. limit. 19. in fin. dicit, quod hodie valet etiam ultra mille aureos. Et in proposito quomodo intelligatur solidus legalis, dixi infra lib. 7. §. solidus. Quod nota, ne forte tibi eueniat, prout illi Iudici Montis Pulciani, qui reuocauit quandam donationem factam ultra trecentas libras, quatenus excedebat summam viginti quinque librarum, de quo mentionem facit Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de don. §. porro, in vlt. Apostil. circa fin. c. ubi refert R. of. de illo dicentem, quod non erat c iurista, licet gustasset de brodio iuris. Et quia hoc loco incidit mentio insinuationis, cuius materia multoties

contingit in practica, non solum propter dispositionem iuris communis, sed etiam propter statuta, quae in multis locis disponunt insinuationes donationū vel testamentorum fieri debere; non impertinens erit aliqua praemittere ad intelligentiam terminorum.

Quaero ergo, quid sit † insinuatio? <sup>7</sup> Resp. quod d est per superiorem d auctoritatis praestatio. Et licet haec non sit bona, neq; congrua definitio, neq; descriptio; tamen consuetudo videtur hanc descriptionem admittere, ut dicit Alb. in l. illud. post nu. 2. C. de sacrosanct. Eccles. & in hoc non insisto, quia plerūq; in huiusmodi definitionibus tempus contere est prorsus inutile.

Quaero etiam quomodo † fiat insinuatio, & an 3 possit fieri vnico contextu cum ipsa donatione? Resp. quod sic: & ideo practica insinuationis facienda est, quod donatio redigatur ad scripturam, & postea coram iudice publicetur, & registretur apud acta; vel et sufficit, quod donatio ipsa scribatur, & publicetur coram iudice absq; alia scriptura, vel registratione. Et ita apud nos seruari attestatur Iohan. And. in addi. ad d. §. porro sub n. 4. in fin. Hanc etiam esse communem opin. & ita communiter seruari attestatur Guido Papae consil. 23. n. 11. Imo. in c. cum contingat. num. 9. de iure iur. quem refert Corn. consil. 36. in litera A lib. 3. ita etiam apud nos seruari dicit Ant. Can. de insin. in 1. part. nu. 4. & seq.

Vltius quaero, nunquid requiratur, quod insinuatio † fiat in loco iudicii? Resp. quod non, sed sufficit, quod fiat coram Iudice, etiam alibi, quam in loco iudicii: & ita communiter obseruatur, ut dicit Io. And. in addi. supra allegata. Imol. in dict. cap. cum contingat, post n. 93. Est enim hic actus, qui non requirit plenam causae cognitionem, praetereaque est actus voluntariae iurisdictionis, ut tenent Doctores, teste Canar. de insinuatio. in 1. parte. n. 14. merito potest ubiq; exerceri: intellige modo sit locus honestus, & carens suspitione.

Item quaero, an in † insinuatione requiratur decretum iudicis? Resp. quod non. Ita tenet Bart. in l. Modestinus, post n. 3. ff. de donatio. & est communis opin. ut dicit Corn. in d. consil. 36. in litera B. lib. 3. Cum enim donatio ipsa dependeat ex sola donantis voluntate; non est opus neq; causae cognitione, neq; decreto, sed sola ipsius iudicis praesentia sufficit.

#### ADDITIONES.

**a** Insinuari) De nō insinuata donatione vide per Menoch. consil. 261. Rationes ob quas donationes insinuari debent, sunt quatuor: quas vide apud Duen. reg. 214. ubi habes reg. cum 2. ampliacionibus, & 19. limitationibus.

**b** Septingentorum scutorum istius temporis.) Adde ad idem & per Nat. in consil. 28. col. 1. qui alios recenset concord.

**c** Iurista) Quinimo hodie reperiuntur Iuriste, qui in auditas fabricant sibi opin. atq; tenaciter illas contra ius seruant: ut dixi in sing. meo 372. superioribus diebus.

**d** Per superiorem auctoritatis praestatio.) In statu & ditione ciuitatis Ferrariae duo habemus statuta: vnum de solemnitatibus lib. 2. cap. 99. fol. 92. alterum lib. 52. cap. 70. de donat. inter vivos vltim. dispositio. etc. fol. 307. quae sunt in viridi obseruatia: illa videnda sunt atq; obseruanda per subditos. Et scias, quod donatio, etiam iurata, non seruata forma statuti probatoria, haud valet: communem vide, per quod Roland. consil. 43. in princ. volum. 3. Et semper aduerte, quod tanta est virtutis, efficaciae, atque potentiae insinuatio, quod et haud potest renunciari; per Roland. in consil. 39. numer. 35. cum seq. Vbi non potest insinuationis defectus purgari per renunciationem, quia non valet dato quod esset iuramento firmata. Et ista est communis ratio, quia insinuatio est introducta ad publicam vtilitatem: cuius interest, ne quis

re sua male vratur: & instrumentum contra publicam utilitatem non valet, & communem esse attestatur Barb. in conf. 16. volum. 2. & (vt dixi) in dictione status Ferrariæ haud est à statuti forma recedendum. Et quando vitatur in excessu, per Roland. in conf. 19. nu. 14. in conf. 39. nu. 39. & in conf. 93. nu. 15. qui alios allegat, quicquid dixerit Socin. in l. 1. ff. solut. matr. Idem de illa communi, dixi in collecta mea commun. opin. verb. donatio, nu. 98. & nu. 99. & 110. duas posui fall.

\* In donatione insinuatio propter duo requiritur, ne scilicet donatio clam fiat, sed publice, ne donans fraudetur, item quod insinuatio fiat apud iudicem, cum merus & dolus abesse præsumantur, in his quæ coram iudice fiunt, & propterea iudex decretum interponit, vt per Guid. Pap. decis. 325.

## QVÆSTIO XVI.

## S V M M A R I A.

- 1 Insinuatio an requiratur in donatione tacita vel præsumpta?
- 2 Et an in pacto gratuito, vel simplici liberatione?
- 3 Et an in pacto de non petendo?
- 4 Et quid in cessatione facta ex causa donationis?
- 5 Et quid in donatione reciproca?
- 6 Et quid in donatione ob causam?

**H**is sic præmissis, redeo ad conclusionem superius factam, scilicet, quod in quacunque donatione, quæ excedat summam quingentorum solidorum a requiritur insinuatio, alias nihil valet; & in primis quero, an hæc conclusio habeat locum etiam in donatione tacita, vel præsumpta? Resp. quod etiã in illa requiritur insinuatio. Ita colligitur ex doctrinã Bart. in l. 1. nu. 2. ff. de dona. quam dicit esse communiter approbatam Curt. iun. conf. 126. circa fin. potuisset allegare Bart. hoc clarius dicentem in l. fin. in princ. n. 3. C. de iur. dot. vbi infert ad confessiones quas mariti faciunt de dotib. receptis, quæ habent vim donationis tacitæ seu præsumptæ: & est valde notabilis decisio, & quæ aliquando mihi magnum honorem fecit in practica.

2 Item quero, an etiam in pacto gratuito, siue liberatione simplici, facta non expressa causa, requiratur insinuatio? Respon. quod sic, si excedit summã quingentorum solidorum. Ita tenet gloss. vulgatissima in l. si quis obligatione. ff. de reg. iur. & est communis opin. vt dicit Alex. in l. creditori. nu. 4. C. de pact. quem refert Dec. ibi, nu. 12. & in d. l. si quis obligatione, nu. 10. & Socin. in d. l. creditori, in 2. not. ab. Calcan. conf. 25. nu. 23. Ial. conf. 399. colum. 2. vers. Sexto istam. lib. 2. Curt. iun. conf. 47. n. 3. Cagnol. in d. l. si quis obligatione, num. 4. quem refert Duen. reg. 224. in 1. ampliatio. Alciat. in l. dedisse. ff. de verb. significat. qui dicit, quod hoc communiter approbatur. Didac. lib. 2. resol. c. 2. nu. 8. Et quod in pactis liberatoriis requiratur insinuatio, dicit communiter teneri Claud. in d. l. creditori. nu. 1. Cum enim appareat de animo donandi, ex quo nulla causa subest, idem iudicatur, quod de donatione expressa.

Eademque ratione habebit locum conclusio, etiam in pacto de non petendo. Nam si debitum sit liquidum, & excedat summam quingentorum solidorum, erit necessaria insinuatio: & ita magis communiter tenetur, vt dicit Alex. in l. Nescennius. §. fin. in fin. ad l. Falci. Hanc etiam dicit esse communem opin. Ripa in l. si vnquam. nu. 39.

4 Idemque si sit facta cessio ex causa donationis, pariter erit necessaria insinuatio. Et hæc est communis conclusio, vt ait Curt. iun. conf. 126. paulo ante fin. Nam vbi appareat de intentione, non est curandum,

quomodo verba concepta fuerint: & generaliter, quod remissio vel renunciatio, vel indebita solutio scienter facta, sit donatio, & insinuatione indigeat, dicit esse magis communem opinio. Calcan. conf. 25. post nu. 23. versicul. Sed potest.

Sed nunquid in donatione reciproca seu vicissitudinaria requiritur insinuatio? Resp. quod non. Ita consuluit Oldra. conf. 139. nu. 13. & hæc opinio est per omnes approbata, vt ait Curt. iun. conf. 81. nu. 5. Talis enim non dicitur proprie donatio, vt dixi supra q. 2. vers. Item quero.

Sed quid dicendum in donatione ob causam? Respon. quod in illa non requiritur insinuatio, præsertim si est facta animo remunerandi. Ita tenet Bart. in l. Aquilius Regulus, nu. 3. ff. de don. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Soc. iun. conf. 77. nu. 152. lib. 1. Idem etiam dicendum est, vbi facta esset donatio ob causam vel causas de futuro, maxime si essent onerosæ, & tendentes ad diminutionem patrimonii, vel bonorum futurorum, secundum Bart. in loco præallegato, & est communis opin. vt dicit Alex. conf. 113. nu. 31. lib. 6. Huiusmodi enim donationes, cum aliam habeant causam quam liberalitatis, proprie donationes dici non possunt, vt dixi supra.

## A D D I T I O.

(Quingentorum solidorum.) Intellige de aureis, quor. septuaginta duo faciunt libram auri; per Rol. d. conf. 39. nu. 44. Nat. conf. 165. in fin. quæ quingenta hodie ascendunt ad 670. vt attestatur Socin. iun. conf. 67. & 118. lib. 2. & conf. 101. lib. 3. Et secundum Nat. eod. conf. 28. col. 1. hodie ad faciendam auri libram 96. aurei concurrunt; vnde hodie facto calculo, ultra septingentos aureos dicit valere donationem.

## QVÆSTIO XVII.

## S V M M A R I A.

- 1 Insinuatio an requiratur in donatione facta Ecclesiæ?
- 2 Donatio non insinuata nunquid annuletur in totum, an autem solummodo quatenus excedit summã quingentorum solidorum?
- 3 Et an donatio inter virum & uxorem, quatenus non est insinuata, confirmetur morte?
- 4 Et quid si in donatione apposita sit clausula, quod vult censei plures donationes non excedentes summam quingentorum solidorum?
- 5 Et an possit per pactum renunciari insinuationi?

**S**uccessiue quero, nunquid prædicta conclusio, quæ habet insinuationem requiri in quacunque donatione, excedente summam quingentorum solidorum, habeat locum etiam in donatione facta Ecclesiæ, vel piæ causæ? Respon. quod non. Illa enim valet absque insinuatione; & licet per dispositionem l. illud. C. de sacros. eccles. solummodo concederetur donari Ecclesiæ sine insinuatione, vsque ad summam quingentorum solidorum; quo tempore non licebat priuatis donare sine insinuatione, nisi vsque ad summam trecentorum solidorum; tamen ex quo post illam legem superuenit dispositio l. penult. C. de donat. quæ concessit etiam priuatis donari sine insinuatione vsque ad summam quingentorum solidorum; pariter etiam extendi debuit priuilegium Ecclesiæ ultra illam summam; & sic hodie tenendum est, quod valet donatio, facta Ecclesiæ ultra quingentos solidos, sine insinuatione. Ita tenuit Bart. in d. l. illud. num. 4. & ita communiter teneri attestatur Felyn. in c. Ecclesia S. Maria, post num. 82. de constit. Hanc

etiam opin. dicit esse communem Ias. *conf. 169. num. 8. lib. 3. Ripa lib. 3. Resp. c. 11. num. 10. Petrus Rebuff. de privileg. scholarum, privileg. 64. quem refert Duennas reg. 224. in 6. limitatione.* Cum enim necessitas insinuandi proveniat ex dispositione iuris civilis, illa attendi non debet in præiudicium Ecclesiæ, vel piæ causæ, vt dixi supra lib. 1.

Sed quæro, ego feci donationem alicui de summa mille aureorum, & non feci illam insinuari, nunquid donatio ¶ vitabitur in totum; an autem solum quatenus excedit summam quingentorum solidorum? Resp. quod solummodo vitatur, quatenus excedit summam quingentorum solidorum, text. est in *l. sancimus. in princ. C. de donat.*

Sed hic incidenter quæro. Tu scis, quod donatio inter virum & uxorem confirmatur morte, vt dixi supra q. 9. *vers. Scias autem.* Scis etiam, quod si excedit summam quingentorum solidorum, ad hoc vt confirmetur morte, requiritur, quod sit insinuata; alias vero si non sit insinuata, non confirmatur, vt est text. expressus in *l. donationes, la. 1. C. de donat. inter vir. & vxor.*

Nunquid b talis donatio excedens quingentos solidos, & nō insinuata, non confirmabitur in aliquo, & sic prorsus corruet; an autem sustinebitur vsque ad summam quingentorum solidorum? Resp. *Salic. in d. l. donationes, la. 1. post num. 3.* tenuit, quod in nihilo confirmabitur; ex quo hoc casu est defectus in re, & in persona. In re, quia non fuit insinuata: in persona, quia inter coniuges nō valet donatio. Tu vero teneas contrariū, prout etiam expresse sonant verba *d. l. donationes*, dum dicit amplioris quantitatis, &c. & ita illud dictum *Salic.* est magis communiter reprobātū, vt dicit *Bellon. conf. 4. post num. 11.* Et hæc etiam opin. est æquior.

Sed pone, aliquis fecit donationem, quæ in totum excedat summam quingentorum solidorum, sed in instrumento ¶ apposuit clausulam, quod volebat censi plures donationes nō excedentes pro singula summam quingentorum solidorum, nunquid hæc cautela proderit, ita vt donatio ipsa propter defectū insinuationis non vitietur? Resp. quod nihil proderit tanquam facta in fraudem legis insinuationem requirerentis, & ideo donatio ipsa nihilo minus vitatur. Ita dicit *Bart. in d. l. Modestinus. nu. 10. ff. de dona.* cuius opin. communiter approbatur, vt dicit *Alex. in l. si filiosam. §. fin. post num. 25. vers. Sed certe. Bald. ff. solut. matrim. quem refert Didac. lib. 2. resolut. cap. 16. post nu. 4. Roma. conf. 26. post num. 2.* vbi dicit, quod hæc est omnium opin. Hanc etiam opin. dicit esse communem *Soc. conf. 77. post num. 19. lib. 1. Canar. de insinua. in 2. parte, q. 25.* Alias facile posset eludi dispositio legis, apponendo in donatione cuiusuis summæ illam clausulam, quod nullo pacto est dicendum.

Sed nunquid poterunt ¶ partes e renunciare insinuationi? dixi infra hoc eodem lib. §. *renunciatio.*

#### ADDITIONES.

- a Quatenus excedit. Vide quæ sup. q. 15. dixi.  
 b Nunquid. Item an donatio inter virum & uxorem non insinuata sit in totum nulla? vide per *Ruin. in conf. 44. nu. 20. vol. 2. Rol. conf. 70. nu. 6. vol. 2. quos vide.* Et scias quod illa donatio non est donatio inter vivos, nec causa mortis: sed est tertia species, secundum *Alex. conf. 143. col. fin. vol. 5.* Quod tamen intellige, vt per *Ruin. in conf. 52. lib. 1. vbi etiam tenet,* quod valet a principio, quando non tantum eius executio, sed etiam substantia post mortem donantis confectur, maxime adiecta clausula, *Omni meliori modo.*

c Partes renunciare insinuationi. De communi atque magis communi affirmatiua vide per *Rol. d. conf. 39. nu. 38.*

\* Non inconueniens videri debet, quando non extat d. §. *renunciatio.* hic alleg. subicere, quod de insinuatione renunciari per partes non potest per homines priuatos, ex mente *Cyni in l. si quis pro redemptione. C. de dona. alleg. l. quidam. ff. de admin. tut. & l. semper §. conductores. ff. de iu. immu.*

#### QUESTIO XVIII.

##### SUMMARI.

- 1 Iuramentum an suppleat defectum insinuationis?
- 2 Et quid si non fuerit renunciatum insinuationi?
- 3 Et quid si facienda sit insinuatio intra aliquod tempus post contractum?

QVÆRO, nunquid conclusio superius facta, quod scilicet quæcunque donatio excedens summam quingentorum aureorum debeat insinuari, alias sit nulla, habeat locum etiam in donatione iurata, & sic nunquid iuramentū a suppleat ¶ defectum insinuationis? Resp. in hoc articulo magna fuit quandoq; controuersia inter Doctores, adeo vt vix discerni posset, quæ opinio esset magis communis. Nam *Bald. in d. l. illud. nu. 9. C. de sacro. Eccles. tenuit,* quod donatio non insinuata non confirmetur iuramento. Et hanc opin. dixit esse communem *Barba. conf. 16. colum. 10. lib. 2. & conf. 52. lib. 4. & inter consilia Curtii senioris conf. 66. in fin. Idem dixit Calcan. conf. 19. in fin. vbi etiam refert Prosdocim. idem attestantē in c. cum contingat. de iure iur.* Contrariam autem b sententiam, scilicet, quod imo confirmetur iuramento, & sic, quod iuramentum suppleat defectum insinuationis, tenuit *Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de instr. edit. §. porro in vltim. Apostill. & hæc est communis opin. omnium fere Cano. vt dicit Corn. conf. 221. in litera L. lib. 1. & conf. 186. in litera H. lib. 2. quem refert Rubeus conf. 59. nu. 2. & Paril. conf. 33. nu. 45. lib. 3. Socin. conf. 77. circa fin. lib. 1. & conf. 80. num. 1. eod. volum. quem refert Deci. conf. 536. nu. 14. Bertran. conf. 22. num. 5. lib. 2. in 2. parte, & conf. 120. num. 6. & seq. lib. 3. in 2. parte. Ruin. conf. 51. num. 18. lib. 1. Et dicit Corn. conf. 36. in litera E. lib. 3. quod ita solet communiter teneri, maxime per Canon. Ita etiam teneri communiter Can. attestatur idem *Cor. conf. 69. in litera T. lib. 2.* Hanc etiam opin. esse magis communem affirmat *Clau. in l. nemo potest. num. 21. ff. de leg. 1. Ioan. de Comp. in d. l. nemo potest. quem refert Bertran. conf. 30. post num. 1. lib. 3. in 2. parte. Ias. conf. 51. num. 3. lib. 1. & conf. 118. nu. 2. lib. 4. & conf. 169. num. 9. eod. vol. quem refert Tiraq. in repet. l. si inquam, in prefat. num. 134. C. de reuoc. dona. Dec. conf. 239. post num. 3. & conf. 414. post num. 14. vers. Tertio non obstat, & conf. 432. num. 17. & conf. 488. post num. 5. vers. Postremo. quem refert Socin. iun. conf. 117. num. 11. lib. 2. & Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 2. caut. 10. nu. 3. Bertran. conf. 173. post num. 3. versic. Ad secundum. lib. 1. in 2. parte, & conf. 138. num. 8. lib. 2. in 2. parte, & conf. 90. num. 5. lib. 3. in 2. parte, & conf. 97. post num. 1. eod. volum. & conf. 209. post num. 12. eod. volum. Curt. iun. conf. 34. num. 1. & conf. 47. post num. 8. & conf. 81. num. 6. Paril. conf. 26. n. 60. lib. 3. & conf. 69. num. 97. eo. volum. Ruin. conf. 159. num. 15. libr. 4. & conf. 182. post num. 13. vers. Tertio ad hoc, libr. 1. & conf. 180. num. 14. & sequ. eod. volum. Gratus conf. 70. num. 28. lib. 1. Bello. consil. 60. num. 19. Socin. iun. consil. 69. num. 39. lib. 1. & conf. 67. num. 20. lib. 2. & conf. 130. nu. 19. lib. 3. Ludouic. Tessera in l. si inter virum, col. 5. ff. de reb. dubis, quem refert *Duenn. reg. 224. in 5. limitatione.***

Alci. in c. cum contingat. post nu. 170. de iureiu. Crauetta conf. 118. num. 1. Apollit. ad Alex. conf. 4. sub num. 10. lib. 1. Alba. conf. 4. num. 20. Et sic, vt vides, hæc opin. proculdubio est magis communis, à qua consulendo, aut iudicando non esset aliquo modo recedendum. Est enim maxima virtus iuramenti, ideoque regulariter est seruandum, vbicunque potest seruari sine interitu salutis æternæ; licet & alias forte magis communis opin. Legistarum esset, quod iuramentum nõ suppleret defectum insinuationis, prout attestatur Socin. in alleg. conf. 77. circa fin. lib. 1. Hodie tamen vtraque schola tam Legist. quam Canonist. in hoc concordant, quod iuramento confirmetur. Et ita hanc esse communem, & apud Legistas, & Canonistas canonizatam opin. attestatur Ripa lib. 1. respon. c. 5. post num. 2.

Retenta igitur conclusione, quod scilicet donatio non insinuata confirmetur iuramento; scire debes, quod illa intelligenda est, vt procedat, quando in specie fuit ipsi ÷ insinuationi renunciatum. Potest enim cum iuramento illi renunciari, vt dixi infra hoc eod. lib. §. renunciatio. Sed si non fuit renunciatum insinuationi, tunc donatio ipsa non confirmatur iuramento. Et hæc est opin. Legistarum & Canonist. vt dicit Corn. conf. 69. in litera O. libro 2. à qualicet forte consulendo aut iudicando non esset recedendum; tamen in puncto iuris non transiret sine difficultate. Videtur enim pariter militare idem fauor animæ, super quo se principaliter fundare videntur Dd. superius allegati.

Scias etiam, quod hæc conclusio, quod scilicet donatio iurata valet, non obstante defectu insinuationis, procedit, vbicunque insinuatio ex formale legis vel statuti deberet interuenire in ipso actu donationis: sed si lex vel statutum requireret donationem ipsam insinuari intra ÷ certum tempus, puta infra mensem à die celebrati contractus, vel huiusmodi, eo casu iuramentum appositum contractui non confirmaret donationem, vbi non esset insinuata infra illud tempus à statuto præfixum. Ita dicit Feder. de Sen. in vulgato suo conf. 181. & est communis conclusio, vt attestatur Curt. iun. conf. 141. num. 22. Nam iuramentum regulatur secundum tempus contractus: & ideo si postea superueniat causa, ex qua contractus annulletur, non potest virtus iuramenti ad illius confirmationem extendi.

ADDITIONES.

a Iuramentum. Circa istam quæst. vide per Angel. de Aret. etiam in §. alie autem. sub num. 6. Instit. cod. vbi arguit ad partes. Et inter alia dicit se recusasse pro aliqua ex dictis opinionibus consulere ob timorem iuramenti: pro opin. tamen affirmatiua, quæ fuit Ioan. An. consulere relati Dd. in tex. versic. contrariam. & vide plene per Hippol. Rim. Instit. cod. §. 1. nu. 255. vsque ad num. 281.

b Contrariam autem sententiam. Adde atque vide etiam per Menoch. in conf. 292. sub num. 1. vbi alios addit concordantes, qui num. 2. cum multis sequentibus insinuationem deinde subsequutam haud retrotrahi ad tempus factæ donationis, præsertim in præiudicium eorum, quibus medio tempore fuit ius quæsitum, scribit.

QVÆSTIO XIX.

SVMARIA.

- 1 Donatio omnium bonorum non valet.
- 2 Et quid in donatione bonorum presentium tantum?
- 3 Et quid in donatione facta simpliciter bonorum suorum?

- 4 Et quid in donatione omnium bonorum suorum?
- 5 Et quid in donatione omnium bonorum suorum mobilium & immobilium?
- 6 Et quid in donatione sua hereditatis?
- 7 Et quid in donatione causa mortis omnium bonorum suorum presentium & futurorum?
- 8 Et quid si donans reseruauerit sibi aliquid, de quo possit testari?
- 9 Et quid si reseruauerit sibi vsumfructum?

QVÆRO, nunquid valeat ÷ donatio omnium bonorum? Resp. quod donatio omnium bonorum presentium & futurorum nihil a valet. \* Solet ad hoc allegari l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat. & hæc est communis opin. vt dicit Bal. in c. in presentia. num. 36. de proba. quem refert Episcopus Loazes in suis allegatio. pro Marchione Velez. fol. 210. num. 4. Imol. in Rubr. extra. de testam. post num. 15. vers. Quid autem. Roman. conf. 171. num. 1. vbi dicit, quod hæc est communis opin. siue huiusmodi donatio fiat in actu testandi, siue per viam contractus. Idem dicunt Scribentes in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & in specie Alex. num. 16. & Ial. num. 20. Aret. conf. 54. post num. 2. vers. circa secundum. Abb. conf. 48. num. 1. in fin. lib. 2. Corn. conf. 176. in litera N lib. 1. & conf. 238. in litera L. lib. 3. & conf. 252. in princ. eod. volum. Guido Papæ conf. 214. num. 4. Ial. in l. licet. num. 25. C. de pactis. Deci. in d. l. fin. num. 30. C. de pactis. & in d. c. in presentia. in 7. notabil. de probatio. & conf. 30. nu. 1. & 2. & conf. 203. post nu. 2. & conf. 251. nu. 1. & conf. 655. num. 7. Purpurat. in d. l. fin. num. 238. in fin. Curt. iun. conf. 25. num. 1. Gratus conf. 70. num. 1. lib. 1. Ripa lib. 3. responsorum, c. 14. nu. 1. Io. Dilect. de arte testandi, tit. 10. caut. 2. post nu. 2. Duen. reg. 216. in princ. Ratio est, quia ex tali donatione quis sibi adimeret facultatem testandi, quod leges maxime abhorrent; sicut etiam in simili videmus, quod donatio facta in pœnam mutationis testamenti non valet, vt dixi supra lib. prox. §. testamentum. q. 95.

Et ex hac ratione in primis inferitur, quod vbicunque ex donatione ÷ omnium bonorum quis non adimeret sibi facultatem testandi, talis donatio utique valeret: puta, si quis non donauerit omnia bona sua presentia & futura, sed bona sua presentia tantum. Et ita communiter concluditur, vt ait Ruin. conf. 178. num. 3. lib. 1. & conf. 13. num. 3. lib. 2. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alex. in d. l. fin. post nu. 3. Claud. in l. pactum. num. 4. C. de pactis. Poterit enim donator aliqua bona post donationem acquirere, & de illis testari.

Eademque ratione, si quis simpliciter ÷ donauerit bona sua, valebit talis donatio: & ita tenent omnes, vt ait Corne. conf. 152. in litera D. lib. 3. In huiusmodi enim donatione simpliciter facta, non veniunt bona postea quæsitæ, secundum opinionem omnium Dd. vt dicit Bello. conf. 5. in princ. subdens, quod hæc opin. est adeo firmata, vt quasi videatur audax temeritas velle contrarium tenere. Poterit ergo donator de istis bonis postea quæsitis disponere, & testari.

Idem dicendum est, vbi quis etiam ÷ verbis vniuersaliter conceptis donasset omnia bona sua: adhuc enim in tali donatione non veniunt bona futura, & ideo valebit donatio. Ita sentit gl. in d. l. fin. in verbo, Accommodauerit. quam sequuntur communiter Dd. vt ait Dec. conf. 225. n. 4. in fi. & hanc conclusionem dicit esse communem Ial. conf. 5. col. 2. vers. Sed præmissis. lib. 3.

5 Pariter etiam, si quis donauerit omnia bona sua mobilia, & immobilia, valebit talis donatio. Et est communis opin. vt dicit Iaf. in d. conf. 5. colum. 3. vers. Secundo pro ista. lib. 3. Dec. conf. 414. num. 10. Nam præterquam quod in huiusmodi donatione nõ veniunt bona futura; certum est, quod secundum magis communem sententiam in donatione omnium bonorũ mobilium & immobilium non veniunt iura, b & actiones, vt attestantur Dd. præ alleg & sic non est donatori adempta facultas testandi.

6 Sed quæro, nunquid valeat ¶ donatio ab aliquo simpliciter facta suæ hereditatis? Respon. in hoc articulo variæ fuerunt opin. Dd. nam aliqui tenuerunt, quod talis donatio valeat: & hanc opin. dicit esse communem Purpurat. in d. l. fin. nu. 245. C. de pactis. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo talis donatio non e valeat, tenuit Bart. in d. l. fin. nu. 14. Et hanc dicit esse magis communem Cagnol. in d. l. fin. nu. 223. & seq. Duennas in d. regula 219. in 4. ampliatur. quæ mihi etiam magis placet. Cum enim nomen hereditatis comprehendat omnia bona, quæ quis tempore mortis suæ relinquit: non video quomodo dici possit per hanc donationem non adimi donatori facultatem testandi.

7 Sed quid si quis faciat alteri ¶ donationem causa mortis omnium bonorum suorum præsentium d & futurorum, nunquid talis donatio valebit? Resp. quod valet donatio omnium bonorum, post mortem collata. Ita tenet gl. in d. l. fin. in verbo, Accommodauerit. quam sequuntur communiter Dd. vt ait Dec. in conf. 578. nu. 7. in fin. Ita etiam communiter teneri attestatur Imol. in Rub. extra, de testam. nu. 5. Iaf. in d. conf. 5. col. 6. vers. Non obstat tertium. lib. 3. Curt. iun. conf. 81. nu. 3. Poterit enim donator, ipsa donatione non obstante, alium heredem instituere, qui licet teneatur postea donatario dare iuxta conuenta in donatione, poterit tamen retinere Falcidiam, &c.

Secundo principaliter ex ratione superius posita, quod scilicet donatio omnium bonorum non valet, ne quis eo modo amittere possit facultatem testandi, infertur, quod si donator ¶ in huiusmodi donatione reseruauerit sibi aliquid e pro facultate testandi, donatio ipsa valebit. Ita dicit Bart. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. nu. 6 & est communis opin. vt dicit Socin. iur. conf. 142. nu. 39. lib. 1. Talis enim donatio non tollit in totum, sed solummodo restringit testandi facultatem: intellige tamen, vt illud quod reseruatur, non sit quid minimum, sed saltem excedat vigesimam partem illius patrimonii quod donatur.

8 Sed pone, quod donator sibi ¶ reseruauerit vsumfructum bonorum suorum, nunquid stante hac reseruatione donatio sustinebitur? Resp. aut testator reseruauit sibi f vsumfructum, hoc expresso, vt de eo posset in vita disponere, & non valet donatio. Ita consuluit Bart. conf. 76. incip. Pater filio. & ita frequentiore calculo receptum est, vt ait Didac. lib. 3. resolut. c. 12. num. 3. Ad hoc enim vt donatio omnium bonorũ valeat, oportet, quod illud quod donator sibi reseruatur, sit eius conditionis, vt de eo testari g possit. Et hæc est communis omnium sententia, vt ait Didac. in d. c. 12. circa fin. Aut vero donator sibi simpliciter reseruauit vsumfructum, & tunc communis opin. est, quod donatio ipsa valeat. Et licet Paul. de Castr. in d. l. fin. num. 10. C. de pactis, tenuerit contrarium, scilicet, quod imo non valeat: tamen contra eum est communis sententia, vt attestatur Didac. in d. c. 12. nu. 4.

quam etiam dicit receptam esse apud Regni Hispaniæ suprema tribunalia. Quæ multo magis procederet, vbi expresse donator sibi vsumfructum reseruaret, cum facultate de eo disponendi tam inter viuos, quam in vltima voluntate.

#### ADDITIONES.

a Nihil valet.) Vide ad hanc communem opinionem sex ampliationes per Duen. regul. 219. cum duabus ampliationibus. Item limita per Soc. reg. 108. quibus limitationibus similes sunt sex limita datæ per Deci. in l. fin. C. de pact. & decem per Cagnol. ibid. à num. 238. vsque ad num. 272. Item donatio omnium bonorum haud potest fieri ab existente in articulo mortis, per Cagnol. in d. l. fin. num. 227. valet tamen, quando sit ecclesiæ per Deci. in conf. 488. Iaf. conf. 169. volum. 4. Alexan. in conf. 152. lib. 6. Ruin. in conf. 182. volum. 1. Fallit tamen hoc, vt per Ruin. in conf. 128. vbi sequitur: quando quis dedicauit omnia ecclesiæ; & ille qui dedicauit ad dedicationem non habebat mandatum, Item an procedat in donatione tacita atque præsumpta? Vide per Tiraq. de legib. connubi. fol. 142. 176. 178. Item donationem omnium bonorum si quis fecerit, quia donatarius prius accepit aliqua bona, vt toto tempore eius vitæ gauderet, restringitur solum ad illa bona donatarii, non etiam ad alia bona donantis, per Rom. conf. 284. triplici ex fundamento.

b Non veniunt iura & actiones.) Ad idem per Fran. Aret. in conf. 54. & Cagnol. in l. fin. nu. 255. C. de pact.

c Non valet.) Donatio tamen de dimidia hereditatis valet, per Alba. conf. 4. num. 32. Item quod in donatione omnium bonorum mobilium & immobilium non veniant iura & actiones, nec nomen debitoris: vide per Natt. in consil. 146. num. 13. & 14. Item si quis dicat, dono tibi hereditatem meam, quod valeat donatio, & intelligatur de bonis præsentibus, vt actus valeat: vide pulcherrime per Crauet. conf. 139. num. 6.

d Præsentium & futurorum.) Item quod talis donatio valeat, si non interuenit cessio respectu iurium & actionum: vide per Natt. conf. 146. num. 15.

e Reseru. sibi aliquid.) Item quod donatio omnium bonorum præsentium & futurorum reseruata certa quantitate vel re, valet: commune dixi in collect. mea commun. opin. in verbo donatio nu. 27.

f Vsumfructum.) Item commune & fufius vide ead. collect. mea d. verb. donatio. num. 31. & sustinetur donatio omnium bonorum cum reseruatione vsumfructus, quando fructus haud sunt tenues. Vide per Crauet. in conf. 22. verum generaliter donatio omnium bonorum præsentium & futurorum cum reseruatione vsumfructus, non valet: per Deci. conf. 30. & 203. colum. 1. & in l. fin. C. de pact. & ibi per Cagnol. qui declarat, quomodo debeat fieri ista reseruatio ad hoc vt operetur num. 239. per Boer. decif. 204. num. 45. & decif. 353. vi. per Natt. conf. 146. in 4. dub. Quid si effec. reseruatus vsumfructus cum iuramento? vi. per Corin. conf. 176. volum. 2. dixi in reg. iur. contract.

g Testari possit.) Adde commune etiam per Rolan. conf. 93. sub num. 3 vbi plene alios concordantes allegat.

\* Vt per Bart. Alex. & Iaf. in d. l. stipulatio hoc modo concepta Bart. in l. fin. num. 12. C. de pact. Felin. in c. in præsentia. nu. 5. de prob. Rom. conf. 271. nu. 7. Erratio est, quia per eam auferatur libera testandi facultas, Soc. iun. conf. 21. nu. 9. volum. 2. Nec etiam firmatur iuramento, secundum Bart. in d. l. stipulatio, quem sequitur Panor. conf. 48. num. 2. volum. 2. Purp. d. l. fin. num. 240. & ibi Curt. iun. qui communem dicit num. 57. C. de pact. & ibi Cagnol. num. 220. vide Michael. Graff. commun. opin. lib. 1. c. 8. q. 1. & 2.

#### QUESTIO XX.

##### S V M M A R I A.

- 1 Donatio omnium bonorum an valeat si sit iurata?
- 2 Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum nunquid annulletur in totum, an autem pro parte tantum?
- 3 Donatio omnium bonorum facta ecclesiæ, an valeat?
- 4 Donatio reciproca omnium bonorum facta inter fratres, vel socios, an valeat?

**R**ESTAT nunc, ut nonnullas quaestiones in hoc proposito occurrentes, breuiter explicemus: & imprimis quaero, an conclusio in proxima quaestione superius facta, quod scilicet donatio ꝑ omnium bonorum nihil valet, habeat locum, etiam si talis donatio a sit iurata? Resp. quod sic. Nam huiusmodi donatio, cum auferat homini liberam testandi factionem, censetur contra bonos mores, & ideo non confirmatur iuramento. Ita dicit Bart. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. num. 3. & ita tenent communiter omnes Doctores, ut dicit Guido Papae conf. 214. num. 5. Bertran. conf. 181. num. 1. lib. 2. in 2. parte. Hanc etiam dicit esse communem Dec. in l. pactum quod dotali. num. 1. & seq. C. de pact. quem refert Gratus conf. 19. num. 12. lib. 1. Ripa lib. 3. responsorum. c. 14. num. 2. Curt. iun. in d. l. fin. num. 57. C. de pactis. quem refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fol. 211. num. 42. & Didac. in Rubr. de testa. in 2. parte, nu. 4. Cagnol. in d. l. fin. num. 220. Soc. iun. conf. 44. num. 35. lib. 2. Crauetta conf. 139. num. 8. & seq. Duennas in d. regula 219. in 2. ampliat. & ita etiam in simili videmus quod testamentum iuratum potest, non obstante iuramento, quandocunque contraria voluntate reuocari, ut dixi supra lib. 3. §. testamentum. quaest. 44. vers. Sed quid si testator.

Item quaero, nunquid huiusmodi donatio omnium ꝑ bonorum praesentium & futurorum annulletur in totum, an autem pro parte tantum? Resp. quod annullatur in totum. Et haec est communis opin. ut ait Bald. in d. l. fin. nu. 19. in fin. Curt. iun. in d. l. fin. post n. 61. ita quod non sustinetur, neque respectu bonorum praesentium tantum, neque respectu futurorum tantum. Et hanc opinionem dicit esse communem Guido Papae conf. 214. post num. 5. Purpurat. in d. l. fin. n. 247. quem refert Duenn. in d. regul. 219. in 5. ampliat. Facile posset disputando teneri contrarium, sicut etiam videmus, quod donatio nulla ex defectu insinuationis sustinetur vsque ad quingentos solidos, ut dixi supra q. 17. vers. Sed quaero: in iudicando tamen non recedas a communi.

Vt etiam quaero, nunquid conclusio locum habeat etiam si huiusmodi donatio esset ꝑ facta Ecclesiae? Resp. quod non, sed speciale est in Ecclesia, \* ut valeat b donatio omnium bonorum praesentium & futurorum illi facta. Ita tenet Bart. loquendo per verbum, forte, in d. l. fin. num. 3. & est communis opin. ut dicit Fel. in c. in praesentia. de probat. prout illum refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fol. 246. num. 27. ego tamen non reperi Fel. d. c. in praesentia, attestantem de communi, licet ipse teneat hanc sententiam ibi, num. 5. & 6. vbi loquitur de hoc articulo. Bene attestatur hanc esse communem Purpurat. in d. l. fin. nam. 242. Paris. in d. c. in praesentia, nu. 21. Cagnol. in d. l. fin. num. 203. quem refert Didac. in Rubrica de testa. in 2. parte, num. 5. in fin. & Duennas in d. regul. 219. in 1. limitat. Si enim potest quis personam suam dicere Ecclesiae, multo fortius debet etiam posse dicere Ecclesiae omnia bona sua praesentia, & futura. Non tamen potest negari, quin etiam magna sint auctoritates tenentium contrarium, & forte in puncto iuris illa est verior, nihilominus si casus contingeret, propter fauorem Ecclesiae non auderem a communi opinion. recedere iudicando aut consulendo.

Sed pone, quod duo fratres faciant ꝑ sibi inuicem mutuam donationem omnium bonorum, vel in eant

focietatem, siue fraternitatem reciprocam, nunquid talis donatio valebit? Resp. quod sic, fauore agnationis conseruandae. Et ita communiter tenetur, ut ait Boer. decis. 355. num. 3. & de hoc non est dubitandum, quia non solum inter fratres, sed inter quoscunque valet donatio omnium bonorum post mortem collata, ut dixi supra q. prox. vers. Sed quid si quis.

ADDITIONES.

<sup>a</sup> *Etiam si sit iurata.*) Item quod donatio omnium bonorum praesentium atq; futurorum valeat, nec validetur iuramento commune fufius. vide in collecta mea commun. opin. in verb. donatio, nu. 28. & 30. vbi etiam habes nu. 29. 31. & 32. quibus casibus valeat. Dicit tamen Natt. conf. 453. nu. 16. quod licet donatio omnium bonorum praesentium & futurorum haud valeat, tamen si sit iurata quod valebit in praesentibus non in futuris, & citat concord.

<sup>b</sup> *Vt valeat.*) Adde atque vide, quae dixi supra q. suprema. \* Idem in pio loco dicendum secundum Bal. in l. iubemus, C. de sacros. eccles. Idem etiam in donatione ob causam dotis dicendum est ob fauorem matrimonii, Oldr. conf. 5. Boer. decis. 333. num. 10. Fel. in c. in praesentia, num. 5. de proba. & eam dicit communem Purpur. in l. fin. num. 242. C. de pact. Socin. reg. 69 fol. 4.

QUESTIO XXI.

SUMMARI.

- 1 Donatio potest propter ingratitudinem reuocari, & hoc ex dispositione l. fin. C. de reuoc. dona.
- 2 Et an propter alias causas quam illas quinque expressas in d. l. fin.
- 3 Et an si donatarius donatorem egenum alere recuset?
- 4 Donatio ob causam an possit propter ingratitudinem reuocari?
- 5 Donatio facta Ecclesiae an possit reuocari propter ingratitudinem praelati, vel capituli?
- 6 Et an praelatus, qui alicui contulit beneficium, possit huiusmodi collationem ex causa ingratitudinis reuocare?
- 7 Et an valeat pactum, quod donatio non possit propter ingratitudinem reuocari?

**N**UNC de reuocandis Donationibus videamus: & imprimis scire debes, quod licet donatio perfecta de sui natura sit contractus irreuocabilis, ut dixi supra q. 1. vers. Et ex hac. tamen tres sunt a principales causae, propter quas potest donatio reuocari. Prima, propter ingratitudinem donatarii. Secunda, propter superuenientiam liberorum. Tertia, quia donatio sit inofficiosa; de quibus omnibus sigillatim tractandum est. Dixi autem primo, quod donatio potest ꝑ reuocari propter ingratitudinem donatarii: & de hoc est tex. in l. fin. C. de reuoc. donatio. Quod quidem optima ratione sancitum fuit, ne liceat alicui bona aliena capere, & postea irridere donatorem, & ei malefacere.

Huius autem ingratitudinis multa possent exempla proponi, quorum quinque ab Imp. in ipsa l. fin. recensentur. Sed nunquid etiam ob alias ingratitudinis ꝑ causas in ipsa lege non expressas poterit donatio reuocari? Resp. quod sic. Et ita tenet gl. in d. l. fin. in verbo, voluerit. & est communis opin. ut dicit Rim. ibi q. 41. post nu. 144. vbi etiam post num. 164. attestatur ita communiter teneri. Pro qua opinio. facit, quia in simili videmus, quod potest filius a patre exheredari, etiam ob causas a iure non expressas, quae tamen sint similes, seu maiores expressis, ut dixi supra lib. 3. §. testam. q. 41. vers. Sed quaero.

Quid ergo si donatarius donatori ꝑ indigenti alimen-

alimenta denegauerit? Cum enim negans alimenta quodammodo necare videatur, *l. necare. ff. de libe. agnos.* negari non potest, quin hæc legitima causa sit, propter quam donatio prætextu ingratitudinis possit reuocari: & ita tenuit gloss *in d. l. fin. in verbo, Voluerit.* & hæc est communis opinio, vt attestatur Salic. *in d. l. fin.* prout illum refert Ripa *in ea. l. fin. quest. 49.* quamuis in libro meo ego non reperiam illum attestari de communi. Et licet gl. *in l. in condemnatione, in gl. i. in ff. de reg. iur.* teneat, quod regulariter donatarius non tenetur alere donantem, & illam sequi communiter Dd. attestatur Bald. *in d. l. fin. n. 7.* quem refert Episcopus Loazes *in suis allegat. pro Marchione Velez. fol. 172. n. 30.* non tamen esset à prima opin. recedendum, quæ proculdubio est magis communis & æquior. Quæ tamen intelligenda est vt procedat pro modo facultatum vtriusque, scilicet tam donatoris, quam donatarii, & pro modo etiam rei donatæ, & si petantur, non autem aliter. Vide quæ dixi infra, *hoc eo. lib. §. feudum. quest. 23.*

4 Sed quæro, an hæc conclusio quæ habet, quod donatio potest propter ingratitudinem reuocari, procedat etiam in donatione ob causam? Resp. quod non. Ita tenet gloss *in d. l. fin. in verbo, Inueniatur.* quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Ripa *in d. l. fin. quest. 43.* Nam donatio ob causam non est proprie donatio, neque liberalitas, sed potius quædam permutatio; merito vbi causa sequatur, non debet propter ingratitudinem reuocari.

5 Item quæro, nunquid donatio facta Ecclesiæ possit reuocari propter ingratitudinem Prælati, vel Capituli? Resp. si quæretur de ingratitudine Prælati tantum, vel Capituli tantum, res minus habet difficultatis. Certum est enim, quod neq; solus Prælati, neque solum Capitulum possunt præiudicare Ecclesiæ, vt dixi supra *lib. 2. §. Prælati.* Maior est dubitatio, quando concurrunt ingratitudo Prælati, & Capituli simul: & hoc casu Abb. *in c. verum. n. 3. de cond. appo. tenuit,* quod potest reuocari. Tu vero tene contrariū, quod scilicet non potest aliquo modo reuocari; quia donatio facta Ecclesiæ, censetur facta Deo, *d. c. verum.* qui non potest esse ingratus, cum sit omnium gratiarum liberalissimus largitor. Et ita hanc sententiam dicit esse communem Ripa *lib. 2. Resp. c. 28. num. 20.* & *in d. l. fin. in 52. quest.* vbi loquitur etiam in casu, in quo donator expresse in ipsa donatione apposuit pactum, quod posset propter ingratitudinem reuocari.

Sed hic quæro, tu scis, quod Prælati conferens alicui beneficium ecclesiasticum, videtur quodammodo donare; nunquid si ille, cui contulit beneficium, commiserit aliquam ingratitudinis causam in personam conferentis, poterit ipse ea ex causa collationem reuocare? Resp. quod non. Ita tenet Ioan. Andr. & communiter Dd. vt dicit Abb. *in c. fin. num. 9. de donat.* Nam collatio beneficii non potest dici donatio, ex quo Prælati illam facit potius ex necessitate officii, quam ex liberalitate. Hanc etiam opin. dicit tenere communiter Dd. Ripa *in d. l. fin. num. 158. & seq.*

7 Quæro etiam, nunquid valeat pactum appositum in donatione, quod non possit propter ingratitudinem reuocari? dixi infra *hoc eod. lib. §. pactum.*

#### ADDITIONES.

a Tres sunt.) Verum aduerte, quia requiruntur etiam alia tria not. ab Ang. Aret. *in §. alia autem. Instr. de donat. num. 10.*

qui num. seq. dicit etiam, quod beneficium reuocandi propter ingratitudinem, quo donans haud fuit usus, non tranfit ad eius heredes.

b Ob causam.) Et quando vere dicatur donatio ob causam, dixi infra q. v. r.

c Donatio.) Vt tradit Crauet. *conf. 85. & 136. & dixi di. l. vlt. quest.*

#### Q V Æ S T I O XXII.

##### S V M M A R I A.

- 1 Donatio propter superuenientiam liberorum reuocatur ex dispositione l. si vnquam. C. de reuoc. dona.
- 2 Et quid si testator tempore donationis de liberis cogitauit?
- 3 Et quid si tempore donationis habeat filios, quibus deinde mortuis alii superuenerint?
- 4 Et quid si pater in donatione renunciauerit dispositioni d. l. si vnquam.
- 5 Et an dispositio dict. l. si vnquam, locum habeat etiam in donatione partis bonorum, vel rei alicuius particularis?

S V B S E Q V E N S causa reuocandæ donationis à iure tradita, est superuenientia liberorum, quæ quidem materia videbitur forte nonnullis omitti potuisse, cum de ea extent duæ repetitiones amplissimæ, *in d. l. si vnquam. C. de reuoc. donatio.* altera quidem Ripæ, altera vero Tiraquelli, in quibus nihil fere omissum est; Nolui tamen videri aliqua in re in totum defecisse. Attingam igitur solummodo aliqua capita earum quæstionum, quæ in practica frequentius occurrunt, easque, quam breuissime fieri poterit, explicabo: reliquas studiosus Lector in prædictis repetitionibus diffusissime tractatas inueniet. Facienda est ergo in primis conclusio, quod si post factam donationem superueniant liberi ipsi donatori, donatio reuocatur a \* ex dispositione *d. l. si vnquam. a de reuoc. donatio.* secundum communem intellectum, vt attestatur Ruin. *conf. 107. num. 22. lib. 1.* Licet enim illa lex loquatur de donatione facta libertis, est tamen generaliter intelligenda, vt scilicet locum habeat, non solum in donatione facta libertis, sed etiam facta cuiilibet extraneo. Ita dicit gl. *in d. l. si vnquam.* & ita communiter tenetur, vt ait Imol. *in c. fin. num. 12. circa fin. de dona.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Cor. *conf. 4. in litera A. circa fin. lib. 3. & conf. 11. in litera Z. eo. vol.* Ripa *in d. l. si vnquam. in 2. qu.* vbi dicit, quod hæc est communis opin. Legistarum & Canonistarum. Et dicit Tiraq. *in d. l. si vnquam. in verbo, Libertis, num. 84.* quod hæc opin. est humanior & receptor, & quod eam practica, & usus ita mordicus retentat, vt ab eius faucibus eruere nemo queat. Non enim est verisimile, quod quis velit in sua successione extraneum filiis præferre: & sic vtroque casu militat eadem ratio, super qua fundatur dispositio *d. l. si vnquam.* quæ est verisimilis mens donantis; quia scilicet si tempore donationis de filiis cogitasset, huiusmodi donationem non fecisset, vt dicunt communiter Dd. teste Corn. *206. in litera P. lib. 2.*

Ex qua quidem ratione in primis inferitur, quod si tempore donationis donator de liberis cogitasset, non esset locus dispositioni *d. l. si vnquam.* & ita communiter tenetur, vt ait Soc. *conf. 53. num. 7. lib. 4. Iaf. conf. 125. col. 2. & 3. lib. 1.* quem refert Soc. *iun. conf. 67. num. 51. lib. 2.* ita etiam communiter concludi attestatur Alb. *conf. 102. num. 2.* Puta (secundum aliquos) si donatio esset facta in contractu matrimonii; nam eo casu vtiq; præsumitur donator de liberis cogitasse, quorum

quorum suscipiendorum causa solent matrimonia contrahi; ideo talis donatio non reuocatur ex dispositione *d. l. si vnquam*. Ita dicit Signo. *cons. 69. post num. 12. vers. Præterea cum mater*. & est communis opin. vt dixit Tiraq. *in d. l. si vnquam. in præfat. num. 71.* quem refert Boer. *decis. 159. n. 9.* licet ille corruptum alleget *in verbo, prius. num. 62. cum seq.* Hæc tamen conclusio mihi non multum placet, & videtur aperte repugnare communi regulæ, quod scilicet debet expresse constare, quod donator de liberis cogitauerit, & quod in dubio præsumitur non cogitasse: quæ regula colligitur ex dictis Bar. *in d. §. Imperator n. 8.* qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Soc. *in l. 2. in prin. col. 1. ff. sol. mar. & si opin.* Signor. vera esset, idem & multo fortius esset dicendum in quocunque coniugato habili ad prolem suscipiendam, quod iudicio meo esset valde absurdum.

3 Secundo infertur, quod si † donator tempore donationis iam habebat filios, etiam si alii filii deinde superueniant, non debet donatio reuocari: & ita colligitur ex verbis ipsius *l. si vnquam. ibi, filios non habens à contrario sensu*. Sed quid si pater habens filium iam natū, illi donationem fecerit, nunquid si postea alii filii superueniant, donatio ipsa reuocabitur? Resp. hic casus non est comprehensus in dispositione *d. l. si vnquam*. sed cadit sub dispositione *l. si totas. C. de inoff. don.* & ideo dicimus, quod talis donatio facta filio, reuocatur propter superuenientiam aliorum filiorum, non quidem in totum, sed tanquam in officiosa reuocatur solummodo vsque ad legitimam partem bonorum filii postea natis competentem. Et ita tenent communiter Doct. vt dicit Cor. *cons. 11. in litera Z. lib. 3.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Bertr. *cons. 163. post n. 4. lib. 2. in 2. parte.* Ripa *in d. l. si vnquam. q. 47.* Soc. iun. *cons. 83. n. 20. lib. 3.* licet postea *n. 28.* videatur inclinare in contrariam sententiam, Tiraq. *in d. l. si vnquam. in verb. Libertus, num. 75. & seq.* Dida. *lib. 1. resolu. c. 19. n. 1.* Si autem esset facta extraneo, bene reuocaretur in totum, vt dixi *infra q. 24. vers. Aut vero.*

4 Tertio infertur, quod si pater in † donatione ipsa renunciauerit beneficio *l. si vnquam*. donatio ipsa non reuocatur, ex quo proculdubio pater renunciando ipse legi censetur de liberis cogitasse. Hoc autem de plano procederet, præsupponendo, quod pater posset in præiudicium filiorum renunciare dispositioni *d. l. si vnquam*. sed hic articulus est adeo dubius, vt vix discerni possit, quæ opin. verior sit, aut magis communis, vt dicit Grat. *cons. 50. n. 65. lib. 1.* quod super hac questione est tanta disputatio, q̄ indigeret constitutione Imperatoria, cum hinc inde sint infiniti Doctores attestantes hinc inde esse communem opi. In primis autē Bar. *in l. Titia. §. Imperator n. 7. ff. de leg. 2.* tenuit quod potest pater in præiudicium filiorum renunciare beneficio *d. l. si vnquam*. Et hæc opin. dicit esse communem Soci. *cons. 147. n. 17. lib. 1. & cons. 263. n. 13. lib. 2.* quem refert Natta *cons. 125. num. 1. & las. in l. si quis in conscribendo. n. 8. C. de pactis, & cons. 125. col. 3. lib. 1.* Dec. *in d. l. si quis in conscribendo. nu. 24.* Bertran. *cons. 192. ante fin. lib. 2. in prima parte, & cons. 32. col. 2. lib. 3. in 1. parte, & cons. 179. n. 1. lib. 2. in 2. parte, & cons. 220. n. 8. lib. 3. in 2. parte.* Ripa *in d. l. si vnquam. q. 51. & lib. 3. respons. cap. 15. circa fin.* Tiraq. *in d. l. si vnquam. in præfat. n. 174.* Contrariam vero sententiam, scil. quod imo non possit pater renunciare dispositioni dictæ legis in præiudicium filiorum, multi quoque tenuerunt, & dicit Soc. *in l. cum auus. fol. 19. ff. de condit. & demonst.* quod hæc est communis

opi. Moder. Hanc etiam opin. dicit esse communem Alci. *in l. pacta, que contra. C. de pactis. Paris. cons. 73. num. 32. lib. 1.* vbi recenset auctoritates, Soc. iun. *cons. 137. nu. 2. lib. 2.* Et sic vt vides, hic articulus tam propter auctoritates, quam propter rationes hinc inde adductas, est valde dubius, & periculosus, & reuera connumerando decisiones Doctorum, suspicor opin. Bart. quod scil. possit renunciare, esse magis communem. Sed contraria opin. mihi semper magis placuit, nunquam enim potui mihi persuadere, quod dispositio *d. l. si vnquam*. non sit inducta tam favore filiorum, quàm ipsius donantis. Hæc etiam opi. est proculdubio magis æqua & benigna, & secundum eam pluries fuisse iudicatum, attestantur Doctores supra allegati: & in hanc pariter inclinavit Senatus in causa D. Hieron. Lonati: Tamen pro cōcordia posset ita distingui. Aut non constat, quod donator voluerit renunciare dispositioni *d. l. si vnquam*. quia, scilicet in genere tantum renunciauit omnibus legibus, & omni iuris auxilio, vel huiusmodi, nulla facta mentione dispositionis *d. l. si vnquam*. & hoc casu intrepide tenendum est cum opi. negatiua, quod nullo modo censetur renunciatum *dict. legi*, & sic, quod tali renunciatione non obstante, donatio ipsa superuenientibus liberis reuocetur: Aut vero fuit renunciatum in specie dispositioni *l. si vnquam*. & tunc siquidem donans erat maior 25. annis, posset teneri opi. Bartol. quod potuerit renunciare, & quod donatio propter superuenientiam liberorum non reuocetur: Aut erat minor, & tunc teneo, quod talis renunciatio nihil prorsus operetur, neque in hoc facio vim, an in donatione sit appositum iuramentum, vel non. Sicut enim donatio etiam iurata reuocatur ex dispositione *l. si vnquam*. vt dixi *inf. q. 23.* Idem dicendum est, etiam si addita sit renunciatio *dict. legi*. Qua enim facilitate minor inducitur ad donandum, eadem etiam inducitur ad renunciandum, & iurandum, maxime attentio, quod hodie in omnibus instrumentis passim, & indistincte Notarii apponunt iuramentum, cuius virtutem plerique contractantium ignorant: sed vbi donans est maior & in specie renunciauit dispositioni *l. si vnquam*. forte tutius esset (vt dixi) tenere cum Bar. Nam dispositio *l. si vnquam*. fundatur in præsumpta mente donantis, quæ cessat, vbi de contraria eius mente expresse apparet: & hoc multo magis procederet, si donatio esset iurata, & maxime si iuramentum esset in specie appositum ipsi renunciationi: & secundum hanc distinctionem, si casus contingeret, consulere & iudicarem.

Quarto infertur, quod ad hoc, vt sit locus dispositioni *dict. l. si vnquam*. necesse est donationem esse tantæ importantiæ, quam verisimiliter donator non fecisset, si de filiis cogitasset. Habebit ergo proculdubio locum dispositio *dict. legis* in donatione † omnium bonorum, sed & in donatione maioris partis bonorum, imo etiam in donatione cuiuslibet partis bonorum, etiam infra dimidiam. Et hæc est communis opin. vt ait Ripa *in l. 1. num. 6. Cod. de pact. & in d. l. si vnquam. in 7. quest.* quem refert Arelat. in Apostill. ad Alciat. *de præsumpt. in 1. regul. præsumpt. 13. n. 2.* Tiraq. *in dict. l. si vnquam. in verbo. Omnia vel partem aliquam. num. 24.* quem refert Didac. *lib. 1. resolut. capit. 19. circa fin.* Fortius etiam (secundum aliquos) locum habet in donatione alicuius rei particularis. Et hanc esse communem opinionem attestatur Ruin. *cons. 137. num. 13. in fin. lib. 1.* Ripa *in d. l. si vnquam. in 8. quest.* quem refert Arelaten. *in loco proxime allegato, Soc. iun. cons. 83. nu. 19. lib.*

lib. 3. Et quod dispositio d. l. locum habet etiam in donatione rei particularis, quæ sit magni valoris, dicit esse communem Claud. in l. ex facto. post num. 11 ff. de vulg. Cæterum si esset donata res modici momenti, certe talis donatio minime propter superuentiã liberorum reuocatur. Ita tenet Imol. loquendo per verbum, forte, in c. fin. nu. 21. de donatio. & est communis opinio, vt ait Dec. conf. 181. nu. 3. Non enim est verisimile, quod donator, etiam si de liberis cogitasset, ab huiusmodi donatione abstinuisset. Et hoc casu bonum esset habere iudicem fauorabilem. Nam quæ donatio dicatur magna, vel parua, inspecta qualitate personarum, standum est iudicis arbitrio, iuxta ea quæ dixi supra lib. 2. §. iudex.

## ADDITIONES.

a *Donatio reuocatur ex dispositione d. l. si vnquam.* Sed an hoc casu retro transferatur dominium, & possessio in ipsum donantem absque traditione: An vero requiratur traditio? Ruin. quod sine traditione, sed ipso iure, in consil. 173. colum. penult. habet etiam locum dict. l. dispositio, quando res donata est talis, quam verisimiliter arbitrio boni viri pater nõ donasset, si filium postea natum habuisset: per ea quæ tradit Ruin. in cons. 124. item procedit in re particulari notabilis valoris per eundem cons. 98. nu. 19. & cons. 107. colum. fin. lib. 1. item procedit quando filius natus statim moritur. Corne. conf. 176. colum. fin. volum. 2. Item habet locum in renunciatione post ius quæsitum, Ruin. conf. 98. nu. 20.

b *Cogitasset.* Adde per Tiraquel. dict. l. si vnquam. cap. 13. Socin. in cons. 263. in fin. volum. 2. & in rubric. ff. de liber. & posth. Et quomodo intelligatur per Ruin. conf. 98. nu. 22. volum. 1. Et quando cogitauit de liberis, quomodo intelligatur? vide per Iason. in cons. 130. lib. 2. An procedat in filio legitimo? quod non, hoc consil. 226. lib. 2. Deci. 366. colum. 2. Roman. 164. quod sic. vide Ruin. conf. 173. Sed quid in legitimo per subsequens matrimonium? vide per Boeri. decis. 159. Non procedit in donatione minima. Deci. conf. 366. colum. 4. Iaf. in leg. 1. in 5. not. & ibi etiam Deci. C. de pact. Item non procedit in donatione propter benemerita: per Dec. in dict. consil. 366. & 20. & in dict. l. 1. colum. 2. Roman. consil. 26. Roland. consil. 5. num. 12. volum. 1. in cons. 76. num. 16. in 2. in cons. 13. num. 31. in 3. Nat. conf. 674. colum. 7. & vide per Apostil. ad Dec. d. consil. 22. Item non habet locum quando tempore donationis donans habebat filiũ, & facta donatione ipsum legitimaui. Castren. conf. 433. quem tamen vid. 432. & Boer. decis. 59. An procedat, quando maritus promisit pro vxore quod habebit ratum, quæ deinde contra facit? Socin. in cons. 215. colum. fin. in 2. & 22. in 3. Item an procedat in donatione iuris patronatus. Deci. in cons. 675. Item an procedat quando filius donat patri. Deci. conf. 182. in fin. Rub. conf. 90. licet contrarium voluerit Ruin. conf. 98. num. 28. sed quid de renunciatione facta per masculum, Boer. d. decis. 159. Item an procedat quando donatio fit in contractu matrimonii. Soc. in l. 2. ff. solut. matr. Iaf. conf. 172. volum. 4. Boer. d. decis. Item an procedat, quando partim vendatur, & partim donatur? Socin. in cons. 22. vol. 3. Et donatio reuocatur in vim d. l. an possit donatarius ingredi possessionem bonorum? quod non, sed pertinet ad filium natum: vide per Ruin. in cons. 137. col. 3. vol. 1.

c *In genere tantum renunciauit.* Item quod renunciatio debeat esse in specie & nominatim facta, & non in genere, tradit Ruin. in cons. 173. nu. 13.

d *Magni valoris.* Dixi supra.

\* Ratio huius est præsumpta voluntas donantis, qui si de filiis tunc cogitasset, vtrique non donasset, vt per gl. in d. l. si vnquam. in gl. 1. Bart. in l. Titia. §. Imperator. ff. de leg. 2. Bald. in l. 1. C. de off. don. Roman. conf. 26. Oldr. conf. 238. & cons. 278. in in 3. dub. Et intellige, quod reuocatio fit in totum, licet Alex. conf. 142. volum. 2. Bertr. consil. 39. volum. 1. & Afflic. super consil. in tit. de reuoc. alien. num. 76. videantur tenere reuocationem fieri vsque ad legitimam tantum.

## QVÆSTIO XXIII.

## S V M M A R I A.

1 *Dispositio l. si vnquam. an locum habeat etiam si in donatione appositum fuerit iuramentum?*

2 *Et an locum habeat in donatione facta ecclesie?*

3 *Et an locum habeat in donatione ob causam?*

4 *Et an habeat locum in legato?*

5 *Et an habeat locum in legitimatione filii spurii, vel naturalis?*

6 *Et an habeat locum si post donationem nascatur donanti filius naturalis tantum?*

7 *Et quid si natus esset ante donationem, sed fuerit post ipsam donationem legitimatus?*

8 *Et an reuocatio, quæ sit ex dispositione d. l. si vnquam. fiat ex ipso iure?*

9 *Et quid si liberi post donationem nati moriantur viuo testatore, an donatio reconualecat?*

10 *Et an si donator viuens nihil dixit, possint eius heredes donationem ipsam reuocare?*

ST A T ergo firma conclusio, quod propter superuentiam liberorum donatio reuocatur; Quæro nunc, an hæc conclusio locum habeat, etiam si in ipsa donatione appositum sit a iuramentum, vt scilicet adhuc non obstante iuramento reuocetur? Resp. quod sic. Ita tenet Bart. in d. §. Imperator. nu. 11. & est communis opin. vt dicit Corn. conf. 30. in fin. lib. 4. Socin. conf. 215. nu. 2. lib. 2. quod est duplicatum in cons. 22. nu. 7. lib. 4. Bertr. conf. 175. post nu. 12. lib. 1. in 2. parte. Ripa in d. l. si vnquam. in 3. quæst. & lib. 3. responsorum. c. 15. nu. 17. Parif. conf. 72. nu. 15. lib. 1. Nam iuramentum semper debet intelligi rebus sic stantibus: merito vbiunque post dispositionem iuratum tale quid superuenit, quod tempore iuramenti præstiti verisimiliter dispositionem ipsam impediisset, non debet iuramentum aliquid operari: & hoc proculdubio procedit, vbi in tali donatione iurata non fuerit in specie, nec in genere renunciatum dispositioni l. si vnquam. Et in hoc omnes conueniunt, vt dicit Tiraquel. in præfat. d. l. si vnquam. nu. 174. Si vero fuerit renunciatum, dixi supra versic. Tertio insertur.

Quæro etiam, an dispositio d. l. si vnquam. habeat locum etiam in donatione facta Ecclesie? Resp. quod sit verum, cum ecclesia regulariter sit loco filii, vt dixi infra lib. 7. §. ecclesia non reuocatur: nisi vsque ad legitimam filiis postea natis competentem, vt in donatione facta vni ex filiis, dixi supra quæst. præox. versic. Sed quid si pater. Ita tenet Bart. in §. Imperator. num. 6. & est communis opin. vt ait Soc. conf. 33. post num. 6. lib. 4. Ripa in reper. d. l. si vnquam, quæstion. 49. Rub. in reper. d. §. Imper. nu. 226. Fortun. in trat. de vltimo sine illatione 16. Didac. lib. 1. resol. c. 19. post nu. 5. vers. Quæstioni. Hæc tamen opinio mihi semper visa fuit dura. Nam monasterium non habetur loco filii, nisi in casibus à iure expressis, vt dixi in allegato §. Ecclesia, tamẽ in practica credo, quod ecclesia obtineret, nisi Episcopus vellet secundum conscientiam restituere totam donationem: & iudicio meo, si id faceret, bene & laudabiliter faceret, vt notatur in c. fin. 17. q. 4.

Item quæro, an dispositio dict. l. si vnquam. locum habeat etiam in donatione ob causam? Resp. quod non. Et est communis opin. vt dicit Socin. in l. 2. in princ. colum. 1. versic. Secundo respond. ff. soluto mat. Iaf. conf. 171. num. 1. in fin. lib. 4. Nam huiusmodi donatio cum habeat causam annexam, non autem fundata sit in sola liberalitate: non debet propter aliquid aliud, quod superueniat, reuocari. Sed hoc intellige, quatenus causa æquiualeat donationi. Nam in eo quod excedit, non censetur donatio ob causam, sed donatio simplex. Eademq; ratione dispositio d. l. si vnquam. non

non habet locum in donatione remuneratoria. Ita tenet Bald. in d.l. si vnquam, in 2. lectura. Et est communis opinio, vt ait Deci. conf. 366. nu. 10. & dicit Iaf. conf. 154. num. 2. in fin. lib. 2. quod ab ista sententia nemo discrepat. Ripa in d.l. si vnquam. quest. 14. Talis enim non dicitur proprie donatio, vt dixi supra quest. 3. Intellige tamen, quatenus merita æquivalent donationi, iuxta ea quæ statim dixi.

4 Vltcrius quæro, an dispositio d.l. habeat locum etiam in legatis? dixi supra lib. 3. §. legatum.

5 Successiue quæro, an habeat locum etiam in legitimatione filii spurii, vel naturalis, vt scilicet talis legitimitio per superuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium reuocetur? dixi supra, libr. 2. §. filius.

6 Sed quæro, nunquid et dispositio d.l. si vnquam. locum habeat, non solum quando post donationem nascuntur filii legitimi, & naturales, sed etiam quando nascitur filius naturalis tantum, qui postea legitimitur, ita vt etiam eo casu donatio iam facta reuocetur? Respond. quod sic. Ita tenet Ioan. And. in additio. ad Specul. de success. ab intestato, circa fin. in Apost. magna. Et est communis opin. vt dicit Paris. conf. 72. num. 21. lib. 1. Huiusmodi enim filii æquiparantur legitime natis: & ideo disposita in legitimis etiam in istis locum habent.

7 Sed quid si filius naturalis etiam esset natus tempore donationis, sed post donationem fuerit legitimatus, nunquid donatio reuocabitur propter illius legitimationem? Resp. quod non. Et est communis opin. vt dicit Paris. in alleg. conf. 72. num. 24. Hoc enim casu nulli dubium esse potest; quin de ipso filio iam nato, & etiam de eius legitimatione verisimiliter testator cogitauerit.

8 Præterea quæro, nunquid huiusmodi reuocatio donationis, quæ fit ex dispositione d.l. si vnquam. fiat ipso iure, immediate quod nascuntur filii? Respon. quod sic. Ita expresse colligitur ex verbo, Reuertatur, posito in ipsa lege, quod importat dispositionem legis, nullo hominis ministerio interueniente. Ita tenet gl. fin. in d.l. si vnquam. & ita communiter fere ab omnibus tenetur, vt dicit Corne. conf. 4. circa princ. lib. 3. Hanc etiam opin. dicit esse communem Corn. conf. 11. in litera R. lib. 3. Rub. in reper. d. §. Imp. n. 182.

9 Vltimo quæro, pone, quod donator susceperit liberos, illi tamen liberi ipso adhuc superstite moriantur, nunquid propter illorum mortem donatio ipsa reuocetur? Resp. Bart. in d. §. Imperator. nu. 10. tenuit, quod non: sed in contrarium est magis communis opin. vt attestatur Rub. in d. §. Imp. num. 249. & seq. Cessat enim ratio coniecturæ mentis donatoris, super qua fundatur dispositio d.l. si vnquam. Quæ quidem conclusio intelligenda est, vt procedat, quando pater mortuis filiis donationem ipsam tacite, vel expresse non reuocauit, alias secus.

10 Sed quid si pater quidem et donationem non reuocauerit, imo permiserit semper donatariū res donatas possidere, nunquid poterunt eius heredes donationem ipsam reuocare? Resp. quod non. Et hæc est magis communis opin. vt ait Rub. in d. §. Imp. num. 253. & seq. Videtur enim hoc casu donator satis declarasse voluntatem suam, quod volebat donationem reuocare. Ideo illi non possunt eius heredes contrauenire.

ADDITIONES.

a Appositum sit iuramentum.) Adde atque vide per Socin.

conf. 22. vol. 3. Corn. conf. 176. in fin. vol. 2. Franc. Aret. conf. 24. quatuor dubia, colum. 1. Rom. in conf. 269. non est dubium. & 26. pro decisione Boer. d. decis. 159. Et plenius de istius legis dispositione dixi in reg. iuris contract. atque etiam in lib. iuris intellect. collect.

b Rebus sic stantibus.) Item quod in quacunque dispositione semper subintelligatur ista tacita conditio, & interpretatio, rebus & terminis sic stantibus atque se habentibus: secus si contingat mutatio aliqua, per quam à tali dispositione recedi oporteat: per Craue. conf. 25. nu. 1. conf. 264. col. antepen. in prin. Dec. conf. 335. nu. 3. Rom. in leg. fin. ff. qui satisfac. cogan. Alba. conf. 76. nu. 2. & 77. nu. 31. Rolan. plene conf. 1. volum. 2. Natt. conf. 548. nu. 21. vbi idem etiam in casu iurato. Idem intelligitur, cum superuenit aliquid noui, quod nullo modo extabat, nec de quo fuerat cogitatum, vt per Menoch. in conf. 219. num. 29. Et de viribus istius clausulæ, vide etiam per Afflict. decis. 328. sub num. 4.

QVÆSTIO XXIV.

S V M M A R I A.

- 1 Donatio inofficiosa facta vni ex filiis, vel etiam extraneo, potest per alios reuocari.
- 2 Et quid si sit inofficiosa re tantum, vel consilio tantum?
- 3 Et quid si sit iurata?
- 4 Et an filius, cui pater aliquid reliquit, possit donationem inofficiosam extraneo factam in totum reuocare?
- 5 Et quid si pater alienauit bona titulo oneroso, an sit locus reuocationi.

Dixi etiam, aliam esse causam, propter quam et donatio et possit reuocari, quando scilicet esset a inofficiosa. Hæc est pulchra, & subtilis materia, & alias intellexi, quod magnificus D. Camillus frater meus adhuc valde iuuenis, cum ego nondum natus essem, disputauit in hac materia in ciuitate Alexandria centum conclusiones, per decem dies continuos, argumentantibus Doctoribus venerandi nostri collegii, qui eo tempore excedebant n. 30. de qua disputatione mentionem facit, & illum appellat Iureconsultum acutissimum D. Rubeus Alexandrinus conciuis meus, in epistola nuncupatoria posita ante repetitionem, quam edidit super dict. §. Imp. vbi eleganter tractat hanc materiam & dicit, quod in illis circularis orta fuit contentio inter ipsum Dominum Rubeum, & patrem meum, quem appellat senatorem dignissimum, & Iureconsultum præstantissimum.

Scire debes, quod ad reuocandam donationem, ultra remedium d.l. si vnquam. de quo in præcedentibus quæstionibus, est etiam à iure prod. ta querela in officiosæ donationis, de qua toto titulo C. de inoff. dona. & in d. §. Imperator. Vt ergo bene intelligas hanc materiam, distinguendi sunt nonnulli casus. Aut enim quis donat extraneo omnia sua bona, vel eorum partem, quam verisimiliter, si de filiis cogitasset, non donasset: & hoc casu per remedium d.l. si vnquam. ipsa donatio superuenientibus filiis donatarij in totum reuocatur, vt dixi in præcedenti quæst. per totam q. Aut vero pater habens vnum filium, illi donauit omnia bona, vel eorum partem, quam verisimiliter non donasset, si alios filios suscipere cogitasset: & hoc casu si alij filii superueniant, reuocatur vsque ad legitimam tantum. Et ita procedat tex. in l. si totas. C. de inoff. donat. vt dixi supra q. 22. versic. Secundo infertur. & hæc duæ reuocationes fundantur super verisimilitudine donantis.

Aut vero quis non agit ad reuocationem donationis, sub prætextu, quod verisimiliter donans si de 2  
ipsis filiis cogitasset, donationem non fecisset, sed tanquam quod

quod donatio ipsa sit inofficiosa, & intellige, quod donatio tunc dicitur inofficiosa, quando donans non retinet in patrimonio tantum, quantum capit legitima filiorum: & hoc casu adhuc est distinguendum. Nam aut talis donatio est facta vni ex filiis, & tunc siue donatio sit inofficiosa re tantum, siue sit inofficiosa re & consilio, nunquam reuocatur nisi vsque ad legitimam aliorum filiorum. *l. si liqueat. Cod. de inoff. donat.* Ita tenet Bart. *in d. §. Imperator. n. 1.* & est communis opinio, vt ait Picus *in l. post contractum. post nu. 3. ff. de donat.* Bertrand. *conf. 179. post n. 8. lib. 2. in 2. parte:* faciunt quæ dixi supra, *question. prox. in d. vers. Secundo inferitur.* Aut vero est facta extraneo, & tunc si est inofficiosa re tantum, reuocatur solummodo vsque ad legitimam. Text. est *in l. 1. 2. & 3. C. de inoff. donat.* Si vero est inofficiosa re & consilio, reuocatur in totum. Ita tenet Bart. *in d. §. Imperator. post n. 1.* & est communis opin. vt dicit Aret. *conf. 47. post nu. 3.* Socin. inter consilia Curtii sen. *conf. 2. n. 1. lal. in Authen. vnde si parens. circa fin. Cod. de inoffic. testam.* Picus *in d. l. post contractum. num. 6.* Curt. sen. *conf. 3. n. 39.* Paris. *consil. 72. n. 28. & seq. lib. 1. & conf. 73. nu. 26. & seq. eod. volum.* Natta *consil. 126. n. 3.* Socin. iun. *consil. 67. nu. 55. libr. 2.* Dicitur autem donatio inofficiosa re, & consilio, quando pater ex proposito illam facit ad præiudicium filiorum, & sic vltra læsionem, quæ re ipsa interuenit, concurrat etiam animus, & consilium paternum in damnum filiorum. Et hæc nota ad intelligentiam terminorum, quos multi ignorant.

Hæc autem omnia quæ superius dicta sunt de inofficiosis donationibus reuocandis, locum habent, non solum in donatione simpliciter facta, sed etiam in donatione iuramento confirmata: adhuc enim potest non obstante iuramento reuocari. Ita dicit Bart. *in d. §. Imperator. n. 5.* & est communis opin. à qua nemo discrepat, vt ait Curt. sen. *in d. conf. 1. n. 15.* quem refert Didac. *lib. 1. resolu. c. 19. vers. ceterum.* Cum enim dispositio tituli de inoff. donat. sit introducta fauore filiorum, non debet patris iuramentum in eorum præiudicium aliquid operari.

Sed quid si pater ipsi filio aliquid relinquit, nunquid poterit adhuc donationem inofficiosam extraneo factam in totum reuocare? Resp. quod non: sed hoc casu solummodo reuocat vsque ad legitimam. Ita dicit Bart. *in d. §. Imperator. post n. 1.* & est communis opin. vt attestatur Bertrand. *conf. 38. n. 3. lib. 1. in 2. parte.* Sicut etiam videmus, quod filius, cui aliquid est titulo institutionis relictum, etiam minus legitima, non potest testamentum impugnare, sed tantummodo petere ipsius legitimæ supplementum, vt dixi supra *lib. 3. §. testamentum. q. 38.*

Et hæc quidem conclusio locum habet in his tantum, quæ pater donationis titulo in alium transfudit; sed si pater aliquid alienauerit titulo oneroso, eo casu non est locus reuocationi. Et licet Bart. *in l. non vsq. adeo. post n. 1. ff. si quis à paren. suo sue. man. tenuerit contractarium,* scilicet, quod imo potest reuocare saltem vsque ad legitimam: tamen magis communis opin. est, quod nullo modo potest reuocare, neque vsque ad legitimam. Et ita hanc opin. contra Bartol. dicit esse communem Rub. *in d. §. Imperator. n. 30. & seq. ff. de leg. 2.* Picus *in d. l. post contractum. n. 13. circa fin. & n. 15.* vbi loquitur etiam quando fraus patris in ipsa alienatione interuenit. Quæ tamen conclusio mihi semper visa fuit nimis rigorosa: & ideo vbi appareret, quod ille tertius fuisset particeps fraudis, libenter inclinarem in sententiam Bart. vt scilicet esset locus reuocationi, sal-

tem vsque ad legitimam. Et hæc opin. æquior est, vt omnes fatentur.

#### ADDITIONES.

*a Inofficiosa.*) Et donatio inofficiosa quot modis dicatur, vide per Paulum Castren. *in conf. 353. dubitatio. volum. 2.* Socin. *conf. 18. lib. 3.* Item ad sciendum quæ sit inofficiosa, inspicitur tempus donationis, Craue. *conf. 40. quem vide.*

*\* Eset inofficiosa.*) Adde hic, quod si donatio sit inofficiosa, puta quia natus filiis pater donat bona sua extraneo, tunc reuocatur fauore filiorum. Si vero donatione facta contingat nasci filios, reuocatur vsque ad legitimam. Item ibi donatio venit reuocanda *per tit. de inofficio. donatio.* non reuocatur ipso iure ex præsumpta mente donantis. De istis tribus com. opinionibus vide *in collecta mea comun. opin. verb. donatio. num. 7. 8. 9.* Item donatio inofficiosa re & consilio facta extraneo, an in totum reuocetur? vide per Iraq. *in l. si unquam. C. de reuocan. dona. fol. 306.* & Franc. Aret. *conf. 47.* Nec reuocatur à filiis per actionem Caluisianam siue Fauianam per Cor. *conf. 78. co. 8. volum. 2.* Item donatio tanquam inofficiosa reuocatur, quando etiam filius habuit legitimam suam titulo donationis: pura mater donauit simpliciter filio suo centum, & postea donauit residuum bonorum pio loco: nam filius querelare potest, quia donatio sibi facta haud imputatur in suam legitimam. vide per Socin. *in conf. 18. & seq. vol. 4.* Vltimo sciat, quod donatio etiam inofficiosa ad pias causas reuocatur saltem vsque ad legitimam: vide per Iaf. *in conf. 141. volum. 4.* Item vide per Dec. *in conf. 297. col. 1. vers. secunda conclus. fit.*

*b Iuramento confirmata.*) Item quod donatio inofficiosa non valideret iuramento, vide per Iaf. *in conf. 141. vol. 4.*

*c Extraneo factam.*) Item quod donatio inofficiosa re & consilio facta extraneo possit in totum reuocari, voluit Vgolinus antiquus Glossator, quem magis communiter sequuntur Doct. *in l. 1. C. de inoffic. dona. & Doct. in d. §. Imperator. vt attestatur Soci. in conf. 126. col. 1. vol. 3.*

#### Q V Æ S T I O X V.

##### S V M M A R I A.

- 1 Donatio ob causam, causa non secuta, ipso iure reuocatur.
- 2 Donatio causa mortis potest quandocunque reuocari.
- 3 Et quid si post reuocationem donator sine herede decesserit?
- 4 Et an propter conualescentiam donantis censetur reuocata donatio causa mortis?

**P**RÆTER has reuocationis causas, de quibus præcedentibus questionibus tractatum est, scite etiam debes, quod donatio ob causam, si causa non est secuta, ipso iure reuocatur, & donanti competit rei vindicatio. Text. est *in l. 1. C. de donatio. ob causam.* & est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. *conf. 126. n. 14.* Vulgata enim est iuris regula, quod cessante causa cessat effectus.

Sciendum est etiam, quod donatio causa mortis potest à donatore quandocunque reuocari. *\* l. mortis causa; la 4. ff. de donat. causa mortis.* & hoc est in iure notissimum. Potest autem donatio causa mortis, non solum expressa, sed etiam tacita voluntatis demonstratione reuocari; puta, si donator rem quam donauerat, voluntarie in alium alienauerit: ex hoc enim donatio ipsa reuocatur, *l. illud. ff. de donat. causa mortis,* & fuit opin. Dyn. *in l. Stichum qui meus. ff. de lega. 1.* quam dicit esse communem Alciat. *in l. non omnis. ff. si certum per. Didac. in Rubr. de testa. in 3. parte, post num. 18. vers. Quarto his.* videtur enim ex hoc colligi donatorem ipsius donationis poenituisse, & maluisse aliū, quam donatarium rem donatam habere.

In hoc tamen proposito nota mirabilem decis. Ang. *in sua disputatione incip. Astenfis miles;* quod licet donator voluntatem mutauerit, si tamen postea contin-

3 contingat illum decedere sine herede ex testamento, vel ab intestato, donatio non censetur reuocata. Et mouetur per tex. in l. i. ff. qui sine manu. ad liber. perue. & hanc opin. Ang. dicit esse frequentius receptam Didac. in d. 3. parte, nu. 24. quæ licet, vt ipse subdit, in puncto iuris non satis bene sustineri possit, non tamen putarem ab ea esse in practica recedendum.

4 Sed nunquid ob conualescentiam † donantis, reuocata censetur donatio causa mortis, etiamsi aliunde expresse aut tacite illum donationis pœnituisse non appareat? Resp. siquidem donatio facta fuit nullo instante mortis periculo, non reuocatur ob donantis conualescentiam, sed si facta fuit instante periculo, vtique reuocatur. Ita intelligi debet text. in l. si mortis causa res donata. ff. de don. causa mortis. & est communis opin. vt ait Alcia. in d. l. non omnis. quem refert Didacus in Rubrica de testam. in 3. parte, post nu. 23. versic. Secundo reuocatur. Et hæc hæc tenus.

ADDITIONES.

2 Donatio ob causam. Et donatio quando vere dicatur ob causam? vide per Crauet. in conf. 103. in princ. 85. & 306. Dec. in l. vt libertis. colum. fin. C. de col. Nec dicitur proprie donatio per Craue. d. conf. 85. & 136. & vide per Nat. in conf. 609. num. 6.

Nec requirit insinuationem, vt per Caphal. in conf. 272. nu. 128. Differt etenim ab aliis donationibus, vt per Tiraque. d. l. si vnquam. fol. 174. An dicatur illa quæ sit in præmium emancipationis? vide ibid. Et hæc donatio pacto nudo producit actionem, vt per Ruin. conf. 54. Item dicitur donatio ob causam, quando fit per patrem dotis causa: secus si per extraneum, vt per Ias. in conf. 171. lib. 4. Et scias quod donatio ob causam filio à patre factam ei debet in legitimam computari. Istam regu. cum quinque limitationibus vide per Duen. regu. 222. fol. 217. & vltra limitationes enunciatas ibid. limita etiam vt per Crauet. in conf. 85. nu. 6. & 7. Et an donatio facta ob causam propter beneficia seruitiorum præstitorum, & præstandorum possit reuocari, vide per Mari. Angui. in conf. 79. num. 37. Item vt dicatur facta ob causam requiritur, quod sit facta ob causam necessariam, quæ excludit liberalitatem, vt per Roland. in conf. 70. num. 7. volum. 4. & 44. num. eod. vbi tamen in 1. dub. tenet per plura donationem filio factam à patre ob causam matrimonii haud dici simplicem, sed ob causam finalem, vt matrimonium sortiretur effectum, & in 2. cap. consultus etiam responder, huiusmodi donationem imputari filio in legitimam, & contraria diluit. Et dixi supra. \* Fallit si in ea appositum sit pactum de non reuocando, quia tunc transit in contractum inter v. uos, per text. in l. vbi in donator ff. de don. causa mort. & ita expresse consuluit Alex. conf. 14. nu. 2. vol. 1. Eandem opin. tenet Ias. in l. qua dotis, num. 3. ff. sol. mat. Bald. l. 2. C. de iure dot.

IVLII CLARI, ALEXANDRI-  
NI, IURIS CONSULTI CLARISS. AC  
REGII SENATORIS, &c.

Ex Libro IIII. Sententiarum Receptarum

§. EMPHYTEUSIS.

Cum additionibus, & Paraphrasibus celeberrimi I. C. Hieronymi  
Giachari Lugiensis, & aliorum.

**B**REVIOR erit hic Tractatus (vt opinor) omnium expectatione. Est enim hæc Emphyteusis materia fere vbique frequens & quotidiana. Sed huius rei duo præcipue in causa fuere. Primum, quod ex his quæ ad hanc materiam pertinent, aliqua in feudalibus quæstionibus a nobis tractata sunt: Alterum (quod alicui forte mirum videbitur) quod Alexandria nulla fere est domus, nulla area, fundi vero paucissimi, hoc Emphyteusis vinculo obstricti, atque inde euenit, vt cum in hac materia nunquam de facto consultus responderim, aut iudicauerim, in hoc Paragrapho ea tantum scripta sint, quæ in tumultuaria lectione obiter occurrerunt. At vero in hac Mediolanensi vrbe nihil aliud sonantius dicentium palatia, quam Emphyteuticorum canonum solutiones, & potestates, superinde caducitates.

CAPITULA QUÆSTIONUM.

- Q. 1. Emphyteusis quid differat à contractu libellario, & censuali?
- 2 Emphyteusis an sit contractus nominatus?
- 3 In contractu emphyteutico an requiratur, quod à principio præstetur certa quantitas?
- 4 In contractu emphyteutico an requiratur scriptura?
- 5 Vasallus an possit concedere in emphyteusin bona feudalia?

- 6 Prælati an possit bona ecclesie cōcedere in emphyteusin?
- 7 Et quanti temporis solutione præsumatur emphyteusis præcessisse?
- 8 Emphyteuta tenetur soluere canonem, alias cadit à iure suo.
- 9 Et an cadat ipso iure, an autem requiratur declaratio?
- 10 Dominus recipiendo pensionem, an censetur remississe caducitatem?
- 11 Dominus an possit post declaratam caducitatem ingredi propria auctoritate rem emphyteuticam?

- 12 Quo tempore sit soluenda pensio?
- 13 Emphyteuta non potest alienare rem emphyteuticam domino irrequisito.
- 14 Et an possit eam cum aliis emphyteutis diuidere?
- 15 Et an possit illam alteri legare, aut donare?
- 16 Et an possit illam praelegare vni ex filiis, vel aliter in ea illis praediacare?
- 17 Et an possit illam sine consensu domini permutare?
- 18 Et an pignori, vel hypothecare?
- 19 Et an locare?
- 20 Et an concedere in emphyteusim?
- 21 Et an constituere seruitutem in feudo emphyteutico?
- 22 Emphyteusis an possit alienari in potentiorum?
- 23 In alienatione rei emphyteuticae soluendum est domino laudemium?
- 24 Emphyteuta propter alienationem rei emphyteuticae cadit à iure suo.
- 25 Emphyteuta interuertens possessionem domini, an cadat à iure suo?
- 26 Emphyteuta an possit expelli propter deteriorationem?
- 27 Emphyteuta cessans per triennium in solutione canonis cadit à iure suo.
- 28 Emphyteusis an transeat ad extraneos heredes?
- 29 Emphyteusis an transeat in fiscum?
- 30 Filii naturales an succedant in emphyteusi?
- 31 Legitimati an succedant in emphyteusi?
- 32 Faemina an succedant in emphyteusi?
- 33 Emphyteusis an transeat in monasterium?
- 34 Quomodo intelligatur in concessione inuestitura, tertia vel quarta generatio?
- 35 In emphyteusi concessa pro se, & filiis, & nepotibus, quo ordine succedatur?
- 36 Nepos ex filia an succedat in emphyteusi?
- 37 Emphyteusis an transeat ad filios, etiamsi non sint heredes?
- 38 Et an transeat ad institutum in re certa?
- 39 In emphyteusi nunquid locum habeat ius accrescendi?
- 40 Filii an teneatur paternis creditoribus de emphyteusi satisfacere?
- 41 Augmentum eueniens in re emphyteutica, cui cedat?
- 42 Emphyteusis quomodo finiatur?
- 43 Finita emphyteusi, an possint filii vel agnati petere renouationem inuestiturae?
- 44 Emphyteusi finita, an possit dominus ingredi rem emphyteuticam propria auctoritate?
- 45 Finita emphyteusi, cui remaneant meliora menta?
- 46 Emphyteuta an teneatur ad collecta?
- 47 Quae actio competat pro emphyteusi?
- 48 Iura ciuilia loquentia de emphyteusi, an habeant locum in emphyteusi Ecclesiastica?
- 49 Bona emphyteutica an possint dici allodialia?
- 50 Argumentum de feudo ad emphyteusim, & e contra, an procedat?

## Q V A E S T I O I.

## S V M M A R I A.

- 1 Quid differat contractus libellarius ab emphyteusi?
- 2 Et quid contractus censualis?
- 3 Et an in dubio censetur contractus censualis, vel emphyteuticus?
- 4 Et quid differat simplex locatio ab emphyteusi?
- 5 Et quid si praestetur magna pensio, & correspondens fructibus?
- 6 Et quid si in instrumento promiscue facta sit mentio de emphyteusi, & locatione?

**P**RO intelligentia itaq; terminorum scire debes, quod nonnulli sunt contractus emphyteusi valde simi-

les, & affines, puta contractus libellarius, & censualis & locatio. Quapro ergo quid ab emphyteusi differat huiusmodi contractus? Respon. contractus libellarius dicitur, quando vasallus vel emphyteuta cōcedit alteri pro certa annua pensione praedium quod ipse habuerat ab alio in feudum, vel emphyteutim; & sic quando cōcedens non est dominus, scilicet directi domini; & hoc est, quod vulgo appellamus emphyteusim subalternatam. Quando vero concedens est dominus, tunc proprie dicitur contractus emphyteuticus. Et ita firmat communiter Doctores, ut dicit Ias. in l. post n. 29. C. de iure emphyte. Quidquid tamen sit ex proprietate dictionum, hodie contractus emphyteuticus & libellarius (saltem ex communi usu loquendi) idem sunt, & in hoc omnes conueniunt, ut ait Dec. cons. 346. n. 2. quem refert Paris. cons. 77. n. 12. lib. 3. Et ita video indistincte obseruari in hac prouincia, in qua passim haec duo pro synonymis reputantur; & dispositum in vno absque controuersia locum habet etiam in altero. Hodie enim abutimur istis vocabulis, utendo illis promiscue, & ponendo vnum pro alio, ut dicit Ang. cons. 184. n. 3. Tit. de retract. municip. §. 33. gl. 1. nu. 1.

Contractus autem censualis differt ab emphyteutico. Nam in censuali transfertur in recipientem dominium, tam directum, quam utile; in emphyteusi autem non transfertur nisi utile, directum vero remanet apud concedentem. Ita dicit gl. in c. constitutus, in verbo, iuxta ratam, in fin. de religio. domib. quam sequuntur communiter Doctores, ut dicit Abbas ibi, nu. 20. & ita dicit firmare communiter Doctores Ias. in d. l. n. 39. C. de iure emphyteutico. & sic censum soluimus de re nostra, pensionem vero de re aliena. Proprie enim canon, qui soluitur ab emphyteuta, dicitur pensio; ille vero, qui soluitur à censuali dicitur census, licet hodie promiscue utamur etiam istis vocabulis, ut attestatur Abbas in loco praediegato. Et ex hac differentia inferitur ad vnum, quod est maximae importantiae: quia scilicet censuarius cesset in solutione canonis per biennium, non cadit ipsa re censuali, ut dixi supra §. census. Secus autem in emphyteuta, de quo late dixi infra q. 8.

Sed pone, quod ego acceperim aliquam domum, vel fundum pro annua pensione, seu canone, nunquid in dubio censetur contractus censualis vel emphyteuticus? Respon. Doctores dicunt, quod si vniuniformiter solutum fuerit quotannis certum quid, praesumitur potius solutum iure emphyteutico, vel coloniae perpetuae, quam iure census. Hoc enim est in minus praediacium concedentis. Et ita tenet communis schola Scribentium, ut attestatur Berous q. 14. nu. 1. Quod ego intelligo, ut procedat tam in concessione facta à priuato, quam in concessione facta ab Ecclesia: nam utroque casu militat eadem ratio. Bene verum est, quod si ex verbis concessionis expresse apparere posset, de quo contractu ipsi contrahentes sensissent, non esset à verborum proprietate recedendum. In dubio autem standum esset in regula, quod praesumeretur emphyteusis, vel locatio perpetua potius, quam census.

Quid autem differat simplex locatio ab emphyteusi, sunt termini omnibus notissimi.

Et aduerte, quia si praestetur modica pensio, & in pecunia, debet potius iudicari emphyteusis, quam locatio. Nam pro contractu emphyteutico soluitur quid minimum pro recognitione. Et haec est proprie eius forma, & in hoc omnes consentiunt, ut dicit Natta cons. 49. post n. 7. Si vero praestetur magna pensio, quae

quæ scilicet fructibus correspondeat, vel quasi, vel præstatur aliqua pars fructuum, debet potius iudicari locatio, quam emphyteufis. Et quod quando pensio, quæ præstatur, correspondet fructibus, debeat de tali contractu iudicari tanquã de locatione potius, quam de emphyteutica concessione, dicit concludere cõmuniter Scribentes Cagn. in l. 2. nu. 202. C. de rescin. vend.

6 Vnum scias, quod si in aliquo contractu sit promiscue facta mentio de emphyteufi & locatione, vel contractu libellario, debent attendi\*\* conuentiones, & pacta, de quibus in ipso instrumento, cui scilicet contractui magis conueniant, & secundum illa debet iudicari, in quam speciem contractus cadat. Illa enim denominatio nihil facit, sed potius attenditur effectus rei. Et hæc est communis opin. vt dicit Bello. conf. 21. nu. 5.

ADDITIONES.

a Censualis.) Item contractus emphyteuticus & censualis aliter etiam differunt secundum gl. cum qua concordat Inno. in c. constitutus. de relig. domib. & vide per Nat. etiam in consil. 3. in princ. Et in dubio an contractus emphyteuticarius vel censualis potius iudicari debeat? vltra ea quæ dicit Auctor infra vide per Craue. in conf. 20.

b Emphyteuticus.) Item adde quod contractus Emphyteuticus est contractus, qui de sui natura requirit scripturam; magis commune vide per Dd. in l. 1. C. de iure emph. Et fusius dixi etiam in collecta mea commun. opin. in verb. contractus. nu. 36. & 37.

c Re censuali.) Item quod in contractu censuali quis non soluendo haud cadat à iure suo, commune attestatur Dec. conf. 138. col. 2. & dixi in collecta mea commun. opin. in verb. censuarius. Et census num. 1. & 2. vbi fallit, si censuarius iurauit soluere.

d De quo contractu.) Item quod contractus denominatio fieri debeat, vt in sui figura apparet: vide per Craue. in conf. 20. nu. 1. qui proprie loquitur de contractu albergamenti perpetui, quod secundum commune vulgare idem est quod emphyteufis: intellige tamen vt per eund. ibid. num. 5. & conf. 85. nu. 5. vide vt per Ruin. conf. 1. nu. 23.

\* De huiusmodi contractibus, & eorum conuenientia & differentia, vide per Euer. loco à feudo ad emphyt. n. 52. & seqq. item in loco emphyt ad censum nu. 1. & 2.

\*\* Imo tu dic. quod in dubio pretium & mercedis quantitas faciunt discerni quis contractus sit, vt per Io. de Imol. sig. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de pub. no. per Paul. de Castr. in l. insulam. ff. de prescrip. ver.

QVÆSTIO II.  
SVMMARIVM.

Emphyteufis an sit contractus nominatus?

1 QVÆRO, nunquid emphyteufis sit contractus nominatus? Resp. quod sic. Habet enim elegans nomen, & ab aliis distinctum, vt dicit Angel. in l. 1. nu. 1. C. de iure emphyt. & ita communiter concluditur, vt ait Ias. in pratud. feudorum. nu. 24. in fin. Vtilitas autem est maxima, quia in contractibus a nominatis non est licita pœnitentia, licet secus sit in contractibus b innominatis, vt dixi sup. hoc eod. lib. §. 1.

ADDITIONES.

a Nominatis.) Item an in contractibus nominatis sit locus pœnitentiæ, vide per Olasc. eius decisio. 98. num. 7. Item vide in collect. mea commun. opin. vbi supra num. 48. Cæph. consil. 23. num. 51.

b Innominatis.) Quinimo quod in contractibus innominatis re integra locus sit pœnitentiæ commune dicit Hiero. Torniel. in Rub. ff. de verb. oblig. Item commune dixi in d. collecta mea commun. opin. verb. contractus. nu. 46. vbi sub numero sequenti posui tres fallentias. Vide etiam qui dicantur contractus innominati, & qui corresponsiui relatiue. Et scias quod nullus contractus siue nominatus siue innominatus rescinditur ex capite implementi non sequuti, nisi antecede-

dente mora vel culpa debentis implere, per Craue. vide in conf. 233. col. 3. in princ.

QVÆSTIO III.  
SVMMARIVM.

In contractu emphyteutico, vel libellario, an requiratur, quod à principio præstetur certa quantitas?

QVÆRO, nunquid in contractu emphyteutico, vel libellario de necessitate requiratur, quod à principio præstetur certa quantitas? Respon. in hoc variæ sunt Doctõrum opin. Nam Iacob. de Aret. in l. 1. C. de iur. emphyt. tenet, quod de substantia & forma contractus emphyteutici requiratur, quod à principio præstetur certa quantitas pro primo ingressu; & dicit Alber. in d. l. 1. quod hæc opin. cõmuniter approbatur, quem refert Dec. in c. in presentia. n. 48. in fin. de prob. Contrariam vero sententiam, quod scilicet non requiratur, quod à principio præstetur illa certa quantitas, videtur tenuisse Bartol. in l. si mihi & Titio, post nu. 4. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod emphyteufis dupliciter haberi potest, scilicet titulo lucratiuo, & titulo oneroso, id est, quando præstatur certa quantitas. Et hanc dicit esse communem Petrus in d. l. 1. vbi etiã subdit, quod ita seruatur de consuetudine. Idem dicit Cyn. in d. l. 1. quem referunt Sal. ibi. num. 3. & Ias. nu. 3. & Paris. conf. 77. nu. 13. lib. 3. Dicit etiam Abb. in c. potuit, nu. 6. in fin. de locato. quod ita dicunt communiter Dd. Vnde cum hæc opin. quæ etiam de iure veteri videtur, sit indubitata consuetudine comprobata: non esset ab ea iudicando, aut consulendo recedendum.

QVÆSTIO IV.  
SVMMARIVM.

In contractu emphyteutico an requiratur scriptura?

QVÆRO nunquid de substantia & contractus emphyteutici requiratur à principio a scriptura? Respon. quod sic, alias contractus ipse non valet. Ita tenet glos. in l. 1. in verbo, Alivnationis. C. de iur. emphyt. & ita communiter tenetur, vt ait Sal. in d. l. 1. n. 5. quæ refert Aretin. in §. adeo. nu. 8. Instit. de locato. Hanc etiam dicit esse communem opin. Imo. in c. potuit. \* post num. 7. vers. Idem differet à contractu, & c. de locato subdens, quod esset etiam seruanda in pract. Soc. in conf. 169. nu. 12. lib. 2. quod est duplicatum in conf. 120. lib. 4. Ias. in d. l. 1. nu. 61. & seq. C. de iure emphyt. Afflict. decis. 72. ante num. 8. & quod contractus emphyteuticus non possit probari, nisi per scripturam, dicit esse communem Alex. conf. 50. nu. 4. lib. 5. Contrariam tamen sententiã, quod scilicet possit etiam sine scriptis celebrari contractus emphyteuticus, tenuit glos. in d. l. 1. in verbo, Scriptura. & hanc approbat b consuetudo, vt dicit Bart. in d. l. 1. nu. 6. Ang. in d. l. 1. nu. 3. Paris. conf. 77. nu. 16. & seq. lib. 3. vbi dicit, quod licet contraria opin. videatur magis communis, tamen quia illa est approbata per consuetudinem, esset seruanda. Idem dicit Soc. in d. conf. 169. num. 12. Ego tamen non puto ira absolute verum esse, quod hæc opin. sit recepta à consuetudine. Et multi etiam Doctores attestantur se vidisse contrarium obseruari, præsertim Aret. in d. §. adeo. nu. 8. propterea crederem melius esse in practica adherere communi opinioni, quæ etiam tutior est, & æquior, nisi in specie appareret in eo loco, in quo contingeret hoc deduci in controuersiam, contrarium obser-

obseruari. Hoc enim casu non esset ab huiusmodi consuetudine & obseruantia recedendum.

ADDITIONES.

**a** *Scriptura.*) Vide quæ dixi sup. 1. *quæst. in Apostilla signata litera B.* Adde etiam commune, & verum per Olfac. *decis. 53. col. 2.* qui in 2. *dub.* post plures citatos tenet scripturam etiam requiri in dissolutione. Item commune dixi *d. collect. mea commun. opin. in verb. emphyt. nu. 16.* Et quot modis concedatur? vide per Iaf. *d. l. 1. nu. 6.*

**b** *Consuetudo.*) Adde & vide etiam de hac consuetudine per Rolan. *conf. 87. nu. 11.* commune tamen & vsu receptum, vide in contrarium per Iac. de S. Georg. in *Auth. qui rem. post. n. 15. C. de sacros. Eccles. & dixi in collect. mea commun. opin. in verb. scriptura. nu. 3.*

\* Et ibi late declarat in quo differant contractus emphyteuticus, & contractus locationis, & in quo differt à contractu venditionis.

QVÆSTIO V.

SVMMARIVM.

*Vasallus an possit rem feudalem alteri concedere in Emphyteusin?*

**1** **Q**VÆRO nunquid vasallus possit rem feudalem concedere alteri in emphyteusin? dixi infra hoc eod. lib. §. *Feudum q. 33. versic. Idem etiam.*

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

**1** *Praelatus potest concedere in emphyteusin bona Ecclesie, que solita sunt in emphyteusin concedi.*

**2** *Et an si concedantur alio modo, quam solita sint concedi, vitietur in totum concessio: an autem quatenus excessa est forma solita?*

**3** *Et vsque ad quam generationem possit res Ecclesia in emphyteusin concedi?*

**4** *Et an possint concedi etiam pro heredibus extraneis?*

**1** **Q**VÆRO nunquid Praelatus possit rem concedere bona Ecclesie in emphyteusin? Resp. siquidem bona ipsa sunt ipsius Ecclesie pleno iure, non potest Praelatus ea in emphyt. concedere, nisi subsistente legitima causa, & debitis solemnitatibus interuenientibus. Et de hoc non est dubitandum, quia concessio in emphyteusin est species alienationis. Et si Praelatus à iure prohibetur locare res Ecclesie ad longum tempus, ut dixi infra hoc eod. lib. §. *locatio.* multo minus dicendum est ei concedi, ut possit eas dare in emphyteusin, quæ plus est quam locatio. Si vero res Ecclesie solitæ essent in emphyteusin concedi: bene posset Praelatus, si ad Ecclesiam aliquo casu reuenterentur, illas concedere in emphyteusin, absq; solemnitatibus in rei Ecclesie alienatione requisitis. Ita colligitur ex text. in *c. 2. de feud.* quem ita communiter Dd. interpretantur, ut ait Didac. *lib. 2. resolut. c. 15. num. 4.* & hæc est communis conclusio, ut dicit Socin. *conf. 169. nu. 9. lib. 2. quod est duplicatum in conf. 120. lib. 4.* & in hoc proposito videnda sunt ea quæ dixi in *dict. §. feudum. quæst. 13.*

**2** Scias tamen, quod debet huiusmodi concessio in emphyteusin fieri eo modo, quo solita est: alias non valet, & quidem quantum ad id, in quo excessa est forma solita, nullus est qui dubitet, quin concessio ipsa corruat. Punctus est an vitietur in totum, an autem sustineatur quatenus facta est intra solitam formam? Aliqui enim dixerunt, quod non vitietur in totum, sed sustinetur, quatenus est solita concedi; & fuit opin. Bald. in *Auth. si quas ruinas. num. 2. C. de sacros.*

*Eccles. vbi vult, quod si res Ecclesie est solita concedi in emphyteusin, vsque ad tertiam generationem, & concedatur in quartam, concessio sustineatur vsque ad tertiam tantum, & in reliquo vitietur.* Et hanc opinionem dicit esse communem Iaf. in *Auth. qui rem. num. 21. C. de sacros. Eccles. Dec. in Auth. qui rem. num. 22.* quem refert Tiraquel. *de retractu conuentionali in fin. operis, nu. 144.* Claud. in *l. 1. §. sed si mihi. nu. 3. ff. de verb. oblig. Curt. iun. de feud. in 1. parte 2. principalis in 6. q. Alciat. in d. §. sed mihi. nu. 20.* Et dicit Didac. *lib. 2. resolut. cap. 6. num. 5.* quod hæc sententia est frequentiori calculo recepta. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo vitietur in totum, videtur tenuisse Bart. in *d. Auth. qui rem. nu. 7.* & reperio, quod Alexand. *conf. 143. nu. 3. lib. 7.* dicit, quod hæc est magis communis conclusio, saltem quando est vnica concessio, quod esset magnum verbum, si esset verum. Ego tamen credo proculdubio contrariam opinionem esse veriore, & magis communem, etiam in casu quo vnica tantum concessio facta esset. Non enim debet vitari per inutile vitari, quando recipit commodam diuisionem. Sed si esset dare casum, in quo vitale ab inutili non posset commode diuidi, bene crederem, quod tota concessio vitaretur. Vide quæ dixi in *d. §. feudum. q. 13. in fin.*

Quæro vsque ad quam generationem rem possint res Ecclesie in emphyteusin concedi? Respon. text. in *§. emphyteusin, in Authent. de non alien.* videtur innuere, quod non possint concedi nisi in accipientis persona, & in duobus eiusdem personæ heredibus, & sic nisi vsq; in tertiam generationem. Nihilominus tenenda est contraria opinio, quod scilicet possint concedi ultra filios & nepotes; & videtur text. in *§. licentiam. in Auth. de alie. & emphyt.* & hanc opin. dicit esse communem Alex. *conf. 110. nu. 19. lib. 3.* & quod possit concedi pro omnibus descendentibus vsq; in infinitum, dicit esse communem Ziliolus de Cautellis inter consilia Anch. *conf. vlt. nu. 8.* Gozad. *conf. 25. post nu. 20. vers. Ad decimum,* & in hoc non est dubitandum.

Sed nunquid poterunt etiam rem concedi in emphyteusin pro heredibus extraneis? Resp. in hoc articulo Dd. varie loquuntur. Aliqui enim tenuerunt, quod possit concedi etiam pro heredibus extraneis; & hanc opinionem dicit esse magis communem, maxime modernorum, Socin. *conf. 226. nu. 33. lib. 2.* Alii vero multi tenuerunt contrarium, scil. quod imo non potest etiam expresse concedi, ita ut transeat ad extraneos heredes; & hanc opin. dicit esse communem Imol. in *l. ex factis, la grande, nu. 14. in fin. ff. de hered. instit. prout illum refert Alexan. in l. etiam, post nu. 3. ff. sol. matr. licet reuera Imola ibi loquatur solummodo, quando emphyteusis est simpliciter concessa, ut retuli infra q. 28. versic. Tertius est. Idem dicit Rub. in *l. Gal. §. quid in re. de. nu. 197. & nu. 203.* Sed aduerte, ne æquiuoces. Aliud enim est quære an res Ecclesie possit concedi in emphyteusin, hoc expresse actò, quod transeat etiam ad extraneos heredes, & non est iudicio meo dubitandum, quin possit, modo subsit legitima causa, & debite solemnitates interuenierint. Et ita hanc esse communem opin. attestatur Gratus *conf. 128. nu. 6. lib. 2.* Si enim (ut superius dixi) his duobus concurrentibus possunt res Ecclesie alienari pleno iure; multo magis debent posse alienari solummodo respectu utilis domini. Et in istis terminis procedat consilium Socin. superius allegatum. Aliud vero est quære, an emphyteusis Ecclesiastica simpliciter concessa alicui pro*

pro se, & heredibus, transeat etiam ad heredes extraneos? & isti sunt alii termini, de quibus latius dictum est suo loco, infra q. 28. in d. vers. Tertius est casus, cum seq.

ADDITIONES.

<sup>a</sup> Illas concedere in emphyteusim. Adde quod tunc agnati admittuntur, comunem vide per Benintend. in d. c. 19. ita & comunem vide in collect. mea comun. opin. in verb. Ecclesia, num. 1. Et etiam in verb. dominus, nu. 12. Et in emphyteu. Ecclesiastica, qui praefertendus? vide per Rimin. iun. in conf. 82.

<sup>b</sup> Eo modo quo solita est. Hic scias, quod inuestitura facta ex vna causa non sustinetur ex alia, vide per Ruin. in conf. 48. Et in conf. 168.

\* Emphyteusis Ecclesiae de sui natura solummodo transit ad filios & descendentes, & non ad extraneos, vt attestatur Mart. de Affli. dec. 100. nu. 1. nisi expressit hoc dicatur. Sicut enim potest Ecclesia in casu a iure permissio in totum alienare, & sic quod transeat ad extraneos heredes, ita quoque potest in emphyt. concedere, vt transeat ad extraneos heredes, vt per Alex. c. 9. volum. 2. Et conf. 189. eod. vol. Et hanc dicit comunem opin. Porc. Inst. de ocat. 9. adeo.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIVM.

Ius emphyteuticum quanto tempore praescribitur?

<sup>1</sup> QVÆRO, ex quanti temporis praestatione praescribitur a ius emphyteuticum? dixi infra lib. 7. §. praescriptio.

ADDITIONO.

<sup>a</sup> Praescribitur. Dic quod praescribitur spatio 30. vel 40. annor. vt per Iaf. in l. 2. nu. 56. insurgit dubitatio pulcherrima, an emphyteuta Ecclesiae patiatur praescriptionem, id est, an Ecclesia praescribat, & vel alii praescribant? Anch. conf. ult. col. fin. dicit, quod non, stante titulo, & possessione quae retinetur animo, late per Ruin. conf. 163. nu. 23. Quod praescriptio habeat locum contra Ecclesiam, etiam quo ad proprietatem, quando fuit interuersa possessio, nec consideratur, quod Ecclesia animo possessionem retineat: late tenet Ruin. in conf. 156. volum. 2. Emphyteusis praescriptio an currat in praedictum domini? Roma. conf. 166. & Corn. conf. 16. vol. 2. Item praescriptio emphyteutae prodest domino: & illo deficiente est ad utilitatem Ecclesiae, & dominice quo dicitur, constare de dominio Ecclesiae vel priuati domini, Ruin. in conf. 50. num. 19. Item an emphyteuta patiatur descriptionem in praedictum Ecclesiae? Socin. conf. 166. col. 14. volum. 2. Et an heres praescribat contra Ecclesiam? Bald. conf. 298. Hæc materia, an si quis recognouerit ab Ecclesia rem suam in emphyteusim & soluerit per annos 30. canonice, Ecclesia habeat titulum, & dicatur praescripsisse, quod non, ex quo titulus est nullus, vide per Ruin. conf. 155. & an tenens rem Ecclesiae tanquam suam, & non soluens canonem per 30. annos praescribit eam? Cast. conf. 214. vol. 2. Et quod praescribat tam pro praescripto, quam pro futuro tempore, Ruin. d. conf. 155. Et sic quantum ad utile dominium, vide per eundem conf. 167. n. 23. vbi dicit dari restitutionem in integrum. Emphyteuta quando praescribit, intelligitur etiam praescripsisse, vt non possit expelli ob non solutionem canonis Ruin. d. conf. 155. Et praescribit utile dominium, per solutionem 30. annorum, quod tamen limita, vt per eundem conf. 63. col. fin.

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA.

- 1 Emphyteuta cessans in solutione canonis per triennium, cadit ab emphyteusi.
- 2 Et quid si in contractu appositum fuerit iuramentum?
- 3 Et quid si sit res magni valoris, & pensio sit minima?
- 4 Et quid si pensio non erat minima, sed in parte tantum cessatum fuerit?
- 5 Et quid si emphyteuta non possidebat rem ipsam emphyteuticam?

- 6 Et quid si emphyteuta propter bellorum calamitatem nullos fructus percipere potuit?
- 7 Et an propter sterilitatem facienda sit remissio emphyteutae?
- 8 Et quid si in re emphyteutica contingat damnum chasmate, vel corrosione fluminis?
- 9 Et quid si emphyteuta ignorabat rem esse emphyteuticam?
- 10 Et an oblatio canonis sufficiat ad euitandam poenam caducitatis?
- 11 Et an solutio canonis facta per procuratorem prodest emphyteuta?
- 12 Et quid si in contractu emphyteusis fuerit propter cessationem appositam aliqua poena, an adhuc poterit propter cessationem expelli?
- 13 Et quid si emphyteuta plures heredes reliquerit, & vnus tantam cessauerit in solutione canonis, an tota res emphyteutae cadat in commissum?
- 14 Et an cessatio facta per patrem, noccat eius filiis vocatis in inuestitura?
- 15 Et an emphyteuta, qui canonem non soluit, possit purgare moram?

NOTISSIMA est conclusio quod emphyteuta tenetur soluere domino directo canonem, siue pensionem illi debitam, & promissam, alias si cessauerit in solutione canonis, cadit a toto iure, \* quod habet in ipsa re, sibi in emphyt. concessa, ita, quod utile dominium consolidatur cum directo, & sic applicatur ipsi domino directo: & intellige, quod non per simplicem cessationem vnus anni cadit ab emphyteusi, sed requiritur, quod cesset per triennium integrum, si sit emphyteuta priuati: si vero sit emphyteuta Ecclesiae, requiritur, quod cesset per biennium integrum. Et de hoc sunt tex. aperti in l. 2. C. de iure emphyt. in c. potuit, de locato, in quibus locis ordinarie tractatur hæc materia.

Et hoc quidem absq; dubio procedit, vbi in contractu ipso emphyteutico non est appositum iuramentum. Sed quid si contractus inuestiturae sit iuramento confirmatus, nunquid adhuc procedit conclusio, vt non incurrat caducitatem, nisi per triennium integrum cessauerit? Respon. Bal. in c. querelam, de iureiur. an. tenuit, quod statim, quod cessauerit per annum, efficitur periurus, & cadit a iure suo. Et hanc opin. dicit esse comunem Gul. de Bened. in repe. c. Raynutius. in verbo, Testamentum, el. 3. nu. 27. Gozad. conf. 57. post num. 19. vers. Non obstat allegata. Est magna decisio, maxime iis temporibus, in quibus Notarii in omnibus instrumentis inserunt iuramentum, & per simplicem tactum cuiuscunque scripturae illaqueant animas contrahentium, qui pro maiori parte nesciunt, quid illud importet; & propterea hæc opin. mihi nunquam placuit. Debet enim iuramentum semper intelligi secundum naturam contractus, super quo interponitur, non quidem vt ampliet eius naturam, sed vt confirmet, vt dixi infra lib. 7. §. iuramentum. Et ad hoc per tenentes comunem opinionem, non accommodatur, iudicio meo, aliquod concludens responsum: & certe si casus contingeret, (saluo lempet iudicio sanctae Ecclesiae) de facili inclinarem in contrariam sententiam, quae æquior est: & forte illam etiam sequeretur Senatus noster, qui semper innititur æquitati, & qui quotidie solet dispensare contra caducitates, pro vna vice tantum, tanquam introductas a metro rigore iuris.

Sed pone, quod quis habeat in emphyteusi rem  
 3 † magni valoris, puta scutorum mille, pro minima  
 annua pensione, puta vnus scuti, nunquid si cessauerit  
 per trienniū, incurreret pœnam caducitatis? Resp.  
 a quod sic. Ita allegatur tenere gl. in *Aurb. qui rem. in*  
*verbo, Repelli potest. C. de sacros. Eccles.* licet reuera arguat  
 pro & contra, & nihil determinet, imo potius videatur  
 residere in contraria opin. Sed quidquid sit, hanc  
 opinionem sequuntur omnes Doctores, vt dicit A-  
 postil. *ad dictā gloss.* Et dicit Bartol. *in d. Authen. qui rem.*  
*num. 5.* quod ita tenent omnes Doctores. Idem dicit  
 Ripa *in reple. l. fin. nu. 130. C. de reuoc. dona.* Hanc etiam o-  
 pin. dicit esse communem Dec. *in d. Authen. qui rem.*  
*nu. 3.* subdens, quod ita seruet consuetudo, quem re-  
 fert Afflic. *decis. 80. nu. 7. in fin.* Propterea in practica  
 non esset ab ea recedendum. Nam in constituenda  
 pensione, quæ soluitur ab emphyteuta, potius habe-  
 tur in consideratione recognitio directi domini,  
 quam emolumentum ipsius concedentis. Et ideo in  
 hoc proposito eadem ratio militat in parua pensio-  
 ne, quæ in magna, imo forte maior est contemptus in  
 modica summa, quam in maiore.

Hoc autem de plano procedit, quando (vt dixi)  
 pensio ipsa consistit solummodo in vno nummo. Sed  
 4 quid si pensio † consistebat in decem scutis, & per  
 triennium cessatum fuerit in solutione quatuor vel  
 quinque scutorum, nunquid dicendum est, quod cadat  
 à tota emphyteusi, an autem cadat tantum pro  
 rata eius in quo cessauit? Resp. *Spec. de locato. §. nunc ali-*  
*liqua. q. 29.* tenet, quod licet cessauerit tantū pro parte,  
 nihilominus cadat à toto. Et hanc opinionem dicit  
 esse magis communem Ias. *in l. 2. nu. 54. C. de iure em-*  
*phyt.* quem refert Apostil. *ad Rim. conf. 281. sub n. 5.* Imple-  
 met tamen Speculator *ibidem in seq. q. quæ est quæst. 30.*  
 videtur tenere totū contrarium, quod scilicet solummo-  
 do pro rata incidat in caducitatem, vt ponderat Ias.  
 in loco præallegato, dicens mirum esse, quod Specu-  
 lator ita festinauerit sibi contrarius. Ego tamen  
 aliquando dicebam ita posse distingui, vt illæ duæ  
 decisiones *Spec. ad concordiam* reducerentur. Aut  
 pensio erat vnus nummi, & cessans in illo nummo  
 non excusatur à caducitate, vt dictum est supra *vers.*  
*proximo.* & in istis terminis non loquitur Specul. nec  
 in 29. nec in 30. quæstion. Aut pensio erat maioris  
 summa; & tunc, aut emphyteuta cessat in parte, puta  
 dimidia, aut tertia, aut quarta parte; & si quidem ces-  
 sauit per errorem, vel paupertatem, excusatur non  
 solum pro parte, qua soluit, sed etiam pro toto. Aut  
 vero non apparet de paupertate, neque de errore: &  
 tunc cadit à toto, secundum opin. *Spec. in d. q. 29.* quæ  
 etiam est communis, vt superius dixi. Quam tamen  
 ego intelligo vt procedat, quando præstatur vni-  
 ca pensio super tota re, puta decem aurei super vna  
 domo, vel fundo, &c. Secus autem si pensio præsta-  
 retur ad ratam, puta pro quinquaginta perticis ter-  
 ræ, ad rationem solidorum decem, pro singula perti-  
 ca. Nam hoc casu inclinando in minorem partē, te-  
 neo, quod ex quo quælibet pertica habet quodam-  
 modo constitutam suā pensionem, non caderet em-  
 phyteuta, nisi pro illis perticis, pro quibus nō persol-  
 uisset pensionem, vt quis non puniatur, nisi eatenus  
 quatenus deliquit. Regulariter enim quis puniri non  
 debet, nisi in eo, in quo deliquit. *L. rescriptum. ff. de his*  
*quib. vt indig. & est communis regula, vt ait Ioan. Mo-*  
*nach. in c. 11. nu. 2. de hered. in 6.* Faciunt quæ dixi infra  
 hoc eod. lib. §. *seudum. q. 31. versic. Sed pone.* Aut vero em-

phyteuta cessauit in minimo, puta, quia si pensio e-  
 rat sex aut octo scutorum, cessauit in vno: & hoc casu  
 esset excusandus à caducitate pro rata, & in istis ter-  
 minis loqui videtur *Spec. in d. q. 30.* Ego tamen de fa-  
 cili inclinarem, quod excusaretur in totum, maxime  
 vbi non apparet illum cessasse, propter contuma-  
 ciam vel contemptum, quod in dubio præsumen-  
 dum non est. Et ita in facti contingentia iudicauit  
 Senatus in publica audientia, in causa cuiusdā Dio-  
 nyfii Gerenzani, qui ex ficto florentorum 16. cessa-  
 uerat in tribus libris Imperialium.

Sed quæro, quid si emphyteuta per illud tempus, q  
 quo in solutione cessauit, rem ipsam emphyteuti-  
 cam non possederit, nunquid hoc non attento ad-  
 huc incurrat eaducitatem? Resp. *Spec. in d. §. nunc ali-*  
*qua. versic. 82.* tenuit, quod sic. Tu tamen tene contra-  
 rium, non enim potest dici emphyteuta esse in ali-  
 qua culpa, ex quo rem ipsam non possidebat: & vbi  
 non est culpa, non debet imponi pœna. Et ita secun-  
 dum hanc opinionem, quæ etiam æquior est, & tu-  
 tior, consuluerunt Socin. iun. & Dec. *inter conf. Socin.*  
*iun. in 1. volum. conf. 70.* vbi multas recensent auctori-  
 tates, & *num. 16.* dicunt, quod cum tot tantique iuris  
 vertices ita firmauerint, nefas esse arbitrantur ab eo-  
 rum sententia recedere, quæ numero, & auctoritate  
 ipsorum consideratis communior, & verior dici po-  
 test. Quam tamen intellige, vt procedat, nisi emphy-  
 teuta fuisset in culpa, quo minus possessionem ipsius  
 rei emphyteuticæ adeptus esset: vel nisi postquam il-  
 lam possidere cœpisset, dolo desisset illam possidere.  
 His enim casibus non esset à caducitatis pœna excu-  
 sandus.

Sed quid si emphyteuta rem quidem possederit,  
 sed propter bellorum † calamitates nullos b fructus ex  
 ea percipere potuerit, nunquid tenebitur etiam ad  
 solutionem pensionis pro eo anno, quo nihil perce-  
 pit? Resp. quod non. Ita tenet Iac. de Arcin. quem se-  
 quitur Bart. *in l. 1. in fin. C. de iure emphyt.* & hæc est cō-  
 munis opinio Legistarum, vt dicit Abbas *in c. poruit.*  
*nu. 18. de loc.* Hanc etiam opin. dicit esse communem  
 Imol. *in d. c. poruit. nu. 42. & seqq.* quem refert Alexand.  
*in l. inter dum. §. quod ex naufragio. num. 5. & seqq. ff. de ac-*  
*quir. possess. Corn. conf. 181. colum. 15. in litera F. lib. 2.* Guar-  
 ner. *in d. l. 1.* quem refert Iason *ibi, post num. 91. versic. ad*  
*idem sexto. Ias. conf. 54. post nu. 2. vers. Non obstat vlt. lib. 1.*  
*Corf. in repertorio Abb. in verbo, emphyteuta.* Claud. *in*  
*d. §. quod ex naufragio, nu. 3. Sigismundus conf. feud. lib. 2.*  
*post num. 11.* Breuiter in hoc proposito, si quæramus,  
 an emphyteuta, qui tempore belli nullos potuit fru-  
 ctus percipere, excusetur à caducitate, si canonem  
 debitum nō persoluit, teneo, quod proculdubio ex-  
 cusetur, etiam si per mille annos, quibus propter bel-  
 lum nihil percepit, semper cessauerit. Ex quo enim  
 non percipit fructus, non potest proprie dici posse-  
 disse; merito excusandus est à pœna propter bel-  
 lum incurra, à qua regulariter quælibet causa colo-  
 rata, etiam iniusta, excusat, vt dixi infra *lib. 5. §. fin. q. 60.*  
*vers. Et generaliter.* Si vero quæramus, an excusetur à  
 solutione canonis, mihi placet opinio venerādi Col-  
 legii Mediolanensis, quam refert Cuman. *in d. §. quod*  
*ex naufragio.* vt scilicet distinguamus, an pensio sit ma-  
 gna, vel parua: Si est magna, teneo, quod excusetur;  
 si vero est parua, non excusatur. Et intelligo par-  
 uam pensionem illam, quæ præstatur potius in si-  
 gnum recognitionis directi domini, quam ad ratio-  
 nem fructuum, puta, quia si decima pars, vel minor,  
 eius

eius quod regulariter ex ipsa re emphyteutica percipitur. Et hæc opin. iudicio meo, est valde æqua, & in iudicando sequenda. Aduerte tamen, quia Doctores fere omnes in hac materia loquuntur, quando nihil profus percepit. Nam si emphyteuta aliquid etiam modicum percepisset, etiam si sit minus dimidia eius quod ipse soluit pro pensione; crederem non esse excusandum à solutione, bene posset à caducitate propter cessationem incurra excusari. Semper enim debemus, quantum possumus, inclinare in eam partem, vt caducitati locus non sit.

7 Sed nunquid propter sterilitatem † facienda est remissio emphyteutæ? Resp. quod non. Ita tenet *gl. in d. cap. potuit. in verbo, Expelli potuissent. de locato.* & ita communiter tenetur, vt ait *Ias. in l. 1. n. 18. C. de iure emphyt. quem refert Grat. conf. 128. num. 9. lib. 2.* Hanc etiam dicit esse communem sententiam *Abb. in cap. propter sterilitatem. numer. 3. de locat. quem refert & sequitur Bello. consil. 21. numer. 5. Natta consil. 49. numer. 12.* vbi dicit, quod hæc est communis sententia Scribentium in vtroque iure, à qua nullus discrepat, & *consil. 194. numer. 5.* dicit, quod ita omnes indistincte concludunt. Ratio autem differentie inter bellum & sterilitatem potest considerari; quia tempore sterilitatis emphyteuta non desinit possidere, colendo, & fructus ex re emphyteutica, licet modicos, percipiendo: secus autem, quando tempore belli non potest ad culturam bonorum, neque ad collectionem fructuum accedere. Est etiam intelligenda hæc conclusio, vt procedat, etiam si emphyteuta ex ipsa re nõ potuerit tantum percipere, quantum soluit pro pensione: neque etiam eius dimidium, nisi tamen pensio corresponderet fructibus, tunc enim cum emphyteusis fere in omnibus æquiparetur locationi, Index poterit arbitrari circa remissionem faciendã, iuxta ea quæ dixi infra *hoc cod. lib. §. locatio.* nisi tamen bona, tempore quo fuerunt concessa in emphyteusis, fuissent sterilia, vel inculta, nam hoc casu nunquam propter sterilitatem esset facienda remissio. Bene verum est, quod si annis sterilibus emphyteuta cessauerit à solutione, putarem illum ex ea causa excusandum à caducitate, vt in simili dixi supra *versicul. prox.* licet deinde posset per dominum directi compelli ad integram solutionem pensionis.

8 Quæro etiam, quid si in re emphyteutica contingat aliquod damnum, puta corrosione fluminis, vel chasinate, vel huiusmodi, nunquid emphyteuta excusabitur à solutione pensionis? Resp. si damnum sit tale, propter quod res funditus perierit, vtique excusatur, sed si damnum solummodo sit pro parte, non liberatur emphyteuta, neque in totum, neque etiam pro parte. Et hæc opin. est communior, vt dicit *Abb. in d. c. potuit. num. 16. de locato.* Et quod dummodo aliquid superlit de re emphyteutica, non liberetur emphyteuta, dicit communiter teneri *Ias. in d. l. 1. n. 77. C. de iure emphyt.* & solent de hoc decantari duo versus vulgatissimi:

*Si perit tota, non dolet emphyteuta,  
Sed si pro parte, nulla se liberat arte.*

Cum enim pensio, quæ soluitur pro re emphyteutica, soluatur potius in recognitionem directi domini, quod est indiuisibile, quam ad rationem bonorum: merito, licet pro parte res pereat, non debet emphyteuta liberari. In vno tamen casu ego ab hac opin. communi recederem, quando sc. duo concurrerent.

Primum, quod pensio corresponderet fructibus, vel quasi. Secundum, quod pensio ipsa esset constituta ad ratã bonorum, puta ad rationem solidorum decem pro singula pertica, vel huiusmodi. Nam hoc casu æquum esset, vt pensio detraheretur pro rata, sicut etiam pro rata fuisset constituta.

Prosequendo materiam conclusionis superius factæ, quod scilicet emphyteuta cessans à solutione canonis cadit à iure suo; Quæro, nunquid locum habeat, etiam si emphyteuta ignoraret † rem esse emphyteuticam, puta quia successisset in ius alterius, vel huiusmodi? Respond. quod sic, de iure iuris: sed de æquitate datur huic heredi ( etiam si sit maior 25. ann.) ex capite probabilis ignorantie, restitutio in integrum, aduersus canonem non solum, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, &c. Ita dicit *gl. in l. 2. in verbo, Legem. C. de iure emphyt.* quam sequuntur *commun. Dd. vt ait Dec. conf. 58 in fin. & ita communiter tenetur, vt dicit Imol. in d. c. potuit. num. 56.* Hanc etiam dicit esse communem opin. *Sal. in d. l. 2. numer. 25. Corn. consil. 165. in litera Q. & R. libr. 2. Ias. in d. l. 2. nu. 184. & in l. cum filius familias. §. in hac stipulatione. num. 7. ff. de verb. oblig. Socin. iun. consil. 70. numer. 23. lib. 1. & super hoc in practica non solet vlla fieri difficultas, nisi dominus directi velit probare scientiam. Hoc enim casu cessaret causa restitutionis in integrum, & consequenter ipsa restitutio. In dubio autem heres habet fundatam suam intentionem, quia scientia est quid facti, & non præsumitur, nisi probetur, vt dixi infra *lib. 7. §. præsumptio.**

Pone, quod emphyteuta non soluerit debitum canonem, sed accellerit ad dominum directi, & d illi obtulerit pecunias debitas, nunquid talis † oblatio sufficere ad euitandam pœnam caducitatis? Respond. quod sic. Ita tenet *gl. in dict. l. 2. in verbo, secundum legem.* & ita communiter tenetur, vt ait *Sal. in dict. l. 2. in final. verbis.* Hanc etiam dicit esse communem opin. *Socin. consil. 118. in vltimis verbis, lib. 4.* Quod intellige, vt procedat, modo talis oblatio fiat loco & tempore congruo, alias secus. Item intellige, quod talis oblatio sufficit, quo ad euitandam pœnam caducitatis, sed quoad hoc, vt emphyteuta consequatur plenariam liberationem, requiritur oblatio, consignatio, & depositio. Et ita se habet communis opin. vt dicit *Ias. in d. l. 2. num. 182.* Item intellige, quod talis oblatio fiat realiter, non autem verbis tantum, quia (vt dici solet) vbi opus est facti, verba non sufficiunt, licet *Socin. in loco præallegato* loquatur de verbalitantum obligatione, cuius opin. posset procedere, vbi dominus recusaret velle recipere: sed si dominus offerat se paratum recipere, mihi non placet quod propter huiusmodi verbalem oblationem, emphyteuta excusetur.

Sed quid si ipse quidem emphyteuta canonem non soluit, sed aliquis † eius procurator, nunquid ita talis solutio facta per procuratorem proderit ipsi emphyteutæ? Respond. quod sic, maxime si procurator fuit ad id constitutus. Et hæc est quasi omnium sententia, vt dicit *Corf. in repertorio Abbatis, in verbo, emphyteuta, col. 2. vers. Quinto, vbicunque.*

Vtiterius quæro; Pone, quod † in contractu emphyteutico apposita sit pœna propter cessationem solutionis canonis, nunquid si emphyteuta cessauerit, poterit non obstante tali appositione pœnæ expelli? Resp. quod sic. Ita tenet *gl. in d. l. 2. in verbo, repellere.* cum qua tenent omnes indifferenter, vt dicit *Ias. in*

*ead. l. 2. n. 139.* Quod tamen intellige secundum gl. ibi, non ut possit vtrunq; e facere, scilicet petere pœnam, & expellere, sed potest eligere illud quod magis ei placuerit.

13) Quæro, quid si emphyteuta plures heredes reliquerit, & vnus ipsorum soluerit partem suam canonis, vel pensionis, alius non, nunquid res emphyteutica cadit tota in commissum, an autem solummodo pro parte non soluentis? Respond. Hæc est sabbatina quæstio, vt dicit gl. in *l. communi diuidundo, in verbo, confunderetur. ff. comman. diuidun.* quæ in hoc articulo tenuit, quod omnes cadant à iure suo, & illam gl. sequuntur communiter Doctores, vt dicit Afflic. *decis. 153. num. 4.* Ripa in *l. 4. § Cato. num. 44. ff. de verb. oblig.* Cum enim prima obligatio esset in solidum in persona emphyteutæ; non potest mutari factò heredum, sed transit in omnes cum illa obligatione solidi. Reperio tamen Alber. in *d. l. communi diuid. in princip.* dicentem, quod imo communis opin. est in contrarium; & potest esse, quod secundum sua tempora verum dixit. Sed hodie proculdubio opin. gl. est magis communis, vt scilicet omnes cadant. Et licet videatur aliquantulum rigorosa, esset tamen seruanda in practica: alias enim de facili multæ emphyteuses ad nihilum reducerentur.

Sed hic quæro, aliquis accepit emphyteusin pro se, & filiis, & descendantibus. Modo vnus ex filiis ipsius recipientis cessauit in solutione canonis per triennium, ita quod res cecidit in commissum, & sic propter caducitatem applicata est pleno iure domino directo; Quæro nunquid hæc cessatio, & consequenter caducitas ea de causa incurfa, oberit eius descendantibus, vel agnatis vocatis ex tenore primæ inuestituræ? Respond. quod sic. Ita tenet Specul. *de locato. in d. §. nunc aliqua, quæst. 78.* & est communis opin. vt attestatur Ias. in *d. l. 2. num. 58. & seq.* quem refert Apostil. ad Rim. *conf. 381. sub n. 4.* & Ruin. *conf. 168. nu. 6. lib. 1.* Dominus enim, qui rem suam in emphyteusin concedit sub annuo canone videtur apponere solutionem canonis pro conditione, perinde ac si diceret, concedo si solueris; & ideo cessante conditione, res soluitur concessio. Mihi tamen (vt verum fatear) hæc opinio nunquam placuit, videtur enim iniquum, vt factum siue delictum, siue negligentia alicuius, præiudicet suis successoribus, in re, quæ ad eos peruenire debet, non ex factò, aut iure ipsius delinquentis, siue negligentis, sed ex pacto & prouidentia primi inuestiti. Non tamen propter hoc auderem in practica recedere à communi opin. dummodo talis cessatio nõ esset facta in fraudem descendentium, vel agnatorum, qui vocati essent ex tenore inuestituræ, nam hoc casu crederem illis (eueniente casu) succutendum esse per beneficium restitutionis in integrum. Et ita si casus contingeret, consulere & iudicarem.

15) Item quæro, nunquid emphyteuta, qui canonem non soluit, possit purgare moram? Respon. \*\* f quod secundum rigorem iuris ciuiliis non potest moram purgare; sed secundum dispositionem iuris canonici, quod maxime innititur æquitati, potest illam celeri satisfactione purgare. Et de hoc est text. expressus in *c. potuit, de locato, supra sepius allegato.* Quando autem dicatur purgare moram celeri satisfactione, varii varia dicunt; sed magis communiter Doctores concludunt, quod in hoc stetur iudicis arbitrio, vt attestatur Ripa in *l. si insulam. numer. 35. ff. de verb. oblig.* Hanc etiam dicit esse communem opinionem. Dec.

*consil. 139. post num. 7. vers. Ex quibus omnibus.* Hoc igitur casu maxime versabitur religio iudicare debentis; & in dubio antequam dominus declarauerit velle esse locum caducitati, iudex debet semper inclinare in sententiam, per quam caducitas ipsa cuitetur, tanto magis procedendo secundum æquitatem canonicam. Scias autem, quod dispositio *dict. cap. potuit.* procedit solummodo in emphyteutis Ecclesiæ, non autem in emphyteutis laicorum, & priuatorum; & ita communiter concluditur, vt dicit Ripa in *d. l. si insulam, paulo ante num. 38.* Si tamen esset iudicandum secundum æquitatem, & sola facti veritate inspecta, posset seruari dispositio *d. cap. potuit,* etiam in terris imperii & emphyteutis laicorum, quæ æquissima est, & ita illam seruat Senatus, omisso rigore iur. ciu.

## ADDITIONES.

a *Quod sic.*) Imo quod non, vide per Beninten. *decis. 6.* & scias quod onus probandi solutionem canonis incumbit Emphyteutæ, non domino; per Ias. *d. l. 2. num. 132. qui nu. 134.* dicit quod testes requirantur. Item feudi iure an priuatur colonus sicut emphyteuta, propter intermissam die præfixo census siue canonis solutionem? Item an ideo feudum cadat in commissum, an vero mora purgari possit? Et quid in feudatario? vide per Dec. *conf. 138. per tot.* pone emphyteuta fecit alium emphyteutam secundum, & neuter eorum soluit pensionem directo domino, quo remedio succurratur domino? vide per Ias. *d. l. 2. n. 130. qui num. 125.* ponit, an secundus emphyteuta volens alienare, debeat requirere consensum prioris domini, & sup. premi, an autem consensum domini immediati, & vide in *fr. § feudum. q. 32. vers. fin.*

b *Nullos fructus ex ea percipere possit.*) Item an emphyteuta remittatur pensio ob sterilitatem vel interitum partis: & quando ei sit facienda remissio? vide per Ias. in *d. l. 1. nu. 19. & 20. & 96.* de remissione autem vsus emphyteutæ non faciendæ, vide per Rimin. iun. *cius conf. 40.* & de remissione faciendæ ob aquarum inundationem, vide per eund. *conf. 49.*

c *Ex capite probabili ignorantia.*) Item quod recognoscens propter iustum impedimentum excusetur, ne iure suo priuatur ob non solutionem canonis; vide per Ias. *dict. l. qui per alios congruat. numer. 63.* & est commun. opin. vt attestatur Dec. *consil. 138. col. sum. fin. ex mente gloss. d. l. 2.* & an dominus possit inuitus cogi recipere solutionem? vide plene per Ias. *dict. l. 2. num. 64.*

d *Accesserit.*) Quid si dominus & emphyteuta sint diuersi fori: An emphyteuta teneatur (vt præsupponit auctor) portare canonem ad forum domini? An dominus teneatur mittere pro canone recipiendo? vide per Roland. *consil. 87. numer. 516. volum. 1.* post Ias. *d. l. 2. num. 93. qui num. 93. & 96.* ponit quando dicantur diuersi fori. Sed quid si emphyteuta promisit soluere domino in certo loco, & dominus mutauit habitationem, an teneatur portare ad domum, quam de nouo mutauit? vide *num. 94.* Quid si non iuerit ob tutum non accessum? quod excusetur, vide per Rol. *conf. 87. num. 22.*

e *Vtrumque facere.*) Faciant in simili tradita per Rom. *conf. 155. nu. 7.* & per Dec. in *conf. 380.* & quo ad pœnam appositam, videtur quod ob eam sit recessum à pœna caducitatis. Et ideo licet quis iuret soluere, non tamen incurrit pœnam caducitatis, vt habetur per gl. & Dd. in *cap. querelam, de iureiur.* propter enim pœnam specialem videtur recessum à generali. *l. sanctio ff. de pœn.* & per Ioan. And. in *cap. relatum ne cler. vel mo. a.* & Apostil. ad Bart. in *l. prator in pr. ff. de oper. no. nunciat.* Ias. tamen in *l. si quis maior C. de transf. numer. 12.* Alexand. *conf. 85.* quem seq. Ferr. *caut. 20.* dicit, quod in obligatione iurata caderet emphyteuta à iure suo, non obstante statuto de pœna disponente. Et idem tradit Cagn. in *d. l. si quis maior. nu. 51. & 52. cogita.*

f *Non potest.*) Adde & vide de hoc per Afflic. *decis. 174.* Hic not. vnum quod quis post moram potest actionem vendere. *l. que Roma §. coheres ubi legitur, & notatur. ff. de verb. oblig.* Item quod onus probandi solutionem canonis incumbat emphyteutæ, & non domino, dixi sup. *alleg. apostilla.* Item quod canonem non soluens ob iustum impedimentum, excusetur, ne priuatur iure suo, vide per Ias. *d. l. 2. n. 36.* & communem per Dec. in *conf. 138. col. sum. ex mente gl. d. l. 2.*

QVÆSTIO X

S V M M A R I A.

- 1 Dominus directi, qui post incurfam caducitatem recipit pensionem ab emphyteuta, an censeatur illi remisisse caducitatem?
- 2 Et an dominus, qui propter cessationem expulit emphyteutam, possit ab eo petere pensionem temporis præteriti?
- 3 Prælatus recipiens pensionem ab emphyteuta Ecclesie, an censeatur illi remisisse caducitatem?
- 4 Cui incumbat onus probandi, an emphyteuta dicenti se soluisse, an autem domino id neganti?

SEd hic occurrit alia quæstio; nunquid ꝑ dominus directi, qui post incurfam caducitatem recipit solutionem pensionis ab emphyteuta, censeatur illi remisisse caducitatem? Resp. in hoc articulo distinguendi sunt aliqui casus. Aut enim expresse constat de mente ipsius domini pensionem recipientis, quia scilicet in receptione canonis reseruauit sibi expresse ius caducitatis; vel protestatus est per hoc non remittere caducitatem, vel huiusmodi: & tunc proculdubio non censeatur remisisse caducitatem, stante eius expressa declaratione in contrarium. Ita tenet gl. in c. potuit, in d. gl. 3. locato. quam dicit esse communiter approbatam per Legistas & Canonistas Ias. in l. si post moram post num. 4. versic. Confirmo per illud ff. de eo quod certo loco, vbi tamen refert Abb. in d. l. 2. dicentem, quod ita communiter tenetur, Ita etiam tenere communiter Doctor. attestatur Corn. consil. 40. in litera I. lib. 4. hoc tamen intellige, vt procedat, quando dominus recipit pensionem solummodo temporis præteriti, scilicet elapsi ante incurfam caducitatem. Hoc enim casu prodest talis protestatio, quia stat simul, quod dominus prouideat sibi ꝑ præterito, recipiendo pensionem debitam, & reseruet etiam ius de futuro, propter caducitatem incurfam; secus autem, si recipiat pensionem etiam pro tempore futuro, id est, decurso post causatam caducitatem. Nam isto casu, licet protestetur se illam recipere saluo iure caducitatis, & c. censeatur tamen, non obstante protestatione, vel reseruacione, caducitatem ipsam remisisse. Ita concludunt communiter Doctores, quicquid dixerit Bart. in d. l. 2. n. 8. in fin. vt dicit Gigas de pens. q. 73. in fin. Hanc etiam opin. contra Bart. attestatur esse communem Ruin. consil. 110. num. 4. lib. 1. & consil. 151. nu. 12. eo. vol. Videtur enim incompatible quod recipiatur pensio pro tempore post caducitatem decurso, & quod saluum sit ius caducitatis; & sic, quod quis eodem tempore habeatur pro emphyteuta, & pro non emphyteuta. Vnde cum huiusmodi protestatio, siue reseruatio sit contraria facto, nihil releuat, iuxta ea que dixi infra lib. 7. §. Protestatio. Et ita superioribus annis reuocata fuit sententia cuiusdam Doctoris, qui iudicauerat contrarium, fretus auctoritate Bartol. in dict. l. 2. neque aduertit, quod in hoc Bartol. communiter reprobat, vt superius dixi. Aut vero sumus in dubio, quia scilicet dominus, sine aliqua protestatione vel reseruacione caducitatis pensionem ipsam recepit; & tunc siquidem recepit etiam pensionem temporis futuri, id est, decursi post caducitatem, res non habet difficultatem, quin censeatur remissa caducitas, vt in fortioribus terminis supra statim. Sin autem recepit pensionem temporis præteriti tantum, adhuc idem est dicendum, quod scilicet censeatur remisisse caducitatem. Et licet Bar.

\* Intellige non ipso iure, sed ita demum si dominus declaret velle se, quod res incidat in commissum, nam tunc statim absque aliqua sententia declaratoria iudicis ipso iure priuatur, secundum Bart. in l. 2. C. de iure emphyt. & ibi Ias. n. 10. & 12. dicit hanc communem opin. Alex. consil. 6. vol. 3.

\* In hac quæst. maxime in emphyteuta priuati magna est inter Dd. controuersia. Aliqui enim putant, quod absq; mora purgatione, ob cessationem solutionis canonis intra triennium res emphyteutica cedat in commissum, vt per Alex. consil. 101. vol. 3. & Mod. in l. 2. C. de iure emphyt. & hæc est communior opinio, secundum quam iudicatum in consil. Neapol. refert Afflict. decis. 174. num. 2.

QVÆSTIO IX.

S V M M A R I V M.

Emphyteuta qui cessauit in solutione canonis, an cadat ipso iure, vel requiratur sententia?

**S**VCESSIVE quæro, an ꝑ emphyteuta, qui cessauit in solutione canonis, cadat a ipso iure, an autem requiratur aliqua sententia, vel declaratio? Resp. Aut quæris an requiratur declaratio domini directi; & tunc stante regula; quod pœna caducitatis non habet locum nisi domino b volente, quam dicit esse communem Curt. iun. consil. 109. n. 11. & consil. 110. nu. 23. tenendum est, quod propter cessationem emphyteuta non cadit ipso iure ab emphyteusi, sed ita demum, si dominus directi declaret velle esse locum caducitati. Ita tenet Bart. in d. l. 2. nu. 2. C. de iure emphyt. quem sequuntur communiter Dd. vt dicit Paris. consil. 108. n. 33. lib. 1. Dicit etiam Caph. consil. ciuili. 25. numer. 2. quod ita concludunt communiter Scribentes, & dicit Curt. iun. consil. 149. post n. 3. versic. Cum igitur. quod in hoc omnes conueniunt. Hanc etiam dicit esse communem opin. Ias. in d. l. 2. nu. 10. Aut vero quæris, postquam dominus voluntatem suam declarauit, quod scilicet velit locum esse caducitati; nunquid requiratur sententia, aut declaratio iudicis, aut cadat ipso iure? & tenendum est, quod statim facta declaratione per dominum directi, cadat ipso iure, neque requiratur iudicis sententia, vel declaratio. Et ita communiter teneri attestatur Ant. de But. in d. c. potuit, quem refert Ias. in d. l. 2. n. 12. & seq. & Ruin. consil. 135. n. 6. lib. 1. & consil. 57. nu. 2. lib. 4. Corn. consil. 165. in litera X. lib. 2. Alex. consil. 6. post n. 22 lib. 3. Dec. consil. 146. n. 7. in fin. Cæpolla in d. consil. 25. n. 3. in fin. & num. 6. subdens, quod ita communiter obseruatur. Et licet in puncto iuris multa dici possent: non tamen esset in practica ab hac opin. quam communis Dd. sententia, & consuetudo approbauit, aliquo modo recedendum.

A D D I T I O N E S.

a Cadat. De caducitate autem non admittenda ob reuocationem non petitam, vide per Rim. iun. in consil. 22.

b Domino volente. Adde vt per Rolan. consil. 81. n. 7. vol. 3. & sic requiri declaratoriam dicit Natt. consil. 93. nu. 4. De inuestitura autem non petenda & caducitate vitanda, neq; incurfa, vide per Rim. iun. in consil. 17. Item quando ob defectum solutionis non dicatur quis cecidisse à iuribus suis: vide per eund. in consil. 94. De mora autem non purganda propter retardatam canonis solutionem, vide per Afflict. d. dec. 174. & per Cæsar. Orsil. in suis additionibus ad eund.

c Ipso iure. Aduerte hic, quod tamen Ecclesia possit possessionem accipere propria auctoritate, quando deuoluitur propter canonem non solum: tamen quando per alienationem vel generationem suam, deuolutionem Prælatus præterit, non potest possessionem accipere nisi præcedat declaratoria: ratio est; quia haud potest ita certa esse de alienatione illicita vel extinctione generationis, sicut de non solutione, per Afflict. dec. 97. Hieron. Gab. consil. 88. nu. fin. & an eo non citato possit dominus inuestire alium? vide per Alex. consil. 44. vol. 1.

Bart. in loco præallegato contrarium tenuerit, communis tamen opinio est contra Bart. vt dicit Gigas de pensio. quest. 73. num. 3. à qua non esset in practica recedendum, maxime quia æquior est, & humanior, & in hac quæstione caue à Salic. in d. l. num. 14. qui dicit, quod distinctio Iacob. de Aren. quam sequitur Bart. communiter approbatur, quia neque ipse fideliter refert verba Bart. neque (vt potes ex prædictis colligere) opin. Bart. nec sua communiter approbatur.

Quæro nunc, quid è conuerso, nunquid dominus directi, qui declarauit ꝑ caducitatem propter cessationem solutionis, & emphyteutam expulit, possit ab eo postea petere pensionem pro tempore præterito sibi debitam? Respond. in hoc etiam articulo Doctores varia scribunt. Tu vero dic, quod aut dominus expellendo emphyteutam expresse reseruauit sibi ius petendi pensionem pro annis cessatis; & hoc casu talis reseruatio siue protestatio vtique illi conferuat facultatem petendi ipsam pensionem; & hæc est communis opin. vt dicit Boer. decis. 309. numer. 5. in fin. Aut vero non est protestatus, & tunc expellendo emphyteutam ob canonem non solutum, non potest ab eo petere pensionem temporis præteriti, quidquid dicat Bartol. in d. l. 2. num. 8. contra quem in hoc etiam est communis opinio, vt dicit Gigas de pensio. quest. 75. post numer. 6. & hæc omnia nota in practica, quia propter varietates opinionum de facili quis decipi posset. Hæc tamè omnia intellige, vt procedant in emphyteuta priuati: sed in emphyteuti Ecclesiastica speciale est fauore Ecclesiæ, vt possit Ecclesia vtrunque consequi, scilicet pensionem exigere, & emphyteutam expellere, vt est tex. in Authent. qui rem. C. de sacros. Eccles.

Sed nunquid ea quæ dicta sunt ꝑ de emphyteutis laicorum, habent etiam locum in emphyteutis Ecclesiæ, vt scilicet si Prælati recipiat pensionem ab emphyteuta, qui per triennium cessauerat, & sic ceciderat à iure suo, præiudicet Ecclesiæ, ita vt censeatur remissa caducitas? Resp. hæc quæstio pendet ab alia, nunquid Prælati possit expresse remittere caducitatem emphyteutis Ecclesiæ. In quo quidem articulo Doctores ita distinguunt. Aut Ecclesia non est collegiata, & potest solus Prælati remittere caducitatem. Aut vero Ecclesia est collegiata, & non potest sine capitulo; & hæc est commun. opin. vt dicit Card. Alex. in c. 1. in princ. num. 17. de his qui feud. dar. pos. Dic ergo in hoc proposito eadem ratione, quod aut Ecclesia non est collegiata, & recipiendo pensionem præiudicat Ecclesiæ: aut est collegiata, & non potest sine capitulo illi præiudicare. Ita colligitur ex gloss. in d. c. potuit, in verbo, Expelli. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Alexan. conf. 5. numer. 19. libr. 5. Ruin. conf. 70. post num. 14. libr. 5. Et dicit Imol. in d. c. potuit, num. 34. circa fin. quod ita tenent communiter Dd. quem refert Alexan. conf. 105. num. 15. libr. 3. & Cæpolla consil. ciuili 48. post num. 3. & Dec. conf. 329. num. 3. Hanc etiam opin. dicit esse communem Ias. in d. l. 2. num. 130.

Sed pone dominus dicit emphyteutam cecidisse, quia per triennium non soluit, econtra vero emphyteuta dicit se soluisse; Quæro ꝑ cui incumbat onus probandi; Respond. quod dominus habet intentionem fundatam ex instrumento inuestitura; merito non ipsi, sed emphyteuta incumbit onus probandi. Ita tenet gloss. in d. l. 2. in verbo, repellere, ibi: item quis probabit. C. de iure emphyt. quæ in hoc communiter ap-

probatur, vt dicit Socin. iun. conf. 91. num. 13. libr. 2. Ita etiam tenere omnes Dd. attestatur Ias. in d. l. 2. numer. 132. & seq. quem refert Gigas de pensionibus. quest. 76. in fin.

## Q V Æ S T I O X I.

## S V M M A R I V M.

Dominus directi post declaratam caducitatem, an possit propria auctoritate ingredi rem emphyteutam.

Nunc videndum est, nunquid possit dominus directi ꝑ post declaratam caducitatem ingredi propria auctoritate rem emphyteutam? Illa est ardua quæstio, & in qua Dd. varie locuti sunt, adeo vt tot pene sententiæ, quot capita, vt dicit Ias. in dict. l. 2. numer. 100. & seq. C. de iur. emphyt. vbi omnes opin. recenset. Aliqui autem tenuerunt, quod dominus non possit post caducitatem propria auctoritate ingredi possessionem rei emphyteuticæ, & inde a expellere emphyteutam, nisi cum auctoritate Iudicis. \* Et hæc opinionem, quæ iudicio meo æquior est, & tutior, dicit esse communem Alber. in d. l. 2. colum. 1. versic. Ex hoc oritur, quem refert Ias. in loco præallegato, & illam seruat Parlamentum Delphinale, teste Guid. Papæ decis. 107. num. 1. Contrariam vero sententiam, quod scilicet possit dominus post caducitatem expellere emphyteutam propria auctoritate, tenuit gloss. in d. l. 2. in verbo, Repellere, in primis verbis. Et hanc opin. dicit esse communem Alexan. consil. 117. num. 11. libr. 4. Corn. consil. 271. in litera B. lib. 3. Dec. conf. 146. numer. 7. Sigismun. consil. feud. 37. post num. 3. & sic (vt vides) hæc opin. gloss. præculdubio est communior. Quæ quidem factis de plano procedit, quando emphyteuta ipsi domino propria auctoritate ingredi, & illum expellere volenti, non resistit, licet tam gloss. supra allegata, quam multi ex Dd. qui illam sequuntur, indistincte loquantur. Sed quid si resistat? Resp. si quidem verbis tantum resistat, adhuc dicendum est, quod potest dominus illum expellere. Et hanc esse magis communem opin. attestatur Corn. conf. 193. in litera C. lib. 3. Si vero factis resistat, crederem non licere domino illum propria auctoritate expellere, & hæc opin. tanquam æquior & tutior, & quæ minus scandalis viam aperit, tenenda esset in practica: & nisi esset multitudo, & auctoritas Doctorum tenentium opin. gloss. mihi indistincte placeret contraria opin. quod scilicet nullo casu liceat domino expellere emphyteutam propria auctoritate: & ita semper consulere amicis, & reuera omnes etiam tenentes opin. gloss. & etiam ipsamet gloss. latentur tutius & melius esse id facere Iudicis auctoritate.

## A D D I T I O N E S.

a Expellere emphyteutam.) Adde & vide de ista q. per Soc. in conf. 167. sub nu. 14. & 15. qui nu. 6. ponit quæstionem, quando Emphyteuta interuertit possessionem, quia incepisset nomine proprio possidere, quid iuris?

b Propria auctoritate.) Item quod dominus possit propria auctoritate expellere, quæ deo rem emphyteutam alienauit sine eius consensu, vide per Crauet. consil. 18. numer. 7. qui hoc verum sine dubio esse dicit, quando domino ita expellenti solum sit resistencia verbis, & cessat timor scandalis: & citat etiam alios concordantes, de quibus ibid. Item limita verum respectu ipsius vasalli vel heredum suorum: At secus respectu extranei possessoris, vide per Boss. de princ. numer. 296. 297. 298.

\* Adde & parte vocata & audita, pro quo facit c. licet episcopus cum gl. in ver. vocato. de preben. lib. 6. alias restitueretur tanquam spoliatus in sua pristina possessione Emphyteutis, moram enim potest purgare Emphyteuta, vt habetur in d. c. potuit. de locat. pro quo vide Guid. Pap. q. 12. n. 1.

QVÆSTIO XII.

SVMARIA.

- 1 Quo tempore anni emphyteuta debeat soluere canonem domino directi?
- 2 Et quid si velit pro pluribus annis futuris soluere, an teneatur dominus acceperet?

**P**RO complemento huius materiæ, quæro quo tempore anni teneatur † Emphyteuta soluere debitum a canonem domino directi? Respon. quod quidquid sit de iure consuetudo seruat, \* quod in fine anni soluatur integra pensio, vt attestatur Guarn. de Castell. in d. l. 2, quem refert Ias. in ead. l. 2. n. 180. & ita quotidie videmus obseruari.

**S**ed pone, quod Emphyteuta velit † soluere domino canonem seu pensionem pro tribus aut quatuor annis futuris, nunquid cogetur dominus illam recipere, etiam si nolit, vel ipso recusante, nunquid poterit Emphyteuta illam deponere, & sic erit liberatus? Resp. quod non. Ita tenet Specul. in §. nunc aliqua supra sapius allegato. q. 42. & seq. & est communis opinio, vt attestatur Alex. in l. stipulatio ista. §. inter certam, quem legit cum §. si quis dolum. post num. 5. ff. de verb. obligat. quem refert Dec. in l. cum tempus. num. 8. ff. de reg. iur. Aretin. in l. qui Roma. in princ. ff. de verb. oblig. Ias. in l. 2. n. 66. & seq. C. de iur. emphyt. Potest enim dominus directi dicere, sua interesse pecunias suis temporibus recipere. Nam (vt experientia docet) pecunia facile è manibus dilabitur. Et hæc conclusio multo magis locum haberet, si pensio non in pecunia deberetur, sed in fructibus, qui possent cursu temporis deteriorari.

ADDITIONES.

**a** Soluere debitum canonem. De canonis solutione vide aliqua notatu digna sup. in addit. ad quæst. 8. sub litera D. Et hic adde, quod remedium restitutorium haud competit emphyteutæ, quâdo cecidit à possessione ex eo, quia canonem haud soluit; per Socin. in l. rem qua nobis. q. 2. vers. ex quo. Alex. consil. 6. nu. 10. lib. 3. Afflic. decis. 397. numer. 27. Cæphal. consil. 272. numer. 68.

\* De consuetudine generali totius regni Franciæ omnes census seu pensiones dominorum soluntur in Martio, in die Annunciationis Beatæ Mariæ virginis, vt attestatur Chassan. in consuetud. Burgund. in tit. des cens. §. 1. in princ.

QVÆSTIO XIII.

SVMARIA.

- 1 Emphyteuta an possit alienare rem emphyteuticam?
- 2 Et an eam alienando cadat ipso iure, an autem requiratur sententia?
- 3 Et an ex ipsa alienatione incurrat caducitatem, etiam si non sit secuta traditio?
- 4 Et quid si in contractu apposita sit clausula constituti?
- 5 Et quid si in alienatione protestetur, quod ipsam alienationem facit saluo & reseruato consensu domini?
- 6 Et quid si post alienationem, & traditionem illam reciperet?
- 7 Et quid in emphyteusi concessa pro se, & quibus dederit?
- 8 Et quid si in inuefitur a prob. beatur alienari maioribus?
- 9 Et quid si conuentum fuerit, quod liceat emphyteuta illam rem vendere?
- 10 Et an emphyteuta alienans partem rei emphyteutica, cadat à tota emphyteusi?

**Q**UÆRO, nunquid emphyteuta † possit alienare rem emphyteuticam? Resp. de hoc habemus text. expressum in l. fin. C. de iur. emphyt. quod non potest illam alienare irrequisito a domino, alias cadit à

iure suo, vt ibi. & est communis regula, vt dicit Socin. iun. consil. 70. n. 14. lib. 3.

Adde, quod emphyteuta alienans † rem emphyteuticam contra formam d. l. fin. cadit ipso iure nec aliqua sententia requiritur. Ita tenet gl. in d. l. fin. in verbo, Cadat, circa princ. quam dicit Ant. de Butr. consil. 22. nu. 1. à nemine esse reprobata, & quod non reperit illam per aliquem esse in dubium reuocatam: quem refert & seq. Ias. in dict. l. fin. n. 103. & seq.

Sed nunquid, ad hoc vt † emphyteuta cadat ab emphyteusi, sufficit, quod celebratus sit contractus alienationis, etiam si secuta non sit traditio? Respon. quod non, sed requiritur, quod post ipsam alienationem subsecuta sit traditio ipsius rei emphyteuticæ. Ita dicit Specul. in d. §. nunc aliqua, vers. 95. & ita communiter tenetur, vt dicit Imol. in d. c. potuit, nu. 49. in fin. de locato. Hanc etiam opinio. dicit esse communem Alex. in l. si à me, post n. 4. vers. secundo limitari. ff. ad leg. Falc. Ias. in d. leg. fin. n. 132. Curt. ten. consil. 8. n. 10. Marf. sing. 412. plures sunt, & dicit Tiraquel. de retract. municip. §. 1. in gl. 2. n. 43. quod hanc opin. tenet vniuersa prope cohors Scribentium. Nam ante traditionem non dicitur alienatio perfecta, neque consummata; ideo alienans non debet ex ea pœnam pati. Faciunt quæ dixi infra hoc eo. lib. §. feudum, q. 31. vers. Sed nunquid.

Sed quid si nō interuenerit vera quidem & actualis traditio, sed tamen in contractu alienationis † appositam sit clausula constituti, vel precarii, nunquid talis ficta traditio possessionis, quæ fit per constitutum, sufficiet ad hoc vt emphyteuta priuetur iure suo? Resp. quod sic. Ita tenet Paul. de Cast. in l. 1. §. si rem, n. 2. ff. de positi, & est communis opin. vt dicit Tiraquel. de constituto, in 26. limit. n. 1. & 6. Non enim potest negari, quin per constitutum vera possessio trāsferatur, licet modus transferendi sit fictus. Bene verum est (vt dixi in dict. §. feudum, q. 31. vers. Sed quid si non.) quod licet hæc opin. de rigore iuris sit verior: contraria tamen opin. quod requiratur actualis traditio, est æquior, & ideo teneri posset in iudicando, maxime si esset iudicandum sola facti veritate inspecta. Et ita seruatur in curia Delphin. vt attestatur Guido Papæ dec. 101.

Item quæro, quid si emphyteuta in † ipsa alienatione protestetur, quod ipsam alienationem facit, saluo & reseruato consensu domini, vel saluo iure directi domini, nunquid talis protestatio illum exsabit, vt non cadat ab emphyteusi? Resp. quod non. **b** \* Et est communis opin. vt dicit Ias. in 2. lectu. Rubrica ff. solut. matr. num. 25. Dec. consil. 160. post num. 4. vers. sic. Præterea dato. quem refert & sequitur Ripa in cap. cum M. Ferrarien. num. 80. de constit. Est enim talis protestatio contraria facto, & ideo non releuat, iuxta ea, quæ dixi infra libro 7. §. protestatio. Bene verum est, quod si protestetur se alienare, saluo & reseruato consensu domini, & non aliter, neque alio modo; talis protestatio verbis geminatis concepta operatur, quod emphyteuta propter alienationem ipsam non cadat ab emphyteusi, etiam si secuta est actualis & vera traditio. Ita tenet Baldus loquens in vasallo, in cap. 1. §. fin. num. 5. in fin. quæ fuit prima causa benef. amitt. quem etiam in emphyteuta sequuntur communiter Canon. vt dicit Ripa lib. 3. respons. c. 1. num. 3. & hanc restrictionem dicit esse communem Ripa in dict. c. cum M. post num. 80. vers. Secundo intelligo. vt dixi in dict. quæstion. 31. Item quæro, & hanc etiam ego sequor, licet forte dici posset, quod emphyteuta alienando, & tradendo rem

do rem emphyteuticam domino irrequisito, dupliciter dominum offendit, scilicet ratione cōtemptus, & ratione præiudicii. Vnde licet illæ clausulæ videantur tollere contemptum: non tamē tollunt præiudicium, quod sequitur ex traditione, nihilominus non recederem in iudicando à communi opin. præsertim vbi res tradita esset facilis recuperationis: sed si d' esset d' facta alienatio in personam potentiorē, vel de re difficilis recuperationis, puta castro, vel huiusmodi, forte magis placeret contraria opin. quod scilicet etiam non obstante huiusmodi geminata protestatione, caderet ab emphyteusi.

6 Sed quid si emphyteuta post ꝑ alienationem, & traditionem recuperet ipsam rem emphyteuticam, nunquid propterea euitabit pœnam priuationis? Resp. quod e non. Ita dicit Bart. in l. sequitur. §. item Labeo, in fin. ff. de vsucap. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Roman. in dict. §. item Labeo. Ripa in l. cum bona. post n. 20. de priuileg. credit. Ita etiam communiter teneri affirmat Imola in d. §. item Labeo. circa fin. Et dicit Alex. in leg. si à me. n. 3. ff. ad leg. Falcid. quod ita communiter concluditur. Idem etiam dicit Alex. in leg. si insulam. numer. 40. ff. de verb. obligat. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. in dict. cap. potuit, numer. 48. in fin. de locato. quem refert Guido Papæ conf. 192. n. 1. & Grat. conf. 133. num. 2. lib. 2. Dec. conf. 161. numer. 6. Ial. in d. l. fin. n. 135. Cod. de iure emphyt. quem refert Soc. iun. conf. 20. n. 38. lib. 1. Ripa in l. in quartam, n. 55. ff. ad leg. Falcid. Ex quo enim propter alienationem emphyteuta ipso iure cadit ab emphyteusi, non potest illud ius domino quæsitum ab eo sine eius facto auelli. Faciunt quæ dixi in dict. quæstion. 31. versicul. Sed quid si v. a fallus.

7 Vterius quæro, quid si ꝑ emphyteusis sit concessa alicui pro se, & quibus dederit, nunquid poterit emphyteuta illam alienare domino irrequisito? Respond. quod sic. Ita tenet Alber. in d. l. fin. colum. 2. vers. Sed nunquid hæc lex. C. de iure emphyt. & est communis opin. vt ait Dec. conf. 164. post n. 3. vers. Secundo respondetur. Videtur enim ex illis verbis dominus vsq; à principio concessisse, vt sine vteriori requisitione posset emphyteusis ipsa in quemcunque alienari. Vide quæ dixi in d. q. 31. vers. Vterius quæro.

8 Sed quæro, quid si in inuestitura ꝑ dominus non prohibeat emphyteusim alienari minoribus vel æqualibus, sed tantum maioribus, &c. nunquid per huiusmodi exceptionem personarum, censetur cōcessa licentia alienandi in minores, vel æquales, ita quod tempore alienationis alia specialis licentia non requiratur? Resp. Ruin. conf. 213. nu. 6. lib. 1. refert Alex. in quodam consil. tenere, quod stante hoc pacto possit emphyteuta alienare domino irrequisito, & dicit, quod hæc opin. est verior, & communior. Ego tamē credo Ruin. in hoc decipi, & sic quod ista opinio non sit magis communis, nec vera. Cum enim hoc pactū communiter apponi solitum sit in fauorem domini directi, non debet operari in eius præiudicium, & sic tutius esset tenere, quod non obstante huiusmodi pacto, teneatur emphyteuta in alienatione per eum facienda requirere consensum domini directi: sed pro nunc nihil determino.

9 Sed pone, quod in ipsa inuestitura ꝑ siue concessione emphyteusis conuētum sit, quod liceat emphyteuta vendere rem emphyteuticam, nunquid poterit hoc casu illam vendere etiam domino non requisito? Respon. quod sic, & est communis opin. vt

dicit præstantissimus Legum interpretēs, & mihi vt pater honorandus D. Hier. Tornel. in Rub. de verb. obl. n. 356. alias enim illa clausula nihil operaretur. Nam certum erat, quod domino requisito potest emphyteuta vendere rem emphyteuticam. Et licet Specul. in d. §. nunc aliqua. vers. 84. tenuerit quod adhuc in isto casu requiritur consensus domini; tamen illa decisio Spec. communiter reprobatur, vt ait Ial. in d. l. fin. nu. 6. circa finem.

Non omittam etiam vnum, super quo superioribus diebus fui interrogatus, an scilicet Emphyteuta alienans ꝑ partem rei emphyteuticæ cadat à tota emphyteusi, an autem solummodo à parte alienata? Certe ego non inueni hactenus aliquem Doctorem attestantem in hac quæstione, quæ sit magis communis opin. Tamen enumerando auctoritates, proculdubio communior opin. est, quod cadit tantum à parte alienata, quæ etiam æquior est, & secundum f' illam iudicauit consilium Neapolitanum, vt per Gramm. dec. 49. Vide quæ dixi in d. §. feudum. q. 31. vers. Sed pone, & supra hoc eod. §. q. 8. vers. Hoc autem.

#### ADDITIONES.

a Alienare irrequisito domino.) Adde quod ob duas causas alienatio est prohibita sine domini consensu: de quibus vide per Gabriel. Eugubin. conf. 184. sub num. 9. Et quæ requirantur in denunciatione? vide per Ial. in cap. fin. in 2. not. colum. 4. Et si dominus requisitus dicat se nolle emere, non est vltior expectandus, sed statim recognoscens potest vendere. Si autem dicat, volo deliberare, expectandus est per duos menses. Ita per Spe. tit. de empt. quæst. 100. & seq. Ad idem per Duen. reg. 39. 10. amplia. Tiraq. reg. cessante causa. num. 80. Rom. conf. 25. numer. 4. Bart. l. qua Roma. §. coheres ff. de verb. obligat. Item alienare hic scias, quod si dominus cōcessit emphyteuta facultatem alienandi distrahendique emphyteusim, quod non tamen nouus emphyteuta dicitur liberatus à munere suscipiendi inuestituram, & soluendi laudemium. Ita per Soc. iun. in allegato conf. 70. num. 11. & 12. quem reulit etiam & sequitur Menoch. in conf. 297. num. 27. casus vero in quibus emphyteuta irrequisito domino potest alienare, vide in Aditio. ad decisio. Afflic. 97. Item poterit alienare sine licentia domini, si fuerit adiectum pactum quod possit alienare, aut fuerint apposita illa verba, & quibus dederis aut concedere volueris: nam tunc taliter res concessa libere potest vendi sine alia licentia, text. Bald. & Angel. in l. cum essent §. per plurimum ff. de ser. rustic. prædior. & tradit Mar. Anguil. conf. 82. n. 25. qui comprobatur ex pluribus, vide per eum. Et 19. fallentias posui in Apostil. mea. ad stat. Fer. tit. de vsu. & reb. ab alio recognitis, & multas fallentias ac declarationes siue extensiones posuit Ial. dict. l. fin. per tot. & per Specul. tit. de iure emphytut. Vbi plene.

b Quod non.) Et de hoc magis communis opin. vide etiam per Rol. in conf. 50. n. 28. vol. 2. atque in collect. mea commu. opin. in verb. Emph. n. 12.

c Et non aliter neque alio modo.) Adde ad idem atque vide per Felin. plene in c. qua in Ecclesiarum. post nu. 85. vers. saluatur, de constitutio. per Ial. d. l. fin. post n. 142. in vers. sed si adiciat, & in repetit. rubr. ff. solui. maior. nu. 26. per gl. magistratam, & Bartol. in l. siquidem. C. de except. vbi de effectu horum verborum Gram. dec. 49. n. 3. vide per Rol. conf. 51. n. 30. vol. 2. qui fufius alios concordantes aduocat.

d Sed si.) Ista est doctrina d. Feli. & Gram. vbi supra.

e Quod non.) De ista communi etiam dixi in collecta mea communium opinion. verbo, emphyteuta. num. 10. & nu. 11. limitauit locum non habere, si recuperatio facta sit ante traditam possessionem. Item emphyteuta potest dare in solutum ex causa necessaria rem emphyteuticam irrequisito domino, per Afflic. decis. 191. Verum an possit locare? vide per Alexan. in consil. 113. volum. 4. & infra quæst. 19. vbi est locus suus. Item Emphyteusis an dari possit in solutum sine domini consensu? vide per Tiraquel. de retract. municip. §. 1. gloss. 7. numer. 48. 49. Afflic. in decis. 191. Fallit, si emphyteuta prohibitus esset ex pacto obligare rem per Rip. in l. 1. numer. 13. ff. de pigno. & Hipp. item commoditas & melioramenta dari possunt in solutum, Ruin. in consilio 176. verum hoc fallit mortuo

tuo emphyteuta: vide per Castren. *consil.* 218. *pramittendum est, libro 2.*  
*f. Tamen à parte alienata.*) Adde atque communem vide per Martin. Anguis. *in consil.* 67. *in princip.* & fusius per Tiraquel. *de retract. municip.* §. 23. *gloss.* 1. *numer.* 28. 29. per Cæphal. *in consilio* 138. qui alios retulit, & causas reassumit, quanquam in contrarium consulat. Emphyteusis alienatio quando sit irrequisito domino, quare emphyteuta priuatur ipso iure? Bald. *titul. de prohib. feud. aliena. per Feder. in §. callidus, & ibid.* Aluaro. *col.* 2. *in c. Imperiales.* Ias. *in leg.* 2. *vol.* 5. *c. de iure emphyte.* Adde tamen quod sententia requiritur nec potest dominus expellere propria auctoritate, nec de facto spoliari, vt per Afflic. *dec.* 87. qui subdit sic fuisse notatum & iudicatum. Et de declaratione domini, vide Castr. *consil.* 69. *in casu presenti, vol.* 2. Emphyteusis, quæ fuit alienata, & redempta virtute pacti de retrouendēdo, an emphyteuta tunc sit excusatus à pœna caducitatis, quod non, vltra sup. deducta adde & vide per Tiraq. *de retract. munic.* §. 20. *num.* 2. & Dec. & eius Apostil. *in consil.* 160. *col.* fin. vbi habes Dd. concordantes. Et istud procederet etiam si res fuerit vendita cum pacto de reuendendo, vide per Tiraq. *vbi supra numer.* 3. qui tamen *sub n.* 4. *§. 5.* plene probat limitando haud istud procedere, si humilmodi pactum reuendendi esset appositum in ipso contractu venditionis, & vi illius recuperetur: quoniam tunc non cōfenda esset noua acquisitio, neque ex causa noua facta, sed rediret in suam propriam naturam, nec diceretur res trāsata in priorem venditorem, sed illi reddita, & etiam ex multis iuribus similibus a rationibus auctoritatibusque comprobatur: quæ de industria omitto, ex quo facile inspicit solent. Emphyteusis si fuit alienata, an excuset emphyteutam, si dicat se ignorasse dominum resignasse: & per consequens beneficium, cui soluebat canonem, alteri vnium fuisse: vide per Dec. *in consil.* 160. *num.* 5. *in 3. dub.* vbi quod non tenet. Emphyteusis an alienari possit, si dominus dedit licentiam emphyteutæ alienandi: vide Castr. *consil.* 326. *circa primum notandum est.* *vol.* 2. Ruin. *consil.* 81. *§. 213.* *vol.* 1. Emphyteuticum ius si fuit venditum alicui de consensu domini sub aliqua cōditione nōdum impleta: An mortuo emphyteuta extinguitur etiam quo ad ipsum emptorem? vide per Castren. *cod. consil.* 326. Emphyteusis si sit vendita cum clausula, saluo iure domini, an talis clausula aliquid operetur? præter sup. dicta vide Fulg. *consil.* 2. Dec. *consil.* 163. *num.* 4. 460. *num.* 5. Aret. *consil.* 35. *viso themate.* Anch. *consil.* *ultimo. col.* fin. vbi tenet quod sic: si dominus potuit habere scientiam, & vide Curt. *sen. in consilio quod incipit, viso instrumento.* Quid si cum clausula, saluo iure domini & non aliter nec alio modo? dixi sup. addeque Abb. *in c. fin. ad fin. de feud.* Alex. tamen *consil.* 3. *sub numer.* 4. non ponit pro constanti dictum Bald. ad quod omnes confugiunt, *in c. 1. §. denique sub num.* 5. quæ fuit prima causa feud. amit. quoniam Bald. ibi loquitur in protestatione facta circa actum pœnalē, qui haud potest per contrariam protestationem euitari. Fel. tamen & Gram. sequuti sunt Bald. vide *supra.* Emphyteusis si sit alienata consentiente domino cum hoc, si ipse emphyteuta haberet victoriam causæ de re emphyteutica, quam litigabat, & vnam reportauit sententiā pro se, & mortuus est, emptor potest prosequi ius suum in causa, nec potest expelli neque priuari à non directo re emphyteutica. Castr. *d. consil.* 236. Emphyteusis si potest alienari de consensu domini, An intelligatur reseruata solemnitate quod dominus requiratur? vide per Tiraq. *in rep. l. si vnquam. C. de reuocand. dona. fol.* 20. vbi & etiam Emphyteusi alienata, non eadit emphyteuta, si statim teuerfa sit, quod est notandum ad ea quæ sup. dixi. Emphyteusi alienata, potest dominus propria auctoritate ingredi possessionem: vide per Crau. *consil.* 302. In contrarium, quod imo citari debeat possessor ipsius rei, vide Fulg. *consil.* 2. *col.* fin. Afflic. *dec.* 97. Emphyteusi alienata non tradita, emphyteuta haud cadit, per Tiraq. *de retract. munic.* §. 1. *gl.* 2. *n.* 23. *§. 44.* Similiter emphyteuta haud cadit ob venditionem inualidam, vel simulatam, per eund. *ibid.* *n.* 5. *§. 6.* *§. 13.* quem tamen de simulatione vide *n.* 14. Idem si res vendita sub conditione, per Tiraq. *ibid.* *num.* 23. fallit tamen si sit processum ad rei traditionem: per eund. *ibid.* *supra nu.* 32. Cæphal. *consil.* 223. *n.* 38. Emphyteusis si fuit alienata per heredem, vel alium qui nō habet scientiam rei emphyteuta non cadit. Dec. *in consil.* 328. *sub nu.* 6. vbi late, Corn. *in consil.* 67. & in subscriptione, *vol.* 2. Emphyteusis non potest etiam alienari à secundo emphyteuta, irrequisito domino, per Dec. *in consil.* 160. *col.* 2. Tu vide Francisc. Aret. *limitantem consil.* 41. diligenter, & mature. item vide Ruin. *consil.* 141. Emphyteusis quando alienatur, sufficit ficta traditio facta per alienantem, Fulg. *consil.* 2. vide Tiraq. *in tract. de iure*

*constit. possess.* 26. *limit.* Emphyteusis vbi alienatur, consensus domini præsumitur interuenisse propter temporis diuturnitatem, Tiraquel. *de legibus connub.* fol. 164. Ias. *in leg. qui aliena. numer.* 48. *ff. de acquir. poss.* & per Crauet. *tract. de antiq. tempor. in 3. part. sectio. vidimus, & supra in princ.* Emphyteusis alienari potest, quando in alienatione adesset clausula, cui & quibus dedit. Ias. *in l.* 2. *§. 3. col.* 2. *c. de iure emphyteut.* *§. dixi etiam sub 1. Apostill.* Emphyteusis si fuit per patrem alienata, filii possunt eam reuocare, etiam si sint heredes patris Socin. *consil.* 59. *col.* 2. *fac. Alexand. consil.* 187. *vers. in hoc duo. lib.* 2. verum aduerte, quia Alexan. ibi non se firmat: & veritas est, quod vbi titulo oneroso alienatur ius emphyteuticum, cum titulo lucratiuo alienata apprehendendo ex iudiciis, quod alienans voluit illud post vitam etiam alienantis donare, & pro tali alienatione, quod vtroque casu censetur tota res emphyteutica, & non ius suum tantum alienatum. Si vero titulo lucratiuo tantum sit alienatio, ius suum tantum censetur alienare. vide Bald. *consil.* 465. *§. 220.* quod de consensu. *vol.* 5. *Dd. in l. vxor patris. C. de legat. in l. quod in rem. §. 1. & in l. si domus. §. fin. maxime Ias. vob. tit.* Adhibe tamen in alienatione tituli onerosi distinctionem, nunquid alienatio fiat scienti vel ignorantis: vide Roland. *in leg. usufructus. col.* fin. *solue. matrimon.* Socin. *consil.* 25. *numer.* 11. vide omnino Corn. *consil.* 74. *in fin. §. 175. col.* 11. 199. *col.* 18. *vol.* 2. Bald. *consil.* 465. *heredi libro 5. Alexand. consil.* 106. *vol.* 4. *Deci.* 339. *col.* 4. semper vide per Ruin. *consil.* 48. *col.* 4. Quid si emphyteusis fuisset concessa contemplatione patris? Dic idem. Ruin. *consil.* 42. Item quid si pater alienasset, & promisisset pro facto suo tantum? dic idem per Riminal. *vbi supra numer.* 17. Emphyteusis alienata statim reuertitur ad dominum etiam absque sententia, & alteri concedi potest. Castren. *consil.* 69. In casu præsentis puto sic dicendum, *vol.* 2. Crauet. *consil.* 18. *numer.* 7. *§. consil.* 302. vide tamen Fulg. *consil.* 2. In hoc tamen casu expelli haud potest nisi facta declaratione, & sequuta sententia, Castren. *vbi supra,* Alexand. *consil.* 87. *vol.* 7. & per Afflic. *decis.* 97. Scias tamen quod ista declaratio domini non habet locum in aliis casibus, in quibus emphyteuta cadit: præterquam in casu non solutionis: quia absque declaratione dicitur cecidisse, per Ruin. *dict. consil.* 42. *numer.* 14. Qui etiam tenet, quod non facta declaratione nō transit dominium in emptorem, Emphyteusis si fuit vendita à muliere sine consensu viri, stante statuto, quod non possit contrahere sine eius consensu: an cadat ab ea? vide per Tiraq. *de leg. connub.* fol. 162. Emphyteusis si fuit alienata præsentente domino, & non contradicente, an valeat alienatio? vide per Tiraquel. *de retracta. municip. ad §. 1. gloss.* 9. *numer.* 152. Emphyteusis si est pluriimum dominorum & emphyteuta vendat cum consensu eorum vno excepto, An ille possit partem suam retrahere, & alii condomini possint illum impedire, vti iure retentionis? vide per eundem. §. 23. *gloss.* 2. *sub numer.* 5. Emphyteusis si fuit alienata inuito domino, atque postea redempta, per hoc dominus non habet ius recuperandi, vide per Tiraquel. *cod. tractat.* §. 19. *numer.* 3. Emphyteusis quando fuit vendita irrequisito domino, licet vnus ex heredibus domini possit pro parte sua reuocare, & cæteri non reuocare: tamen emptor potest dicere, aut totum renouetis, aut nihil. vide per Tiraq. Emphyteusis quando venditur debet requiri dominus. Verum an talis consensus debeat interuenire in ipso actu, an autem sufficiat vt post actum? vide Castren. *in consil.* 326. *circa primum, vol.* 2. vbi etiam an possit interuenire sub conditione? Item an si haud sit impleta conditio, valeat venditio? Item an conditio possit impleri per heredes extraneos? de his omnibus vide per eundem. Emphyteusis quando est alienanda, debet requiri dominus: & ipse debet dare illud pretium quod ab alio repetitur, etiã si excedat iustum pretium: nisi aliter conuentum fuerit: vide per Tiraquel. *late de retracta. municip.* §. 1. *gloss.* 18. *numer.* 5. Si dominus interrogatus respondet se nolle emere, non est vltorius expectandus: sed si dicat volo deliberare, expectandus est per duos menses, per ea quæ dixi supra. quibus adde & Firman. *in verbo, dominus Castr.* *versic.* 42. & fuit Doctrina etiam Bartol. *in leg. qui Roman. §. coheres. ff. de verborum obligat.* communiter approbata, vt attestatur dominus Alexand. ad Bartol. In Emphyteusis alienatione haud requiritur consensus domini, quando sit alienatio in eos, qui sunt comprehensi in inuestitura. Crauetta *in consil.* 251. *vol.* 3. Emphyteusis alienari haud dicitur, quando relatio sit de ea existente apud se, vt à lite discendam, Alexand. *consil.* 41. *vol.* 6. Emphyteusi alienata, si frater ca-

ter tacuit per annum, & non reuocauit, sibi præiudicat, per Ruin. *consil.* 213. *numer.* 9. Emphyteusis ecclesiastica si alienatur, emptor debet habere pretium datum ipsi venditori ab ipsa Ecclesia, quæ retractat alienata, quando venditor haud est soluendo. Rub. *consil.* 152.

Emphyteusis si potest per pactum vendi & sit concessa duobus non poterit ab uno tantum vendi, etiam quoad partem suam: quia tunc vtriusque consensus requiritur. Corne. *consil.* 320. *volum.* 3. Emphyteusis licentia alienandæ vario modo dari potest à domino, expresse & tacite, puta si dicatur, quod haud possit vendi nobilibus minoribus vel similibus, nam aliis personis tacite videtur, quod possit vendi per Ruinum in *consil.* 213. *numer.* 6. Emphyteusis alienandæ licentia in inuestitura concessa ab initio haud præiudicat aliis: & intelligi debet secundum naturam contractus. Alexand. in *consil.* 105. *volum.* 4. Item intellige & per Riminal. *dict.* *consil.* 212. *numer.* 7. Emphyteusis potest inter eos alienari, sine consensu domini, inter quos habet locum ius accrescendi, per Gozad. *consil.* 20. Emphyteusis alienatio de consensu domini facta habet effectum duntaxat in vita alienantis, sed vide Ruinum *consil.* 213. & latius *consil.* 165. & 169. *numer.* 11. Emphyteusis dicitur alienari per locationem ad longum tempus factam ab emphyteuta. Ruinus *consil.* 37. *volum.* 3. Etiam si esset factum francandi pactum, vide per eund. *consil.* 48. *volum.* 1.

Emphyteusis rei Ecclesiæ concessa ad longum tempus. an vitetur in eo tantum quod excedit 19. annos, & quid si pro longo tempore sit constituta vna pensio siue pretium? Vide per Tiraquel. *de retract. municip.* §. 23. *gl.* 1. *num.* 12. Item de primo dubio vide per Mari. Anguit. *consil.* 216. *volum.* 3.

Emphyteusis alienatio cum consensu domini est perpetua, nec alienantis morte resoluitur, secus si sine consensu domini facta sit, per Ruinum in *consil.* 161. Emphyteusis alienatio cum consensu domini præiudicat aliis vocatis in inuestitura, per Ruin. in *consil.* 169. *numer.* 12. Emphyteusis, quæ obuenit in partem meam, si sit alienata, talis alienatio præiudicat aliis etiam emphyteuticis in inuestitura, per Ruinum in *consil.* 166. sed contra per eundem *consil.* 169. *numer.* 11.

Emphyteusis alienandæ concessa licentia per illum modum, per quem inhæreat, nil operatur, per Ruin. *consil.* 169. *numer.* 14. Emphyteusis alienandæ licentia si per dominum concedatur pluribus fratribus, per hoc haud dicuntur ipsi fratres vnus alteri licentiam dare, & consentire alienationi, Ruin. in *dict.* *consil.* 169. *numer.* 13. Emphyteusis alienata, si vnus agat contra possessorem, possessor fructus habere debet, per Alexand. *consil.* 92. *numer.* 37.

Emphyteusis alienari haud potest in potentiores, & sic in personas prohibitas, puta in ciuitatem, quæ nunquam moritur, quæ ideo videtur de personis prohibitis: per ea quæ tradit Alexand. in *consil.* 192. *numer.* 38. *volum.* 6. vbi tamen præ declaratione vide, quia haud negari in iuribus ibidem allegatis dicit, quin ipse dominus feudi, vel emphyteuticæ, possit concedere si voluerit: quinimo etiam si vult consentire, quod emphyteuta transferat in potentiores, potest, per illius allegata.

Emphyteusis si fuerit alienata, præfertur dominus cōsanguineo rehabilitatione eius alienationis? vide per Tiraq. *de retract. lign.* §. 21. *gl.* unica. *sub* n. 34.

Emphyteusis alienata an dicatur, quando emphyteuta mouit libellum in quo erat emphyteusis? per Alexand. *dict.* *consil.* 92.

Item emphyteuta an possit mutare formam fundi? Per Tiraq. *de retract. conuentio.* §. 3. *gl.* 1. *numer.* 28.

Emphyteusis alienatam si dominus recuperat, an illam teneatur dare emphyteutæ, Alex. *d. consil.* 92. *numer.* 43.

Emphyteuta si promiserit non alienare emphyteusim domino irrequisito, tale pactum est intelligendum de alienatione faciendâ in extraneos, non autem inter seipsum, per Cæphal. *consil.* 119. *numer.* 5. & in *consil.* 104. *numer.* 12. Tiraquel. *de retract. munic.* §. 11. *gl.* 6. *numer.* 12.

Emphyteusis alienationi dominus consentire haud cogitur, nisi ita ut res eodem modo, & per idem tempus sit penes emptorem, quo fuisset penes venditorem, per Hieron. Gabr. in *consil.* 92. *numer.* 10.

Emphyteuta qui potest alienare irrequisito domino in filios, potest in vnum sicut in plures alienare: quia semper alienat in filios: Mar. Anguit. *consil.* 256. *numer.* 6. qui in *vers.* ult. negat, quod ratio, quare alienare prohibitus possit instituere alios successores ab intestato, non sit, quia ipse non di-

cutur alienare, sed lex: vbi de communi opinione.

Emphyteuta tamen haud possit sub pœna priuationis alienare irrequisito domino: tamen ex promissione non committitur pœna, & sic dicta promissio haud continetur sub prohibitione alienationis facta à lege, per Cæphal. in *consil.* 96. *numer.* 15. 16.

Domini directi recipiendo canones, quando censeantur remittere caducitatem, & quando protestatio dicatur contraria facta? Et an dominus, qui recepit canones, possit expellere emphyteutam, qui in commissum incidit ob alienationem factam domino infcio? & quando protestatio tollatur per actum sequentem? De omnibus vide per Ioan. Cæphal. in *consil.* 222.

Emphyteusis Ecclesiastica non potest alienari in potentiores, ut clericos, curiales, & milites ex communi sententia & notissima regula: ne deterior fiat Ecclesiæ concedentis, conditio, vide per Riminal. iun. plene eius *consil.* 368.

Transactio facta inter dominum directum & Emphyteutam, quod soluat laudemium domino, quocumque modo res emphyteutica alienetur, non habet locum nisi in alienationibus voluntariis, & non in necessariis: per Rolan. qui citat Brun. & Crauet. *consil.* 21. *numer.* 16. De rebus Ecclesiæ, quomodo possint alienari, vel ad vnum concedi, & quæ requirantur ad validitatem instrumenti, & an solemnitates præsumantur interuenisse? vide per Riminal. iun. *consil.* 385.

Longior sui solito in apostillando istam quæstionem: habui tamen supra scripta atque infra scripta adnotasse necesse: quia est vbiq; frequens & quotidiana materia.

\* Contrarium disputando firmavit egregie Felin. in *c. quæ in Ecclesiis de consuet.* & hanc quoque opin. tenet Bal. in *c. 1. §. hoc quoque de suc. feud.* Alb. in *l. fin. C. de iur. empht.* idem firmat Bal. in *l. 2. eod. tit.* vbi dicit non procedere si simpliciter dicatur, taluo consensu domini, ista enim verba non releuât.

## Q V Æ S T I O X I I I I

### S V M M A R I V M.

Plures emphyteutæ an possint rem emphyteuticam inter se diuidere?

Q V Æ R O, nunquid plures emphyteutæ possint rem emphyteuticam domino irrequisito inter se diuidere? Resp. quod sic. Ita tenet Bart. in *l. qui Romæ §. duo fratres, n. 24. ff. de verb. obl.* & est communis opin. vt attestantur Scribentes in *d. §. duo fratres*, & in specie Aret. *col. pen. vers. Circa quartam*, & Ial. *numer.* 75. & Crott. *n. 64.* & Ripa, *numer.* 68. Ial. in *l. fin. numer.* 114. *C. de iure empht.* & dicit Bal. *consil.* 122. *lib.* 4. secundum antiquam expressionem, quod ita communiter seruatur, quem refert Dec. *consil.* 263. in *fin.* Refert etiam Apostil. ad Bart. in *d. §. duo fratres, sub* n. 24. Ita etiam communiter seruari attestatur Alex. in *d. §. duo fratres, post* n. 60. *vers. circa primum.* In hoc enim non agitur de aliquo præiudicio domini directi, & ideo possunt ipsi emphyteutæ non modo rem emphyteuticam diuidere, sed etiam inter se alienare a \* alio quocumq; titulo, domino ipso irrequisito, vt dicit Bart. in *loco præallegato*. & est communis opin. vt dicit Ial. in *dict.* §. *duo fratres, n. 77.* Gozad. *consil.* 20. *numer.* 9. Cum enim dominus directi illos omnes habeat pro emphyteutis respectu ipsius non dicitur alienatio, ex quo non transfertur in personam, in qua opus sit noua recognitione, neque ipsius interest, apud quem eorum res ipsa reperitur, cum propterea illi, qui alienant, non desinant esse in solidum obligati versus ipsum dominum pro ipsa emphyteusi, prout erant ante alienationem, seu diuisionem.

(Alienare.) Ex hac tamen diuisione seu alienatione inter se non debetur aliquod laudemium vel quinquagesima, dicit Ial. in *l. fin. n. 4. C. de iure empht.* & hanc communem.

## ADDITIONES.

<sup>a</sup> *Alienare alio quocunque titulo.* Ampliatur ista communis per Iaf. & Rip. in d. §. duo fratres, & eam vide etiam in collect. mea commun. opin. in verb. Emphyteuta. numer. 8. vbi dixi heredes tamen Emphyteutæ haud posse inter se res Emphyteuticas diuidere irrequifito domino. Et quomodo possint alienari? vide per Alexan. conf. 73. vol. 2. sed nunquid Emphyteuta possit donare irrequifito domino, vel locare ad lōgum tempus? vide per Alexan. in conf. 119. & Apostil. lib. 3.

<sup>\*</sup> Iaf. in l. fin. n. 4. C. de emphyt. dicit, quod ex tali alienatione aut diuisione non debeatur laudemium vel quinquagesima, & hanc dicit communem,

## QUESTIO XV.

## SUMMARI A.

- 1 *Emphyteuta an possit ius suum alteri legare, vel donare?*  
2 *Et quæ in tali legato, vel donatione requirantur?*

**Q**UÆRO, nunquid Emphyteuta possit sine domini consensu ius suum alteri legare *a* vel donare? Respon. hæc est satis trita quæstio, & in qua Dd. aliquando varie locuti sunt. Nam Bart. in d. l. si domus. §. fin. n. 2. ff. de leg. 1. tenuit indistincte, quod non, tam in Emphyteuta priuati, quam in Emphyteuta Ecclesiæ. Et dicit Ang. in d. l. fin. sapius allegata, C. de iure emphyt. ante num. 1. quod istud obseruat consuetudo. Contrariam autē sententiam, quod scilicet Emphyteuta possit ius suum sine domini cōsensu alteri *b* donare, tenuit gl. in d. l. fin. in verbo, Aliis vendere, quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Imol. in d. l. si domus. §. fin. vers. Extra gl. quem refert Aret. in conf. 41. numer. 1. Et illam dicit esse communiter approbatam Ruin. conf. 42. nu. 1. & ita communiter teneri affirmat Ruin. conf. 160. n. 22. lib. 4. Iac. in tract. de Rōidiis, siue operis, nu. 24. qui nescio quomodo inaduertenter fuerit separatus à præcedente tractatu de Homagiis, cum re vera auctor profequatur vsque ad finem libri materiam Homagii, licet in illo loco incidenter aliqua dicat de ipsi Rōidiis, siue operis. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Bald. in d. l. si domus. §. fin. n. 1. vbi dicit, loquendo in Emphyteuta Ecclesiæ, quod secundum omnes Dd. potest donare ius suum, dummodo id faciat saluo iure Ecclesiæ, & in l. vsufruct. ff. soluto matrimonio, prout illam refert Imol. ibid. nu. 6. licet reuera Bald. solummodo dicat, quod fuit opin. Antiquorum. Hanc etiam esse communem opin. dicit Imol. in d. leg. vsufructu, nu. 7. Florian. in d. c. potuit. de loca. quem refert Imol. in eo c. potuit. post nu. 11. Paul. de Cast. in d. l. si domus. §. fin. n. 4. Iaf. in d. l. fin. post numer. 61. Gratus conf. 68. num. 7. lib. 1. Ioan. Dilect. de arte testandi, lib. 6. caut. 46. n. 1. vbi dicit, quod opin. gl. communiter à Doctores comprobatur. Quæ opinio non solum in emphyteuta priuati locum habet, in quo illam esse communem affirmat Cardin. Florent. in d. c. potuit. & post eum Cæpolla, conf. ciuili 8. nu. 10. & quam communiter teneri affirmat Iaf. in dict. l. fin. numer. 71. circa finem. sed etiam in emphyteuta Principis. Et ita tenere omnes Doctores, tam Legistas quam Canonistas attestatur Cæpolla in allegato conf. 8. numer. 11. Quinimo etiam in Emphyteuta Ecclesiæ, illam dicit esse magis communem Socin. iun. consil. 120. numer. 70. lib. 1. Iaf. in d. l. fin. post numer. 72. licet Bartol. vbi que tenuerit absolute contrarium, quod scilicet Emphyteuta Ecclesiæ proculdubio non possit ius suum donare sine consensu Ecclesiæ. Tenenda est ergo hæc opin. quod scilicet possit Emphyteuta ius suum legare, vel donare, domino irrequifito, quam etiam ma-

gis communem simpliciter & indistincte attestatur Alex. conf. 189. n. 13. lib. 2. Corn. conf. 166. col. 7. in litera D. lib. 2. Bertrand. conf. 98. nu. 1. lib. 3. in 2. parte. Natta consil. 114. post n. 15. In specie autē, in Emphyteusi concessa à priuato ita attestatur Alex. in l. si patroni, in princ. paulo ante num. 16. ff. ad Treb. & in d. l. si domus. §. fin. num. 5. Iaf. in d. l. si domus. §. fin. post numer. 32. Et in Emphyteusi concessa ab Ecclesia, vt possit ea non requisita donari & legari, pariter dicit esse communem Alex. conf. 17. n. 11. lib. 5. Iaf. in d. l. si domus. §. fin. num. 34. & in d. l. fin. num. 72. Curt. iun. conf. 130. n. 8. Grat. conf. 79. num. 18. lib. 1. & dicit Alci. in l. in conuentionibus, circa fin. ff. de verb. sig. quod ita crebrius approbatum est, dummodo fiat saluo iure domini, & citra fraudem: & ita teneas. Cessat enim ratio denunciandi domino, an velit eodem precio emere, ex quo nullum precium interuenit: neque esset æquum, vt teneretur Emphyteuta ius suum domino donare, vel legare, qui forte in eum bene merita aliqua non contulit, vel saltem non est Emphyteuta erga illum ita affectus, vt est erga eum, cui vult donare, vel allegare.

Arbitror tamen ¶ quinq; requiri, ad hoc vt huiusmodi legatum, vel donatio valeat, neq; Emphyteuta cadat à iure suo. Primo, quod non fiat in personā, in quam vel de iure communi, vel ex conuentione ipsa res emphyteutica prohibita sit alienari. Secundo, quod nulla sub sit fraus: nam si esset, effectualiter Emphyteuta venderet, sed ne posset dominus vt iure prælationis, concipere contractum in formam donationis, in fraudem ipsius domini, crederem illum esse re emphyteutica priuandum. Tertio, quod donetur vel legetur res ipsa tanquam emphyteutica, nō autem pleno iure, alias enim esset quodammodo vel le priuare dominum iure suo, & ideo caderet Emphyteuta à re emphyteutica. Quarto, quod priusquā transferat possessionem rei donatæ in donatarium, requirat domini assensum, qui proculdubio teneretur illū præstare, modo donatarius sit habilis & idoneus ad soluendum, & promittat ipsi domino soluere fictum emphyteuticum, & in hoc omnes concordant, vt dicit Iaf. in d. l. fin. n. 68. Non enim debet donatarius sine consensu domini apprehendere possessionem rei emphyteuticæ, prout tenent communiter Dd. & in hoc conueniunt, vt dicit Bertrand. conf. 61. n. 2. lib. 2. in 2. parte, qui etiam conf. 124. n. 1. lib. 1. in 2. parte, attestatur hanc esse communem opinionem, secundum quam alias iudicatum fuit in Parlamento Delphin. vt refert Guido Papæ decis. 46. Præterea & quinto, soluendum est etiam ipsi domino directo laudemium pro noua inuestitura, vt dixi infra, quæst. 23. versic. Sed quæro. & quantum ad hoc, scilicet vt dominus nouam inuestituram concedat, & assensum præbeat donationi, debet dominus expectari per duos menses, iuxta dispositionem d. l. fin. & in hoc omnes concordant, vt ait Iaf. in d. l. fin. n. 68. in fin.

Et hæc omnia procedunt, vbi non subesset consuetudo, & quod res emphyteutica non posset donari vel legari domino irrequifito, illa enim esset proculdubio obseruanda: & certe valde æqua est illa opin. quod teneatur Emphyteuta volens donare vel legare ius suum, requirere consensum domini, & volente domino illud acquirere precio æstimando, quod ipse præferatur donatario, vel legatario, quam ego aliquando sustinui in circulis. Tamen propter auctoritatem tenentium contrarium, forte durum esset in practica contra eos obtinere.

## ADDITIONES.

**a Legare.** Quod Emphyteusis legeretur irrequisito domino, vide per Corn. in *conf. 166. volum. 6. volum. 8.* Idem vide Bald. *conf. 160. quaritur. lib. 3.* & Corn. *conf. 84. volum. 2.* Sed quid si Emphyteusis morte non finiretur, vide Roman. *conf. 35. v. 1. a.* Et an Emphyteuta possit legare Ecclesiam certam pecuniam super Emphyteusi, si in instrumento libelli sit pactum de non alienando, vide Rip. in *l. filiusfamil. §. diu. nu. 90. ff. de leg. 1.*

**b Alteri donare.** Sed an Emphyteusis permutatio fieri possit irrequisito domino, vide per Dec. *conf. 160. in 1. dubita.* quod limita per Tiraq. *de retract. munic. §. 34. gloss. 1.* quicquid dixerit Rip. in *l. 2. num. 39. ff. si cert. pet. in cap. caute.* Item an Emphyteusis donari possit irrequisito domino, vide Bald. in *conf. 160. quaritur. volum. 3. in conf. 116. in 2. Ruin. conf. 148.* Quod non possit donari potentiori, nec personis prohibitis, vide Ruin. *conf. 143. num. 14.* Item haud potest donari, quando ultra prohibitionem legis adesset prohibitio hominis, per Ruin. in *conf. 161. num. 24. volum. 4.* Verum an possit dari in dotem? Bald. *conf. 160. quaritur. volum. 5.* communis opinio est, quod quando res quæ datur in dotem est inæstimata, quod haud requiritur consensus domini. Tiraq. *de retract. municip. §. 1. gloss. 14. numer. 20. 21.* Ruin. in *conf. 48.* secus quando est æstimata, per Tiraquel. *vbi sup.* Aduerte tamen quod emphyteusis haud potest dari in dotem sine consensu domini, quando Emphyteuta habet alia bona: per Crauet. *conf. 215.* Et quamquam Emphyteusis in dotem dari possit irrequisito domino, tamen durat tantum ad vitam Emphyteutæ, imo ad vitam dotatæ, vide per Ruin. *conf. 165.*

**c Consuetudo.** Ad idem vide per Tiraq. *de retract. munic. §. 34. gloss. 1. num. 34.*

## QVÆSTIO XVI.

## SVMARIA.

- 1 Pater an possit filiis in re emphyteutica præiudicare?
- 2 Et quid in emphyteusi accepta pro filiis & heredibus?
- 3 Et quid in emphyteusi antiqua seu paterna?

**S**UCCESSIVE quæro, nunquid pater habens filios possit in re emphyteutica illis præiudicare, disponendo, aut testando, aut vni ipsorum prælegando? Resp. hic articulus multum confuse à Scribentibus tractatur, propterea ad intelligentiam præmittere debes, quod emphyteusis aliquando dicitur noua, aliquando dicitur antiqua. Noua est, quæ habet originem in persona ipsius Emphyteutæ, qui vult de ea disponere, quia scilicet ipse illam acquisiuit. Antiqua vero est, quæ habet originem ab alio ascendente, prout in simili dixi de feudo infra, *hoc eod. lib. §. feudum, quæst. 8.* Item præmitte, quod aliqua est, emphyteusis hereditaria, aliqua non hereditaria, & aliqua mixta, prout etiam in simili dictum est de feudo, in *d. §. feudum, quæ. 9.* Emphyteusis hereditaria est illa, quam acquirens stipulatus est pro se, & heredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit, vel etiam pro se & heredibus, si est accepta à priuato. In hoc enim differt emphyteusis priuati à feudo, quia cum emphyteusis accepta à priuato de sui natura transeat ad quoscunque heredes, etiam extraneos, illa verba, *pro se, & heredibus,* intelliguntur etiam de extraneis, vt dixi in *fr. q. 28. vers. Tertius est casus.* secus a. est in feudo. Nam cum feudum de sui natura non transeat in extraneos, illa verba verificantur solummodo in descendantibus heredibus, vt dixi in *d. §. feudum, q. 83. vers. Sed quid si feudum.* Quid autem in emphyteusi Ecclesiastica accepta pro se, & heredibus? dixi in *d. vers. Tertius est.* Emphyteusis non hereditaria est, quam acquirens stipulatus est pro se, & filiis, vel pro se, & descendantibus vel huiusmodi, nulla facta mentione heredum: hæc enim transit ad ipsos filios, seu descendentes, etiam quod non sint heredes, secundum opinionem quam ego tenui infra, *quæst. 27.* licet multi in emphy-

teusi concessa à priuato teneant contrarium. Mixta est, quam acquirens stipulatus est pro filiis & heredibus, & sic in qua succedere non potest filius, nisi sit heres, neque heres, nisi sit filius, vel descendens, sed vtraque qualitas requiritur, vt dixi in *d. quæst. 37.* licet multi etiam teneant, quod in hac emphyteusi concessa pro filiis & heredibus à priuato, succedunt etiam extranei heredes, quod mihi nunquam placuit.

His præmissis dico, quod aut quæritur de emphyteusi noua, an possit pater in illa filiis suis præiudicare? & tunc ( siquidem emphyteusis est hereditaria, scilicet acquisita pro se, & heredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit) omnes concludunt, quod potest pater in ea filiis præiudicare, neque vlla in hoc est apud Scribentes controuersia. Nam huiusmodi bona potius censentur tanquam libera, & allodialia, quam emphyteutica, vt in simili de feudo ita concessio dixi in *d. §. feudum, q. 9.* Aut vero loquimur in emphyteusi non hereditaria, & sic acquisita pro se, & filiis, & tunc variæ sunt opin. inter Scribentes. Aliqui enim tenent quod ex stipulatione patris sit ius quæsitum filiis, ita vt non possit pater in ipsa emphyteusi illis præiudicare. Et hanc opinionem dicit esse magis communem Alex. *conf. 106. n. 8. & conf. 107. in princ. lib. 4.* quæ refert Ruin. *conf. 43. n. 4. lib. 1. & conf. 48. post num. 8. eod. vol. & conf. 154. num. 4. eod. vol. & conf. 213. nu. 4. eod. vol. & Ias. in l. 2. num. 209. C. de iure emphyt.* licet corrupte alleget. Refert etiam, & sequitur Dec. *conf. 239. numer. 6.* quem (vt arbitror) allegare voluit Gratus *conf. 1. post numer. 5. lib. 1.* Hanc etiam dicit esse communem Apostil. ad Alex. *conf. 8. sub num. 15. lib. 3.* vbi multa congerit Gratus *conf. 12. num. 9. lib. 1. & conf. 132. num. 4. eo. volum. Bertran. conf. 238. n. 3. lib. 2. in 2. parte,* quem refert Apostil. & Alciat. *de præsumptio. in 1. regula. præsumpt. 31. num. 3.* Eandem sententiam vti communem sequitur Didac. *lib. 2. resolut. cap. 18. num. 2.* Cass. *conf. 53. numer. 59.* Apostil. ad Rimin. *conf. 437. sub n. 2.* Rubens in *leg. Galus. §. quidam recte, n. 186. & seq.* Contrariam autem sententiam plerique etiam tenuerunt, quod scilicet possit pater in huiusmodi emphyteusi filiis suis præiudicare. Ipse enim pater stipulando pro se, & filiis, censetur stipulatus ordine successiuo, scilicet primo sibi, deinde post mortem suam filiis. Cum ergo non videatur filiis ius aliquod quæsitum, nisi post ipsius patris mortem, merito posse debet de ipsa emphyteusi ad libitum suum disponere. Et hanc sententiam dicit magis communiter teneri idem Alexand. sibi contrarius *conf. 124. nu. 8. lib. 5.* quem refert & sequi videtur Gozad. *conf. 25. n. 18.* Hanc etiam dicit esse communem idem Alex. in *l. apud Iulianum. §. si quis alicui. post nu. 4. ff. de leg. 1.* quem refert & sequitur Socin. *conf. 127. n. 10. lib. 3.* & Tiraquel. *de retract. municip. §. 11. gl. 6. n. 25.* Hanc etiam dicit esse communem Ias. *conf. 213. numer. 4. lib. 2.* Et reuera hæc opin. mihi semper magis placuit, vt scilicet illud, quod ego acquirō, possim etiam meo iure alienare. Et si in feudo nouo acquisito pro se, & filiis, potest pater de eo ad libitum suum disponere, in præiudicium filiorum, modo domini consensus accedat, secundum opinionem, quam ego tenui in *d. §. feudum, q. 41. vers. Et hæc quidem multo magis.* Idem dicendum est in emphyteusi, quæ proculdubio facilius potest alienari, quam feudum. Bene verum est, quod si in inuestitura, siue concessione emphyteutica, esset proprio nomine nominatus aliquis ex filiis, vel aliter apparere posset, quod emphyteusis esset

esset concessa, non solum intuitu recipientis, sed etiam contemplatione filiorum; eo casu utique transferrem cum alia opinione, quod non posset de ea pater in ipsorum præiudicium disponere, quæ multis auctoritatibus fouetur.

<sup>2</sup> Sed quid si sit emphyteufis † mixta, puta quia accepta sit pro filiis, & heredibus? Resp. si teneamus opin. quam ego teneo, quod scilicet etiam si sit acquisita pro se, & filiis simpliciter, possit tamen acquirens de ea libere disponere, multo magis tenendum erit hoc casu, quod etiam in hac emphyteufi, quæ partim est hereditaria, possit filiis præiudicare. Sed certe etiam si in ea, quæ non est aliquo modo hereditaria, teneamus contrariam sententiam, quod non possit de ea pater acquirens disponere, adhuc tamen in hac specie tenendum est, quod possit. Cum enim hoc casu appareat, quod pater non simpliciter stipulatus est filiis, ut filiis, sed etiam ut heredibus, poterit pater de ipsa emphyteufi ad sui libitum disponere, neque poterit filius heres illam reuocare, nisi secundum aliquos adiret paternam hereditatem cum beneficio legis, & inventarii: quo casu utique admitteretur ad reuocandum, vbi penes eum non remaneret tantum, quantum valeret ipsa emphyteufis. Ego tamen absolute teneo, & semper tenui, quod pater acquirens emphyteufin siue pro se & filiis, siue pro se, & filiis & heredibus, siue alio quocumque modo concepta sit concessio, potest de ea libere disponere, ut superius dixi.

Et hæc quidem omnia locum habent in emphyteufi noua. Si vero loquimur in emphyteufi † antiqua, seu paterna, tunc distingue, quod aut est simpliciter hereditaria, puta, quia accepta pro se, & heredibus vel pro se & heredibus quibuscumque, vel pro se, & quibus dedit, vel huiusmodi, & tunc, ut supra dixi, ex quo talia bona iudicantur potius tanquam libera, quam tanquam Emphyteutica, nemo dubitat, quin possit Emphyteuta, domini accedente consensu, in quemcumque de eis disponere. Aut est a simpliciter, & absolute, non hereditaria, puta, quia concessa pro se & filiis, & tunc, cum sit filiis descendenti ius quæsitum ex beneficio primi acquirentis, & sic virtute primæ inuestituræ, non potest emphyteuta eis in aliquo præiudicare, neque hoc casu reperitur, quod aliquis contrarium teneat, ut dicit Alex. cons. 106. post n. 8. lib. 4. Hoc etiam dicit esse indubitatissimum Gratus cons. 22, n. 9. lib. 1. Aut est mixta, sc. concessa pro filiis, & heredibus, & tunc breuiter ego teneo in emphyteufi illud, quod tenui in feudo huius qualitatis, in d. §. Feudum. q. 42. in fin. Vide etiam in hoc proposito ea, quæ dixi infra, q. 37. & nunc pendet hæc quæstio de facto.

Hæc autem omnia intellige, ut procedant quantum ad præiudicium filiorum, sed quantum ad præiudicium domini, recurrendum est ad ea quæ dixi supra, q. 12. & seq.

ADDITIO.

<sup>a</sup> Aut est simpliciter & absolute hereditaria. Adde ad idem atque vide per Rimin. iun. in cons. 394. n. 31. 32. cum multis aliis sequentibus.

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIVM.

Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam permutare?

<sup>1</sup> <sup>a</sup> QVÆRO, nunquid possit † Emphyteuta rem emphyteuticam sine consensu domini a per-

mutare? Resp. inter vocatos inuestitura sine concessione emphyteutica, utiq; potest fieri permutatio. Si enim permiffa est inter ipsos omnis alienatio, ut dixi supra, q. 14. censetur etiam permiffa permutatio. Sed nunquid poterit illam transferre b in extraneum titulo permutationis? Resp. quod sic. Ita dicit Bald. in l. si domus. §. ff. de leg. 1. & ita communiter tenetur, ut ait Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres, nu. 86. ff. de verb. oblig. Hoc tamen intellige, ut procedat, dummodo talis permutatio fiat bona fide; sed si aliqua fraus subesset, puta, quia in effectu emphyteuta rem ipsam venderet, sed in contractu ipso assereret se permutare, ut priuaret dominum iure suo prælationis, talis fraus domino non obesset, quo minus posset uti suo iure prælationis. Ita dicit Bald. in d. l. si domus. §. 1. & est communis opin. ut attestatur Ripa in l. 2. in princ. nu. 38 ff. si certum petatur. & forte etiam de iuris rigore dici posset, quod hoc casu emphyteuta propter huiusmodi alienationem caderet à re emphyteutica, quod multi etiam tenuerunt. Hoc tamen pro nunc non affirmo.

ADDITIONES.

<sup>a</sup> Permutare. Adde atque fusius vide per Menoch. in consil. 287. in 2. dub. vol. 3. & per Tiraq. tract. suo de retract. municip. l. §. 30. gl. 1.

<sup>b</sup> Transferre. Quid si vasallus emphyteuta inuenerit unum, qui velit facere illam et pacta domino, & conducere rem proprie sicuti ipse faciebat, an dominus compellatur illum accipere? quod sic, vide per Marfil. de fideiussor. sub n. 214. & 215. vbi etiam si emphyteuta fecit expressum pactum, quod in sine locationis possit tollere, & eleuare omnia melioramenta, & sint sua, certe si emphyteuta in sine velit illa exportare, poterit dominus offerendo precium inhibere, ne releuet: quod esse not. dicit ex Bald. & Iaf. ibi aduocata.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIVM.

Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam hypothecare?

QVÆRO, an possit Emphyteuta † rem emphyteuticam sine domini consensu a hypothecare a vel b pignoraré? Resp. quod sic. Ita dicit gl. in d. l. fin. in b verbo, Aliis vendere. C. de iure emphyt. quæ in hoc communiter approbatur, ut ait Iaf. in ea. l. fin. nu. 78 & seq. quem refert Grat. cons. 55, n. 14. lib. 1. Item dicit Gratus cons. 54. numer. 5. lib. 1. Et dicit Rip. in leg. filiusfam. §. diui. nu. 90. ff. de leg. 1. quod ita tenent communiter Scribentes. Pignoris enim obligatio, non est proprie alienatio, & ideo etiam in generali hypotheeca, siue obligatione omnium bonorum, veniunt bona emphyteutica, ut dixi infra, hoc eod. li. §. hypotheeca.

ADDITIONES.

<sup>a</sup> Hypothecare. Si potest capi in pignus, an vocandus sit dominus directus? vide per Barb. cons. 170. vol. 2.

<sup>b</sup> Vel pignoraré. Item emphyteutica in re an possit constitui pignus? vide Bald. cons. 306. verba omnino Ripa in leg. 1. num. 13 de pignor. & hyp. Afflict. decis. 191. Ruin. cons. 17. Boer. dec. 180. & emphyteufis pignoratia reuertitur ad dominum, sine onere. Tiraq. in l. si unquam. C. de reuoc. dona. sol. 361. & per Boer. decis. 18. Emphyteufis pignorata, si emphyteuta non vult soluere canonem, creditor tenetur soluere, alias cadit. Ripa d. l. 1. n. 19. Tiraquel. de retract. munic. §. 36. gloss. 1. numer. 18. cum sequentibus vbi vide.

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIVM.

Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam alteri locare?

**Q**VÆRO, nunquid possit † Emphyteuta sine domini consensu alteri locare rem emphyteuticam? Resp. si quæris de locatione ad modicum tempus, nulla est difficultas, quin possit illam locare: talis enim locatio non est species alienationis. In locatione autem ad longum tempus, aliqui etiam idem sentiunt, & dicit A postil. ad Alex. *conf. 119. circa fin. libr. 3.* quod ita communiter obseruatur. Et licet forte hoc de iure non procederet, cum locatio ad longum tempus sit species alienationis, vt dixi infra *hoc eo. lib. §. locatio.* tamen vbi vigeret talis obseruantia & consuetudo, vtique esset attendenda, & sic excusaret emphyteutam à pœna priuationis, vt in simili dixi *infra, hoc eo. lib. §. feud. q. 33. vers. scias tamen.* Sed cessante consuetudine, ego semper inclinarem in contrariam sententiam.

## QVÆSTIO XX.

## S V M M A R I V M.

*Emphyteuta an possit irrequisito domino rem emphyteuticam alteri in emphyteusin concedere?*

**Q**VÆRO, nunquid possit † Emphyteuta irrequisito domino rem emphyteuticam alteri in emphyteusin concedere? Respon. quod non. Et ita de consuetudine obseruatur, vt ait Specul. in d. §. nunc aliqua, *quest. 125.* quem refert Ias. in d. l. fin. n. 110. C. de iure emphyt. Est enim concessio in emphyteusin proculdubio species alienationis, vt est omnibus notissimum.

## A D D I T I O.

*Alteri.* An emphyteuta primus concedendo rem alteri in emphyteusin retineat aliquod ius? Soc. in *conf. 256.* & vide omnino Ruin. in *conf. 168. nu. 14.* An finita linea primus condicens iussu perdat, & heredes sui aliquid habeant? vide per Socin. *conf. 256. num. 2.* An si primus emphyteuta de consensu domini transmittat ius suum in secundum ad hoc vt reuertatur linea finita? An attendatur linea primi, vel secundi? Anch. *conf. 63.* An emphyteuta secundi volens alienare, petat licentiam à primo, an à domino directo? Ruin. *conf. 268. nu. 15.* An ius obseruandi pactum transeat ad dominum, an vero ad heredem primi concedentis? Soc. *conf. 261.* An si mortuus sit secundus emphyteuta sine heredibus, emphyteusis reuertatur ad primum concedentem? Bald. *conf. 251.*

## QVÆSTIO XXI.

## S V M M A R I V M.

*Emphyteuta an possit sine domini consensu constituere seruitutem in fundo emphyteutico?*

**Q**VÆRO, nunquid possit Emphyteuta sine domini † consensu constituere seruitutem in fundo emphyteutico? Respon. quod sic, quantum ad sui præiudicium, non tamen quantum ad præiudicium domini directi; & ita finita emphyteusi erit etiam finita ipsa seruitus. Ita tenent communiter Doctores, vt dicit Cæpolla *lib. 1. de seruit. cap. 14. col. 1.* Vide quæ dixi in d. §. feudum. q. 37.

## QVÆSTIO XXII.

## S V M M A R I V M.

*Res emphyteutica in casibus, in quibus potest alienari, an possit indistincte alienari in quocumque genus personarum?*

**Q**VÆRO, an in casibus in quibus † potest res emphyteutica per Emphyteutam alienari, possit indistincte alienari in quocumque genus personarum? Respon. vulgaris est, & notissima regula, quod

non potest emphyteusis alienari in potentiores, quæ licet iure non probetur, tamen in practica non solet in dubium refricari. Et hanc esse communem conclusionem attestatur Alex. in l. si finita. §. 2. ff. si de vectigal. post n. 36. vers. Nec obstat, quod emphyteusis. ff. de damno infecto. Ias. in dict. l. fin. num. 90. & 97. C. de iure emphyt. vbi dicit, quod ita concludunt communiter Doctores, quem refert Gratus *conf. 80. n. 2. lib. 1.* Personæ autem potentiores a intelliguntur illæ, quæ sunt magis priuilegiatæ, puta clerici, curiales, & milites, vt habetur per Doctores in locis præallegatis.

## A D D I T I O.

*a* Potentiores.) Adde atque de communi vide per Rimin. iun. *conf. 368. col. 2.* & per totum illud consil.

## QVÆSTIO XXIII.

## S V M M A R I A.

- 1 In alienatione rei emphyteutica soluendum est laudemium domino directi.
- 2 Et an etiam si donetur alteri?
- 3 Et quid si in concessione emphyteutica permessa sit emphyteuta ipsius rei alienatio?
- 4 Et quis teneatur soluere laudemium, emphyteuta an acquirens?
- 5 Et quid si vnus habeat proprietatem, & alter vsusfructum ipsius proprietatis, cui soluendum sit laudemium?

**D**ICTIONVM de alienatione rei emphyteuticæ, quibus casibus permessa sit; Nunc scire debes, quod in quacumque alienatione rei emphyteuticæ soluendum est † domino directi laudemium, a id est, quinquagesima pars precii pro quo res ipsa alienatur, & sic ad rationem duorum scutorum pro quolibet centenario.

Sed quæro, an soluendum † sit huiusmodi laudemium solummodo de rebus venditis, aut permutatis, an autem etiam de donatis? \* Respon. quod etiam de donatis soluendum est. Et hæc est communis opinio, vt dicit Bertand. *conf. 123. n. 1. lib. 1. in 2. parte.* Et dicit Ias. in d. l. fin. post n. 68. vers. Sequitur postea. quod in hoc nemo discrepat. Huiusmodi enim laudemium soluitur propter nouam inuestituram, quæ à domino conceditur, quæ ratio militat tam in donatario, quam in emptore, aut alio acquirente, cui opus sit noua inuestitura.

Sed quid si in ipsa † concessione, seu inuestitura emphyteutica conuētum sit inter dominum & Emphyteutam, quod possit ipse emphyteuta ius suum vendere cui voluerit, nunquid si deinde vendat, adhuc soluendum est laudemium? Respon. quod sic. Ita tenet Sal. in d. l. fin. col. 1. vers. Sed iuxta primum. & est communis opinio, vt dicit Soc. iun. *conf. 70. n. 11. & post n. 27. lib. 3.* Nam (vt dixi) solutio laudemii fit propter nouam inuestituram; & ideo nihil refert, an primus Emphyteuta potuerit vendere domino irrequisito, vel non; sed solummodo an nouus acquirens opus habeat noua inuestitura, vel recognitione à domino directi.

Vterius quæro, quis teneatur † ad solutionem laudemii, an Emphyteuta qui alienat, an autem acquirens ipsam rem emphyteuticam? Respon. quod generaliter nouus Emphyteuta, vel feudatarius, vel acceptor, est ille qui tenetur soluere laudemium domino directi. Ita tenet gloss. in dict. leg. fin. in verbo, Accipere. & ita obseruatur vt dicit Ias. in dict. l. fin. numer. 41. C. de iure emphyt. quem refert Goza. *consil. 65. nu. 1.* Soluitur enim

enim propter nouam inuestituram, vt supra sapius dixi.

5 Sed pone, quod dominus directi decesserit, relicta heredi proprietate, alteri vero vsufructu ipsius proprietatis; Quæro si durante vsufructu contingat rem emphyteuticam alienari, cui debeat laudemium, proprietario, an vsufructuario? Respon. quod laudemium debetur vsufructuario, non autem domino proprietatis. Ita dicit Ioan. And. in addi. ad Spec. de emphy. in vers. 93. in verbo, Qui tabernas, post medium. & est communis opin. vt ait Soc. iun. in d. conf. 70. nu. 31. lib. 3. Cum enim fructus sit vtilitas, ex re, vel propter rem proueniens, merito hoc emolumentum quod propter rem ipsam prouenit, ad vsufructuarium pertinere debet, ita vidi seruari.

ADDITIONES.

a *Laudemium.*) Hic aduerte, quia non debetur laudemium de fundo emphyteutico in dotem dato filie, siue fuerit ei datus æstimatus, siue inæstimatus, per Cra. in conf. 215. post nu. 6. sicut etiam non debet solui à filio de hereditate patris: quia non est noua acquisitio. Bal. in e. quem in ecclesiarum, num. 36. de consti. Capr. in conf. 41. sequens Ang. in l. in suis. ff. de liber. & posthum. Dec. conf. 445. nu. 5. & in Auth. praterea, num. 20. C. unde vir & uxor. vbi late. illud tamen, quod dixi de fundo emphyteutico in dotem dato, intellige vt per Crau. ibid. n. 7. quando pater non habet alia bona, de quibus posset filiam dotare, at secus vbi haberet, quia tunc non posset sine domini consensu, quia ista non dicitur alienatio necessaria, vbi adsunt alia bona. Sed quid si pater donet filio? vide ibid. num. fin.

b *Quinquagesima.*) De laudemio pro fundo ecclesie soluendo ad sextam partem veri pretii, vide per Rimin. iun. in conf. 38. Vnum scias, quod laudemium non soluetur ab Emphyteuta, comprehenso in contractu: & qui contractus rem consequitur, vt per Gabr. Eugubin. conf. 84. nu. 5. quem vide per totum illud conf. 92. qui tenet debere laudemium solui ab emphyteuta, qui diuisionis titulo rem totam consequitur est, quando ad eam rem iure accrescendi, vel vi contractus venire haud potest: & clara resolutione distinguit tres casus, quos apud eum videto.

\* Et quid de datis in dotem, an debeat laudemium? vide per Chassa. in commentar. ad consue. ud. Burgund. tit. des mains mortes. §. 10 nu. 47. Boer. in consuet. septen. Bituric. tit. de consuetud. feudor. §. 20. Guid. Pap. decis. 48. nu. 2. vbi & alios casus enumerat, ex quibus non debetur laudemium domino. Et idem Guid. Pap. sing. 465. de remissione, vel cessione inter socios facta laudemium non deberi affirmat, alleg. Bart. in l. sine, circa fin. ff. de cond. fact.

QVÆSTIO XXIII.

SVMMARIVM.

Emphyteuta an propter alienationem rei emphyteuticæ cadat à iure suo?

1 QVÆRO, nunquid emphyteuta ꝑ propter alienationem rei emphyteuticæ factam irrequisito domino cadat à iure suo? dixi supra q. 13.

ADDITIONO.

a *Sup. q. 13.*) Vide quæ ibid. in apostillis meis dixi.

QVÆSTIO XXV.

SVMMARIVM.

Emphyteuta qui interuertit possessionem domini, an cadat à iure suo, possitque ab ipso domino propria auctoritate expelli?

1 a QVÆRO, an Emphyteuta qui interuertit a possessionem domini, cadat à iure suo? Respon. quod sic. Sed nunquid poterit hoc casu ab ipso domino propria auctoritate expelli? Respon. quod non. Ita tenet gl. in d. l. 2. in verbo, Repellere, cum qua omnes tenent, vt ait Iaf. ibi nu. 117. & ratio est, quia tunc incipit Emphyteuta in totum suo nomine possidere, & spoliare dominum sua ciuili possessione: & ideo via iuris, non facti, contra eum agendum est. Hoc tamen intellige, quando ex interuallo, secus autem, si in continenti: tunc enim utiq; posset pro defensione suæ ciuili possessionis, illum propria auctoritate expellere, ad quod videnda sunt ea quæ dixi infra lib. 7. §. possessio.

ADDITIONO.

a *Interuertit.*) Adde quod si Emphyteuta neget bona esse emphyteutica, fundamentum domini est probare quod sunt commune dixi in d. collecta mea nu. 27.

QVÆSTIO XXVI.

SVMMARIA.

- 1 Emphyteuta an propter deteriorationem expelli possit?
- 2 Et an emphyteuta possit incidere arbores fructiferas?

QVÆRO, nunquid Emphyteuta ꝑ possit expelli ꝑ propter deteriorationem? Respon. si loquamur in emphyteuta ecclesie, certum est, quod potest expelli. Text. est in Auth. quirem. C. de sacros. Eccles. Sed quid in emphyteuta priuati? Respon. quod pariter etiam expelli potest propter a deteriorationem. Ita tenet Petr. a in d. Auth. quirem. & est communis opin. vt dicit Iaf. in ea. Auth. quirem. nu. 5. & seq.

Hinc inferitur, quod non potest ꝑ Emphyteuta incidere arbores fructiferas. Ita tenet Bart. in l. duor. b tio. §. fundum, nu. 3. ff. solu. matrim. cum quo transeunt indifferenter omnes Dd. antiqui, & moderni, vt dicit Iaf. in eod. §. si fundum, nu. 12. & dicit Ang. in l. si colonus. ff. arborum surrim. casarum: quod ab hac conclusione nullus vnquam discrepauit. Et ideo si illas incidat, cadit à iure suo, & potest expelli & priuari. Ita tenet Bald. in d. §. si fundum. & est communis opin. vt ait Iaf. in d. §. si fundum, nu. 4. Picus in l. Titia. §. Titia, post nu. 96. ff. de lega. 2. Quæ licet videatur nimis rigorosa: tamē tenenda esset in practica, vt emphyteutæ metu caducitatis, & priuationis, bene versentur in rebus sibi in emphyteusin concessis. Faciunt quæ dixi infra hoc eod. lib. §. Feudum, q. 47. Hæc tamen omnia intellige, quando esset notabilis deterioratio: secus, si esset modica, vel minima.

ADDITIONES.

a *Deterioratio em.*) An compensentur melioramenta ad hoc vt euitetur caducitas? vide Iaf. conf. 17.

b *Fructiferas.*) Vide per Iaf. in l. 1. colum. pen. C. de iure emphyt. & in l. 2. C. eod. q. 57. Et quæ requirantur, vide per Iaf. d. conf. 17. Tiraq. de retract. conn. §. 3. gl. 1. num. 24. cum pluribus seqq. Emphyteuta tamen terræ buschinæ potest incidere arbores fructiferas absque domini consensu & absque metu caducitatis, per Curr. sen. in conf. 71. col. fin. & emphyteusis deteriorata ad hoc vt dicatur, quæ requirantur, vi. dec. T. holo. 351. Item emphyteuticariam rem rescire an possit emphyteuta, & per iudicem ecclesiasticum cogi? vide ibi tract. de caducitate rei emphyteuticæ ob pacta non seruata & arborum incisionem: vide nouissime per Rim. iun. conf. 355.

QVÆSTIO XXVII.

SVMMARIVM.

Emphyteuta cessans à solutione canonis emphyteutici, an cadat ab emphyteusi?

1 QVÆRO, an Emphyteuta ꝑ cessans in solutione canonis, cadat a ab emphyteusi? dixi supra q. 8.

ADDITIONO.

a *Cadat.*) Dic, quod cadit ipso iure si dominus voluerit, commune vide quæst. 9. vbi etiã dixi, per Caph. conf. 152. n. 98.

Et dixi in collect. mea commun. opin. verb. emphyteusa, & emphyteuta incumbit onus probandi se soluisse, late per Caphal. conf. 87. nu. 3.

### QVÆSTIO XXVIII.

#### S V M M A R I A.

- 1 Emphyteusis an transeat ad extraneos heredes?
- 2 Et quid si concessa sit nulla temporis præfinitione adiecta?
- 3 Et quid si concessa sit vsque ad certam generationem?
- 4 Et quid si concessa sit in perpetuum pro se & filiis?
- 5 Et quid si concessa sit expressa etiam pro extraneis heredibus?
- 6 Et quid si concessa sit simpliciter pro se, & heredibus?
- 7 Et an emphyteusis ecclesiastica de sui natura sit transitoria ad extraneos heredes?
- 8 Et quid si tempore concessionis non constabat bona esse ecclesie?
- 9 Et quid si emphyteusis ecclesiastica concessa sit pro se & heredibus quibuscunque?
- 10 Et quid si sit concessa pro se, & quibus dederit?

**Q**VÆRO, nunquid emphyteusis transeat ad extraneos heredes? Hæc est intricata, & ardua quæstio, in qua Dd. adeo varie loquuntur, ut veritas vix discerni possit. Tu igitur pro intelligentia terminorum debes præsupponere, quod quatuor modis potest aliqua res in emphyteusin cõcedi. Primo quidem simpliciter, id est nulla temporis præfinitione adiecta, puta concedo tibi hanc rem in emphyteusin. Et hoc casu tenendum est, quod talis emphyteusis, (quam nonnulli appellant informem) transeat ad filios, seu descendentes recipientis, etiam quod de illis in concessione nulla mentio facta sit: censetur enim facta concessio, non solum pro ipso recipiente, sed etiam pro illis heredibus, qui ex natura emphyteusis succedere solent. Et ita tenuit Pet. de Bellaper. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de leg. i. cuius opin. dicit esse communem Iaf. in d. §. si quis alicui. nu. 9. qui licet loquatur in emphyteusi concessa à Papa, vel Principe, idem tamen dicendum esset in concessa à quolibet priuato, & etiam ab ecclesia, modo concessio sit legitime facta: semper enim in dubio concessio debet potius censeris realis, quam personalis, nisi aliter de mente contrahentium appareat. Faciunt quæ dixi infra hoc eo. lib. §. feudum. q. 9. vers. Sed quid dicendum. Transibit ergo huiusmodi emphyteusis proculdubio ad filios, siue ad descendentes ipsius recipientis, & hoc siue concessa sit à laico, siue ab ecclesia. Ad extraneos autem transibit, si sit concessa à laico, sed si concessa sit ab ecclesia, transibit solummodo ad filios, & descendentes. Et hoc omnes fatentur, ut dicit Gozad. conf. 75. post nu. 9. Quæ quidem conclusio modicâ habet difficultatem, tenendo illam opinionem, quod emphyteusis ecclesiastica de sui natura nõ transeat ad extraneos a heredes, de quo infra late dicemus. Bene verum est, quod de stricto iure forte verior est opin. quod emphyteusis ecclesiastica simpliciter concessa, nulla facta mentione filiorum, nec heredum, finit in persona accipientis, ut est text. rotund. in §. emphyteusi. in Authent. de non alien. sed in practica non recedas à communi.

- 2 Secundo modo potest res transeat in emphyteusin concedi vsq; ad certam generationem, puta secundam, tertiam b vel quartam, & hoc casu cum certa sit dispositio, non est tractandum, an transeat ad extraneos heredes, ex quo solummodo ex tenore concessionis

vel inuestituræ sunt vocati descendentes recipientis, vsq; ad generationem expressam in ipsa concessione: & hoc indistincte procedit, siue emphyt. sit concessa à Principe, siue ecclesia, siue priuato. Quomodo autem intelligatur secunda vel tertia generatio, dixi infra q. 34.

Tertio modo concedi potest emphyteusis, vsq; ad certum annorum c numerum, puta, ad viginti, vel triginta annos, &c. Et hoc casu si quærat an transeat ad extraneos heredes, dicendum est, quod sic, vsq; ad illum numerum annorum præfinitu: & hoc proculdubio procedit in emphyteusi concessa à priuato; sed in emphyteusi ecclesiastica, si nulla esset facta mentio heredum extraneorum, de stricto iure idem forte dicendum esset, quod supra dictum est, quando emphyteusis concessa est nulla temporis præfinitione adiecta: æquius tamen & tutius est tenere quod vsq; ad illum numerum annoru transeat in quocunque.

Quarto modo potest cõcedi emphyteusis in perpetuum: & in hoc articulo pro clariori intelligentia distinguendi sunt tres casus.

Primus casus est, quando emphyteusis perpetua concessa est expresse pro se & filiis, & hoc casu nulla est difficultas, hæc enim solummodo transit ad descendentes, iuxta tenorem ipsius concessionis, non autem transit ad extraneos, neq; facio differentiam, an concessa sit pro se, & filiis, an autem pro se & filiis & heredibus, quia licet illa qualitas (heredibus) adiecta verbo (filiis) operetur, quod emphyteusis non possit transire ad filios, nisi etiam sint heredes recipientis, ut dixi infra q. 37. tamẽ quantum ad hoc propositum, de quo in præsentia tractamus, paria sunt, vel quod concessa sit pro se & filiis, vel pro se, & filiis, & heredibus, vel pro se & descendentes, & heredibus, vel huiusmodi; nam iis omnibus casibus nunquã transit ad extraneos heredes: & hoc indistincte locũ habet, tam in emphyteusi concessa à priuato, quam ab ecclesia. Et ita puto tenendum esse, licet nonnulli teneant contrarium.

Secundus est casus, quando emphyteusis perpetua concessa est expresse etiam pro heredibus extraneis, puta, quia in inuestitura seu concessione dictum sit, pro se, & heredibus quibuscunque, vel pro se & heredibus, & quibus dederit. Nam ex proprietate huiusmodi verborum veniunt etiã extranei heredes, ut in simili dixi infra hoc eod. lib. §. feudum. q. 9. vers. Hoc præmissõ. Et in hoc quidem ditto quendum est, inter emphyteusin concessam à priuato, vel concessam ab ecclesia. Nam si est concessa à priuato, proculdubio transit ad quoscunque heredes, etiam extraneos, ex tenore ipsius inuestituræ. Si vero est concessa ab ecclesia, tunc aut agitur de noua concessione, quia scilicet huiusmodi res non erat solita concedi in emphyteusin, & tunc si debita solemnitates requisitæ in alienatione rei ecclesiasticæ, ex dispositione sine exceptione, 12. q. 2. interueniant in tali cõcessione, proculdubio poterit talis concessio fieri etiam pro heredibus extraneis, ut dixi supr. q. 6. vers. Sed nunquid. & ideo etiam ad ipsos transibit, ut dixi infra vers. Sed quæro. Si enim potuisset ipsa res in totũ alienari, subsistente causa legitima, & debitis solemnitatibus interuenientibus, ut dixi infra §. emptio. multo magis potuit concedi in emphyteusin etiam pro extraneis heredibus, & sic alienari solummodo respectu vtilis domini: & hoc iudicio meo nullam habet difficultatem, si vero debita solemnitates nõ interueniant, concess-

concessio est ipso iure nulla. Et ideo superfluum est tractare, nunquid transeat ad extraneos, quia non valet, neque etiam in persona ipsius recipientis.

Aut vero erat solita concedi in emphyteusis, quo casu, quando propter cessationem, alienationem vel deteriorationem, vel aliter finita est emphyteusis, & sic res ipsa est ad ecclesiam reuersa, potest prælatus, etiam debitis solemnitatibus non interuenientibus, illam in emphyteusis iterum concedere: & tunc, Aut non erat solita concedi pro extraneis: & siquidem interueniunt debite solemnitates, & legitima causa, valet concessio etiam in extraneos, vt supra sapius dixi. Si vero non interueniunt, nulli dubium est quod non potest in hac renouatione concedi, ita vt transeat ad extraneos. Nam Prælatus non potest in huiusmodi renouatione alterare formam secundum quam res ipsa solita est in emphyteusis concedi, & si id faciat, vitiatur concessio, saltem quatenus forma solita excessa est, vt dixi supra in d. q. 6. vers. Scias tamen. Aut vero erat solita concedi etiam pro extraneis heredibus, & hoc casu siquidem interueniant debite solemnitates, potest iterum concedi etiam pro extraneis: militat enim eadem, imo fortior ratio, quæ in proximo casu. Vbi vero non interueniunt debite solemnitates, mihi magis placet, quod non possit concedi nisi pro descendentes recipientis, non autem pro extraneis: ad quod videnda sunt ea, quæ dixi infra vers. Præterea possit.

6 Tertius est casus, quando ¶ emphyteusis est simpliciter concessa pro se, & heredibus: & hoc casu pariter est distinguendum inter emphyteusis concessam à priuato, & emphyteusis ab Ecclesia. Nam siquidem est concessa à laico, transit in heredem extraneum & potest cuicumque legari & donari, etiam irrequisito domino; & ita communiter tenetur, vt dicit Calde. *conf. 6. sub Rubrica de locato*. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alex. in *l. si patroni, in fin. ff. ad Trebel.* quem refert & sequitur Gigas de *crim. lese Maest. lib. 2. in Rubrica de pœnis, q. 6. nu. 6.* Idem etiam dicit Alex. in *l. quod dicitur, nu. 26. ff. de verb. oblig.* quem refert Socin. iun. *conf. 59. nu. 8. lib. 2.* & in hoc nulla est inter Doctores controuersia. Punctus est quid in emphyteusis Ecclesiastica? multi enim tenuerunt, quod illa ad extraneos heredes non transeat, licet simpliciter pro se & heredibus concessa sit. Fundamentum autem istius opin. quia licet verbum, *Hereditibus*, de sui proprietate comprehendat tam extraneos heredes, quam descendentes, tamē (vt ipsi præsupponunt) regulariter emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non transit nisi ad descendentes, non autem ad extraneos heredes, secundum opin. quam dicit esse magis communem Imola in *l. ex facto, nu. 14. in fin. ff. de hered. instit.* quem refert & sequitur Ruin. *conf. 23. num. 34. lib. 5. & conf. 68. num. 10. eod. vol.* Alex. *conf. 23. num. 4. lib. 1. & conf. 9. lib. 2. & conf. 38. nu. 4. eod. volum.* & *conf. 89. nu. 1. lib. 4. & conf. 21. num. 11. lib. 5. & conf. 22. nu. 5. eod. volum.* & *conf. 129. num. 1. eod. volum.* & in *d. l. si patroni, in princip. nu. 6. ff. ad Trebel.* quem refert Apostil. ad Corlet. in verbo, *contractus, in singula, incip. Contractus.* Socin. *conf. 121. num. 18. lib. 4. quem refert Gratus conf. 55. num. 8. lib. 1. Ruin. conf. 48. num. 10. lib. 1. & conf. 117. n. 1. eod. volum.* & *conf. 148. num. 4. eod. volum.* & *conf. 161. n. 6. eod. volum.* & *conf. 162. num. 11. eod. volum.* & *conf. 168. nu. 2. eod. volum.* & *conf. 24. num. 12. lib. 5. & conf. 25. num. 12. eod. volum.* Ripa in *l. cum bona, nu. 14. ff. de priuileg. credit. eod. volum.* Gozad. *conf. 75. num. 9. Rimin. conf. 437. num. 3.* Et ideo

secundum ipsos illud verbum, *pro se, & heredibus*, positum in concessione vel inuestitura, ratione subiectæ materiæ, debet intelligi solummodo de descendentes, non autem extraneis. Regulariter enim, in quacunque materia, quæ de sui natura non est transitoria ad extraneos, appellatione heredum non veniunt extranei, secundum communem opin. de qua attestatur Dec. in *dict. conf. 171. num. 2.* Faciunt quæ in simili dicunt Doctores de feudo concessio pro se, & heredibus, vt dixi in *allegato §. feudum. quest. 83. in fin.*

Et in specie, quod emphyteusis Ecclesiastica simpliciter accepta, pro se & heredibus, transeat solummodo ad descendentes, non autem ad extraneos heredes, vltra præallegatos Dd. dicit esse communem sententiam Comen. *conf. 57. num. 1. & sequent. quem refert & idem affirmat Gozad. conf. 39. num. 6. & sequent.* Antonius Oldonius inter *conf. Rapha. Comen. conf. 11. num. 1. Alexand. conf. 56. num. 3. lib. 2. & conf. 83. num. 1. lib. 7. & in l. quedam. §. nihil interest. num. 6. de edendo. & in l. etiam. post num. 3. ff. solut. matrimon. prout illum refert Socin. iun. *conf. 11. num. 1. lib. 3. Bolognin. conf. 84. in primo dubio. Barb. conf. 63. quasi per totum conf. lib. 1. Dec. in cap. in presentia, post nu. 48. versic. Ex supradictis, de probat. quem refert Berous ibi, num. 386. Bertrand. conf. 173. num. 47. lib. 3. in 2. parte. Afflict. *decis. 100. num. 1.* vbi etiam dicit ita fuisse iudicatum in illo sacro consilio, quia in illa concessione emphyteutica non interueniunt debite solemnitates, quod not. Rubeus in *l. Gallus. §. quidam recte. num. 192. & sequent. ff. de liber. & posthum. Paris. in d. cap. in presentia. num. 104. Berous *quest. 19. num. 1. & sequent.* Et dicit Socin. iun. *conf. 71. num. 3. lib. 1.* quod ita communiter determinatur. Dicit etiam Imola in *c. potuit, num. 14. circa finem. de locato*, quod de consuetudine communiter istud seruatur, quem refert Corn. *conf. 67. in litera B. lib. 2. & conf. 165. colum. 3. in litera G. eod. volum.* & ita iam pluribus annis in facti contingentia consuluit collegium Papiense inter Abbatem sanctæ Mariæ de Procalia, & quendam Beneuentum Norarium, cuius consilii exemplum manuscriptum ego habeo, in quo pluries dicitur hanc opinionem proculdubio esse magis communem. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imò emphyteusis Ecclesiastica transeat etiam ad extraneos heredes, multi etiam tenuerunt, & quod plus est, Imola in *d. l. quod dicitur, post num. 8. versic. Circa primum vero. ff. de verb. obligat. sibi ipsi contrarius, dixit quod hæc est communis opin. gloss. & Doctorum, quem refert & sequitur Corn. *conf. 131. in litera Q. lib. 2. & conf. 173. in litera L. eod. volum.* Idem sensit Ziliolus de Cauitellis inter consilia Anchar. *conf. vltim. num. 8.* quod est subscriptum à multis illustribus viris illius temporis. Idem attestatur Alex. pariter sibi contrarius *conf. 189. post num. 19. vers. Secundo responderetur, lib. 2.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Corn. *conf. 13. in litera B. lib. 3.* quem refert compater meus Crauetta *conf. 251. num. 3. in fin.* licet ipse nihil firmiter. Refert etiam & sequitur Paris. *conf. 84. nu. 4. lib. 4.* & dicit Paris. in *conf. 85. nu. 17. lib. 4.* quod ita firmiter communitur Doctores; & dicit Soc. *conf. 266. n. 33. in fi. lib. 2.* quod hæc est magis communis opin. maxime modernorum Doctorum. Sed aduertendum est, quod fere omnes Doctores proxime allegati, loquuntur in casu, in quo emphyteusis Ecclesiastica esset concessa subistente legitima causa, & interuenientibus debitis so-****

lemnitatibus, quæ in rei Ecclesiasticæ alienatione requiruntur ex dispositione *d. c. sine exceptione. 12. quæst. 2.* Tunc enim ex quo res Ecclesiæ de sui natura possunt illis interuenientibus alienari in totum & in quoscunque, videbatur dicendum, quod emphyteusis ita concessa transire deberet etiam ad extraneos. Et ita ultra præallegatos hanc opin. dicit esse communem Por. in §. adeo. *Instit. de locato.* prout illum refert Curt. iun. *conf. 4. nu. 1.* refert etiam Gratus *conf. 55. nu. 28. lib. 1.* & Didac. in *d. cap. 17. vers. Quarta conclusio.* licet ego illum non inueniam ibi attestantem in hoc articulo de communi opin. præsertim *num. 3.* ubi loquitur in hoc proposito. Idem dicit Paris. in *d. cap. in præsentia. nu. 108.* Et secundum hanc opin. dicit Afflict. *decis. 386. post nu. 7.* quod vidit in consilio Regis Ferdinandi primi iudicatum, quod emphyteusis Ecclesiastica concessa seruatis seruandis, & canonicè pro se, & heredibus, transiret ad heredem institutum in testamento, exclusa Ecclesia. Quod est notabile verbum, propter auctoritatem illius sacri consilii. Et sic vides quanta in hoc articulo sit controuersia inter Scribentes. Breuiter, quando in concessione emphyteusis Ecclesiasticæ non sunt adhibitæ debitæ solemnitates, quæ in totali alienatione requiruntur, proculdubio tenendum est, quod huiusmodi emphyteusis ad extraneos heredes non transeat. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Curt. iun. in *conf. 130. nu. 4. in fin.* Quando vero interuenerunt debitæ solemnitates, non potest negari, quin passus sit valde periculosus: ego tamen in iudicando aut consulendo etiam hoc casu nõ auderem recedere ab illa opin. quod nõ transeat ad extraneos, quam absque controuersia arbitror esse magis communem, licet in puncto iuris forte cõtraria sit verior.

7 Et certe ego non video, quomodo Doctores tenentes hanc opinionem, quod scilicet emphyteusis Ecclesiastica concessa pro se, & heredibus, non transeat ad extraneos heredes, probent illud suum præsuppositum, adeo per omnes decantatum, & super quo fundatur tota eorum conclusio, quod scilicet de sui natura emphyteusis Ecclesiastica, nõ sit transitoria ad extraneos heredes: nam de iure canonico hoc nullibi dispositum reperitur, sed solummodo prohibetur concessio in emphyteusis perpetuam sine debitæ solemnitatibus, sicut & aliæ alienationes, vt in *c. nulli. de rebus Ecclesiæ non alien. & in cap. hoc consultiſimo. eod. tit. lib. 6.* quæ prohibitio generalis est, & vniuersimodè prohibet illius concessionem, in descendentes, sicut in extraneos. Text. autem in §. *emphyteusis. in Auth. de non alien.* super quo omnes se videntur fundare (pace tantorum patrum) non meretur allegari in hoc proposito: cum enim sit dispositio principis secularis circa res Ecclesiasticas, certum est, quod etiam si sit Ecclesiæ fauorabilis, non est attendenda, vt est indubitata, & communis omnium Doctorum opin. in *c. Ecclesia S. Mariæ. de constit.* de qua dixi supra *lib. 1. §. 1.*

Nec dicatur, quod imo lex Imperialis fauens Ecclesiis valet, & censetur approbata per Papam, nisi canon sit in contrarium, licet secus sit in constitut. inferioris, quia hoc procedit, quando lex esset generalis, simpliciter aliquid disponens, sed quando in ipsa lege specialiter aliquid prohibetur, vel disponitur, circa personas vel res Ecclesiasticas, tunc omnes concordant, quod non valet, neque ligat ex notorio defectu potestatis, vt dixi in *d. §. 1.* & ideo nemine discrepante concluditur in dicta Ecclesia sanctæ Mariæ,

quod totus titulus *C. de sacros. Eccles. & de Episcop. & cler.* est nullus, ex quo disponit circa personas, & res Ecclesiasticas, in quibus Imperator nullam habet potestatem, & tamen ille titulus continet leges Imperiales, & non Principis inferioris, prout etiam hanc esse communem opinionem attestatur Gratus *conf. 110. nu. 50. lib. 1.*

Et si dicatur, vt dicit Aret. quod ille §. *emphyteusis.* videtur receptus, & canonizatus per Papam in allegato *capit. nulli.* ubi etiam comminatur pœnas à constitutione Leonina comminatas, quæ constitutio Leonina dicitur esse *l. iubemus. C. de sacros. Eccles.* ad cuius interpretationem præsupponitur factam fuisse constitutionem Iustiniani positam in Authenticis, in qua est §. *ille emphyteusis.* dico quod hæc consideratio Aretin. (cum reuerentia tanti Doctoris) videtur nimis subtilis, nec potest meo iudicio sustineri: in primis enim dici posset, quod imo illa constitutio Leonina, de qua loquitur text. in *d. c. nulli.* non est *l. iubemus.* sed constitutio Leonis Papæ, de qua *12. q. 2.* & hoc dicere non esset peccatum, vt dicit Ioan. And. in *d. c. nulli. in vltim. verbis,* sed posito, quod Papa senferit de *l. iubemus.* vt ego etiam suspicor, certe illam non dicitur approbasse, nisi simpliciter comminando sacerdotibus pœnas ab illa lege laicis impositas; non autem approbando eius dispositionem. Præterea dato, quod illa *l. iubemus.* esset expresse, & in totum canonizata, non per hoc potest inferri ad §. *emphyteusis.* qui positus est in alia constitutione prorsus separata, & aliud disponente, & quæ videtur emanasse non ad interpretationem, vt dicit Areti. sed potius ad correctionem constitutionis Leoninæ, vt probatur ex verbis ipsius constitutionis *in princ.* ubi dicit; Sed eo quod non generaliter posita sit in omnibus, egere etiam ea quadam correctione credimus, licet gloriæ exponat correctionem pro supplementatione. Si ergo non reperitur iure cautum, quod emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non sit ad quoscunque heredes etiã extraneos transitoria, & consequenter, si nihil in emphyteusi speciale constitutum est, aliter quam in aliis alienationibus rerum Ecclesiasticarum, videtur dicendum quod sicut, si esset interuenientibus debitæ solemnitatibus vendita, seu donata res Ecclesiæ alicui pro se, & heredibus, proculdubio etiam ad extraneos transeat, ita etiam, si eo modo res Ecclesiæ in emphyteusis concedatur alicui pro se, & heredibus, debet etiam ad extraneos heredes transire.

Et si dicas (prout etiam nonnulli Doctores in hoc proposito considerant) quod ex quo emphyteusis Ecclesiastica concessa in perpetuum sine debitæ solemnitatibus est ipso iure nulla, vt est text. in *d. c. nulli non videtur tractandum,* an eo casu transeat ad extraneos heredes, quia cum sit inualida, non transit neque ad filios, imo neque etiã valet in primo recipiente, & ideo consideratio eorum, qui in hoc proposito distinguunt inter emphyteusis concessam cum debitæ solemnitatibus & concessam sine solemnitatibus debitæ, videtur esse insipida. Posset responderi, quod solemnitates, de quibus in *cap. sine exceptione.* licet de iuris rigore essent seruandæ in concessionibus emphyteuticis, tamen hodie non seruantur, & nihilominus de consuetudine valent ipsæ concessiones. Ita in specie dicit, & de ipsa consuetudine attestatur Spec. *de locato. in d. §. nunc aliqua. versic. Sexto queritur.* subdens, quod Ecclesia Romana talem consuetudinem dissimulat, & patitur, & hoc videtur

debita

tur sufficere ad hoc, vt teneat contractus. Attestatur etiam Azo in *summa. C. de sacros. Eccles. in fin.* dicens: quod hodie de consuetudine Abbates cum suo Collegio tradunt indistincte res Ecclesiasticas in emphyteufin, quem refert Apostil. ad Abb. in *d. c. in presentia. sub nu. 28.* quæ verba Speculatoris & Azonis, qui & in practica & in Theorica sunt apud omnes maximæ auctoritatis, iudicio meo sunt valde notanda in hoc proposito. Possent enim dici, quod si quidem interuenerunt debita solemnitates iuxta *tex. in d. c. nulli. & d. c. sine exceptione.* transibit ad extraneos heredes; si vero non interuenierunt, quo casu nihilominus valet ex generali consuetudine, iuxta doctrinam Speculatoris & Azonis supra allegatam, nō transibit ad extraneos. Neq; obstat, quod solemnitates requisitæ in alienatione rerum Ecclesiasticarum non possunt consuetudine tolli, nec diminui, vt dixi in *d. §. emptio.* quia illud procedit in totali alienatione, secus autem in cōcessione emphyteutica, quæ est minoris præiudicii, vt de se patet. Et ideo Spec. in *loco præallegato* tenet, quod talis consuetudo valeat, tanquam utilis Ecclesiæ, vt cum minori solemnitate possint facilius contractus facere, quod est multum rationale, præsertim cum ex tolerantia summi Pontificis videatur cōsuetudo ipsa per tantum temporis spatium sedis Apostolicæ auctoritate roborata.

Præterea posset etiam aliter poni exemplum de emphyteufi Ecclesiæ, quæ sit concessa sine debitis solemnitatibus, & tamen valeat, puta, quando est res solita concedi in emphyteufin, quæ ad Ecclesiam est reuerfa: nam omnes Dd. hoc casu concordant, quod potest illam Prælati de nouo in emphyteufin concedere, etiam non adhibito consensu capituli, neque seruatis aliis solemnitatibus in rei Ecclesiasticæ alienatione requisitis, vt dixi sup. in *d. q. 6.*

Quidquid tamen disputando dici posset, transeo indistincte cum sententia magis communi, quod scilicet emphyteufis Ecclesiastica concessa pro se, & heredibus siue cum debitis solemnitatibus, siue sine illis concessa sit, nunquam tranfit ad extraneos heredes, sed tantummodo ad filios siue descendentes ipsius recipientis, nisi ultra debitas solemnitates expresse concessa fuerit etiam pro heredibus extraneis, vel in ipsa inuestitura apposita sint talia verba, quæ hoc importent, puta, *pro se, & quib. dederit, vel, pro se, & heredibus quibuscunque, &c.* vt inferius dicam.

Vnum tamen scias in hoc proposito, quod si forte non constabat bona in emphyteufin concessa fuisse Ecclesiæ, & per ipsam cōcessionem recognita sunt ab Ecclesia, eo casu utique, etiam si concessio esset simpliciter facta pro se, & heredibus, transfret etiam ad extraneos heredes: & hoc absque aliquo contradicte procedit, vt dicit Grat. in *allegato conf. 55. n. 29. lib. 1.* Debet enim Ecclesia contentari, quod senserit commodum ipsius recognitionis, cum aliter probare non posset bona ad se pertinere, absque eo, quod velit ea ab heredibus recipientis, licet extraneis auferre.

Sed quæro, quid si ab Ecclesia concessa sit emphyteufis alicui pro se, & heredibus quibuscunque, nunquid huiusmodi emphyteufis transibit ad extraneos heredes? Resp. quod si debita solemnitates in cōcessione interuenierunt, transibit etiam ad extraneos heredes. Et hæc est cōmunis opin. vt ait Didac. in *d. c. 17. post nu. 5. vers. Quin & si emphyteufis.* qui ad hoc propositum multos allegat, qui tamen loquuntur in

feudo, de quo plenius dixi in *d. q. 9. vers. Hoc præmissio.* Conclusio tamen est in se vera, & communis, quia nulli dubium est, quin verbum, *Quibuscunque,* comprehendat etiam extraneos, in quacunque materia positum sit. Et hoc omnes pene fatentur.

Idemq; & multo fortius dicendum esset, vbi concessio facta fuisset pro se, & heredibus, & quibus dederit. Nam hæc verba, *Et quibus dederit,* comprehendunt non modo extraneos heredes vniuersali titulo venientes, sed etiã singulares successores. Et ita hanc opin. dicit esse communem Curt. iun. *conf. 4. post nu. 1. vers. Sed quoniam. & conf. 130. nu. 2.* vbi dicit, quod ita cōcludunt communiter Scribentes; & in *Auth. res quæ. num. 24. C. communia de lega. &* hæc omnia nota, quia quotidie contingunt in practica. Vbi tamen in ista materia aliquis casus de facto tibi contingat, recurre semper ad consuetudinem ciuitatis, vel prouinciæ, in qua concessio ipsa facta est, & secundum illam iudicando non errabis. Illa enim præcipue est attendenda; & ita dicunt omnes Doctores, vt ait Felin. in *d. c. in presentia. nu. 27. in fin.* licet non sit omnino expeditum, quod consuetudo possit inducere, vt res Ecclesiæ possint in emphyteufin concedi absque iusta & rationabili causa. Si tamen esset consuetudo, quod emphyteufis legitime concessa non transfret ad extraneos, vel ad foeminas, vel huiusmodi, deberet talis consuetudo proculdubio obseruari. Et hæc est communis opin. vt ait Berous in *d. c. in presentia. n. 391. in fr.*

## ADDITIONES.

a *Non transeat ad extraneos heredes.*) Et de ista communi dixi plene in *colloc. mea com. opin. in verbo, emphyteufis, nu. 2.* vbi etiam limitauit.

b *Tertiam.*) Verum emphyteufis Ecclesiastica non potest concedi ultra tertiam generationem, quod fallit, si concederetur alteri Ecclesiæ. Ruin. *conf. 110.* Item quando concederetur ciuitati? Item quando ex causa, quæ esset utilis Ecclesiæ? de istis duabus limitat. vide per Anch. *conf. 101.*

c *Vsq; ad certum annorum numerum.*) Et hic scias, quod emphyteufin habens vsque ad tempus mortis duraturam, si eam alteri legat, legatio secundum communem nihil debet, vt attestatur Rol. *conf. 71. nu. 19. vol. 2. &* dixi in *colloc. mea commun. opin. in verb. emph. nu. 14.*

d *Quod non transeat.*) Ad idem vide per Ruin. in *conf. 158. num. 4.* Goza. *conf. 39. &* latius *conf. 86.* Car. Paril. in *conf. 85. lib. 4.* Item quod non transeat, Anchar. *conf. 134.* plene item an transeat ad extraneos heredes, vide Socin. in *conf. 266. colum. 16. 17.* per Dec. in *conf. 171.* Curt. iun. *conf. 4. &* 130. Casiren. *conf. 230. lib. 1. &* omnino *conf. 190. Viseo instrumento, in 2. latissime per Rip. tract. de peste, num. 255.* Corn. *conf. 76. vol. 2.* Ruin. 117. & 161. vbi distinguit, Alex. *conf. 63. lib. 7.* Barb. in *conf. 63. volum. 1.* Emphyteufis tamen Ecclesiæ non transfret ad nepotem legitimum, natum ex filio naturali, per Ruin. *conf. 158.* item an emphyteufis Ecclesiastica transeat ad legitimum? vltra Dec. in *d. conf. 171. &* 164. vide per Affl. *de decif. 386.* Boet. *decif. 123.* Tiraq. *tract. de nobili. fol. 200. nu. 17.* & dixi in *reg. meis in verb. legitimatus,* plenius. Item quod non transeat, quando sumus in dispensato & non legitimito, Ruin. *conf. 72. col. 2.* item nec quando filii legitimi & naturales haud fuere in tali legitimatione: *ibid.* Sed an transeat ad descendentes? vide Iaf. in l. Gallus. §. *Et si parentes. ff. de liber. & posthu. in l. qui se patris. in gloss. pen. C. vnde liberi. &* in l. si mancipati. C. de col. Et hic scias quod emphyteufis Ecclesiastica concessa vni priuato, si de consensu Ecclesiæ ille priuatus nouum faciat Emphyteutā, mutat naturam suam, & reputatur ille emphyteuta priuati, per Ruin. *conf. 168.* & quod transeat ad filios etiam si de illis nil dicatur, vide per Craue. in *conf. 151. col. 2.* Brun. in *tract. quod stan. masc. exclud. fam. 8. q. 1. num. 22.* Dec. *co. conf. 171. n. 4.* Ruin. 4. & 16. Et vide per Anch. *conf. 125.* qui vult, quod non transeat etiam in casu testati. Goza. *conf. 20.* voluit contrarium; vnde vide per Soc. iun. in *conf. 104. lib. 2. in princ. &* per Boet. *decif. 17.* item si filia renunciauit patri propter fratres bonis, & mortui sint fratres, q̄ renunciatio tali casu haud profit Ecclesiæ, vide per Craue. *conf. 291. col. 3.*

Et maxime quando non apparet de instrumento emphyt. quia sic ad filium, quia præsumitur. Car. Paris. in *conf. 85. vol. 4.* Emphyteusis Ecclesiastica quod transeat ad heredem institutum in re certa, & ad eum etiam qui fuit institutus in quinque solidis, dummodo sit de liberis excluso herede vniuersali extraneo: vide per Ruin. *conf. 158. sed fallit, vt per eund. conf. 186. col. fin.* Et in emphyteusi Ecclesiastica quando sumus, an valeat statutum disponens super eius successione & super domino eius? vide per Ruin. *conf. 149.* vbi etiam an eo casu attendatur magis pactum stipulatoris quam statutum. Et an emphyteusis Ecclesiastica accepta pro se & filiis & nepotibus si ex ipsis vnus ingrediatur monasterium, reuertatur ad Ecclesiam? vide Ruin. *conf. 151. nu. 22.* vbi quid si adesset pactum, quod non transeat ad monasterium. Et quid de emphyteusi priuati, an transeat ad Monasterium, si emphyteuta ingrediatur monasterium? Anchar. *conf. 156. questio talis est, cum duob. seqq.* vbi quod etiam si transit quando mutet naturam suam & dici debeat Ecclesiastica, vide: & emphyteusis renouatio an fieri debeat legitimito in emphyteusi Ecclesiastica? vide Ruin. *conf. 164.* Emphyteusis Ecclesiastica quod renouari debeat, si Ecclesia inhabilis sit ad restituendum expensas emphyt. Bald. *conf. 475.*

### Q V Æ S T I O XXIX.

#### S V M M A R I V M.

*Emphyteusis an veniat in confiscationem bonorum, & consequenter an transeat in fiscum?*

**S**UCCESSIVE quæro, nunquid confiscatis bonis emphyteuta, emphyteusis transcat in fiscum? Respond. aliqui simpliciter dicunt, quod bona emphyteutica non transeunt in fiscum. Et hanc opin. dixit esse communem Boer. *decis. 378 nu. 7.* Bart. autem in *l. si finita. §. si de vectigalib. nu. 6. ff. de damno infect.* distinguit, quod aut agitur de emphyteusi Ecclesiastica, & tunc Ecclesia potest illam à fisco repetere indubitanter: aut agitur de emphyteusi concessa à priuato, & tunc siquidem ex natura conuentionis, siue inuestituræ, est transitoria etiam ad extraneos heredes, transit etiam in fiscum, si vero non transiret ad extraneos heredes, non transit in fiscum. Et hanc opinionem Bart. dicit esse communem Apostil. ad *Angel. de maleficiis. in verbo, Et eius bona, nu. 16.*

Tu dic, quod siquidem emphyteusis est simpliciter concessa à priuato, non videtur dubitandum, quin transeat in fiscum, sicut & alia bona ipsius delinquentis. Illa enim proculdubio de sui natura transit ad quoscunque heredes etiam extraneos, vt dixi supr. *quest. prox. vers. Tertius est,* & ideo transit etiam in fiscum. Si vero in ipsa concessione apposta sunt aliqua verba, ex quibus apparet contrahentes noluisse emphyteusin ad extraneos heredes transire; tunc non transibit in fiscum, qui est loco extranei heredis. Et ita communiter concluditur, vt dicit Alex. *conf. 32. nu. 5. lib. 1. quod est duplicatum conf. 88. lib. 3.* quem refert Apostil. ad *Rim. conf. 21. sub nu. 7.* Idem dicit Alex. *conf. 89. nu. 2. lib. 4.* in emphyt. autem Ecclesiastica aliqui simpliciter tenent, quod illa non transit in fiscum, & dicit Ruin. *conf. 161. nu. 7. lib. 1.* quod ita communiter concluditur. Hanc etiam opin. dicit esse communem Soc. *conf. 121. nu. 18. lib. 4.* Cum enim secundum magis communem opin. emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non transeat ad extraneos heredes, vt retuli supra *q. prox. merito non debet in fiscum transire.* Regulariter enim, quæ non transeunt ad extraneos heredes, non transeunt in fiscum, vt tenent omnes, teste Soc. in *d. conf. 121. nu. 17.* Aliqui vero tenent, quod imo emphyteusis Ecclesiastica ex ipsa bonorum confiscatione transeat in fiscum, sed quod deinde sit in arbitrio ipsius Ecclesiæ, an velit rem ipsam apud fiscum dimittere, an autem ab eo auferre, & hanc dicit videri ma-

gis communem sententiam Ruin. *conf. 23. nu. 33. lib. 5.* quam in effectu videtur tenere Bart. & alii in *d. §. si de vectigalibus.*

Breuitur, si emphyteusis sit concessa tali modo, quod non sit transitoria ad extraneos heredes, res nullam habet difficultatem. Nam argumentum optime procedit negatiue, scilicet si emphyteusis non transit in extraneum heredem, neque etiam transit in fiscum, qui est loco extranei heredis, vt dixi in *lib. 7. §. fiscus.* & hoc siue sit concessa ab Ecclesia, siue à priuato. Si vero emphyteusis sit ad extraneos transitoria, tunc siquidem est concessa à priuato, procedit argumentum etiam affirmatiue, vt scilicet si transit in extraneum, transeat etiam in fiscum, vt supra dictum est. Sed si est concessa ab Ecclesia, mihi magis placet illa opinio, quod fauore Ecclesiæ in fiscum non transeat. Certum est enim, quod ex eo efficeretur conditio ipsius Ecclesiæ longe deterior, cum proculdubio fiscus sit potentior quam priuatus, non solum difficultate conueniendi, sed etiam ex infinitis priuilegiis, quæ habet, præsertim quia nunquam esset spes caducitatis, cum semper fisco competat in integrum restitutio, neque quod propter suam lineam res ad Ecclesiam reuertetur, quia fiscus nunquam moritur: neque est aliquo modo verisimile, quod Ecclesia eo animo aliquam rem in emphyteusin concedat, vt possit casus euenire, propter quem ad ipsam res emphyteutica vltimus non reuertatur, quod esset in maximum ipsius Ecclesiæ detrimentum. Teneo ergo, quod emphyteusis Ecclesiastica nullo modo in fiscum transeat, & licet in puncto iuris multa dici possent, hæc opinio, iudicio meo, est tutior & æquior, & etiam magis communis. Et in omnem casum, dato, quod verior esset contraria opin. quod scilicet emphyteusis Ecclesiastica in casibus, in quibus transit ad extraneos heredes, transeat etiam ad fiscum, quam multi etiam tenent, non est dubitandum, quin Ecclesia possit intra bienniū illam à fisco repetere, si velit, vt est text. expressus in *§. 1. in Athen. C. de alienat. emphyt.* & est magis communis opin. vt superius dixi. Et licet ille text. videatur loqui in emphyteusi concessa ab Ecclesia Constantinopolitana; tamen communiter intelligitur, vt disponat in concessa etiam à quacunque alia Ecclesia, teste Alex. in *d. §. si vectigalibus. post nu. 30.* & si dicatur quod ille text. cum sit constitutio Imperatoris, disponens specialiter circa res Ecclesiasticas, non est attendenda, iuxta ea quæ dixi supra *q. prox. vers. Nec dicatur.* Resp. quod quantum ad hoc propositum, bene potuit Imperator disponere concedendo Ecclesiis priuilegium in præiudicium sui fisci. Nam etiam circa res Ecclesiæ possunt quicunque Principes laici disponere, priuilegium concedendo, vt omnes concludunt in *c. Ecclesia sancta Maria. de constitut.*

#### A D D I T I O N E S.

- a Ecclesiastica. Adde quod emphyteusis ecclesiastica secundum magis communem opinionem non transit in fiscum, vt dicit Rolan. *conf. 96. nu. 10. post Soci. in conf. 121. n. 18. vol. 4.* & dixi in *collect. mea. commun. opin. verbo, Emphyt. nu. 8.*  
b Non transit in fiscum. Vt dixi modo supra.

### Q V Æ S T I O XXX.

#### S V M M A R I V M.

*Filii naturales an succedant in emphyteusi?*

**Q**VÆRO, an filii naturales succedant in emphyteusi? Resp. aut emphyteusis est acquisita ab Ecclesia, & non succedunt naturales. Ita tenet Bal. in *l. generaliter. §. cum autem. num. 1. C. de institut. & substit.* & est

& est communis opin. vt dicit Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus el. 1. nu. 62. ad Trebell. Paris. c. in presentia. nu. 86. de probat. Huiusmodi enim filios ex legitimo coitu conceptos Ecclesia maxime abhorret, & ideo non videtur de illis cogitasse. Aut vere est acquisita à priuato, & tunc utiq; filii etiam naturales b admittuntur. Ita dicunt Dd. in locis præallegatis, & est communis opin. vt ait Dec. in d. cap. in presentia. nu. 46. Ripa in d. l. ex facto. §. si quis rogatus el. 1. nu. 58. Rubeus in l. Gall. §. quidam recte. nu. 154. & seq. Paris. in d. c. in presentia. nu. 87. Regulariter enim in contractibus filiorum appellatione veniunt etiam naturales, vt dixi supra lib. 2. §. filius.

ADDITIONES.

a Ab Ecclesia.) Item de ista communi, vide Rimin. iun. consil. 447.

b Naturales.) Hic scias, ad hoc, vt quis dicatur proprie naturalis tantum, tria copulatiue requiri. Quod sit natus ex soluto, & soluta: quod mulier vnica concubina sit, & non inter plures annumerata: tertio quod sit in domo retenta, vt dixi in sing. meo 37. verum large dicitur naturalis secundum communem usum loquendi omnis natus ex soluto & soluta, & quilibet spurius, vt dixi in collect. mea commun. opin. in verb. naturalis. sed hoc procedit in spurio nato ex solutis, inter quos matrimonium existere potuisset, qui iure canonico est naturalis, vide ibid. fusius.

QVÆSTIO XXXI.

SVMMARIVM.

Legitimi an succedant in emphyteufi?

1 a QVÆRO etiam, an filii legitimi t succedant in emphyteufi? Respon. in emphyteufi concessa à priuato admittuntur etiam legitimi. Ita tenet Bald. in d. §. cum autem, allegato in præced. quæst. & est communis opin. vt dicit Rubeus in d. §. quidam recte post nu. 106. Si enim admittuntur etiam naturales, vt dixi supra quæst. prox. multo magis admittendi sunt legitimi, qui regulariter æquiparantur legitimis, vt dixi in d. §. filius. Si verò sit emphyteufis concessa ab Ecclesia, non admittuntur legitimi, vt tenet Bald. in allegat. §. cum autem. num. 2. & est communis opinio, vt dicit Iaf. in eod. §. cum autem nu. 9. Gratus cons. 79. circa nu. 14. lib. 1. Licet enim æquiparentur legitimis, non tamen dici possunt vere legitimi.

ADDITIONO.

a Legitimi succedant in emphyteufi.) Sed quid de legitimis per subsequens matrimonium? vide infra §. feudum. q. 82. vers. item quæro. vbi dixi.

QVÆSTIO XXXII.

SVMMARIA.

- 1 Filia femine an succedant in emphyteufi? Et quid si concessa sit pro se, & heredibus? ibid.
- 2 Et quid si concessa sit pro se, & filiis?
- 3 Et quid si extet statutum, quod extantibus masculis femine non succedant?

1 a QVÆRO nunquid filia t femina a succedant in emphyteufi? Respon. in hoc articulo variæ fuerunt aliquando Doctorum sententiæ. Tu vero dic, quod emphyteufis de sui natura est transitoria in feminas, sicut in masculos: non enim reperitur iure cautum, quod femina non debeat succedere in emphyteufi, vt masculus. Et licet aliqui in hoc proposito distinguant inter emphyteufin Ecclesiasticam, & emphyteufin concessam à priuato, vt scilicet hæc transcant etiam in feminas, illa vero in masculos tantum: verior tamen est opin. quod etiam emphyteufis Ecclesiastica de sui natura est transitoria ad feminas,

sicut ad masculos: quam etiam dicit esse communem Berous in c. in presentia. nu. 401. & sequen. de probat.

Hæc tamen conclusio intelligenda est vt procedat, quando verba ipsius concessionis de sui proprietate apta sunt comprehendere tam feminas, quam masculos: puta, quia concessa sit pro se, & heredibus: hæc enim proculdubio transit ad descendentes feminas, sicut masculos. Et ita tenent magis communiter Dd. vt ait Berous q. 18. in princ.

Sed quid si fuerit concessa pro se t filiis? Resp. 2 quod hoc casu non veniunt filia femina. Ita dixit Guido de Suz. in l. veteribus. ff. de pactis. Quæ decisio communiter approbatur, vt ait Dec. in d. c. in presentia. post nu. 46. Hanc etiam dicit esse communem Iaf. in l. si quis id quod. n. 23. ff. de iurisd. omn. iud. Dec. in l. 2. nu. 104. ff. de regul. iur. quem refert Apostil. ad Rim. cons. 121. sub nu. 4. Didac. lib. 2. resolut. c. 18. nu. 1. in cōtractibus b enim masculinum non concipit femininum, vt infra lib. 7. Et ideo generaliter in contractibus appellatione filiorum non veniunt femina; vide tamen ea quæ dixi eod. lib. 7. §. filius. Quia reuera hæc decisio mihi nunquam placuit.

Sed pone, stat statutum t in loco, quod extantibus 3 masculis femina non succedant: modo aliquis accepit emphyteufin pro se, & filiis masculis, & feminis, nunquid admittentur simul femina cum masculis ad huiusmodi emphyteufin? Resp. quod non, sed prius admittuntur masculi, & in defectu masculorum femina. Ita dicit Bart. in l. vt iurifurandi. §. si liberi. nu. 5. ff. de oper. liber. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Curt. iun. cons. 171. post nu. 3. Et dicit Brun. de statuto excludente feminas, in 8. art. qu. 21. col. 2. quod hæc conclusio tanquam communis est tenenda. Semper enim censentur contrahentes conformare se dispositioni statutorum, secundum conclusionem, quam dicit esse communem Curt. iun. in d. cons. 171. nu. 2. Faciunt ea quæ dixi supra, lib. 3. §. testamentum. qu. 76. in 6. reg. vers. scias tamen.

ADDITIONES.

a Femina.) Item an in emphyteufi masculinum concipiat femininum? vide per Iaf. in l. 2. C. eod. nu. 193. Et an valeat pactum, quod filia succedat in emphyteufin, si tamen nupserit alicui subdito domini? vide per eund. ibid. n. 123. Nota tamen, quod femina expresse exclusa per statutum, etiam exclusa intelligitur à bonis emphyt. Ecclesiasticis, super quibus statutum potest disponere: commune ait Paris. cons. 22. nu. 8. lib. 2. & in collect. mea commun. opin. verb. Femina nu. 28.

b In contractibus.) Et quod in contractibus masculinum non concipiat femininum, commune attestatur Rol. in consil. 93. nu. 12. & 17. vol. 2. & magis commune, vide etiam ibid. ex Alex. Item commune etiam per Beninten. dec. 52. in princip. qui assignat rationem & de hac communi; vide fusius in collect. mea commun. opin. verbo Masculinum, sub num. 4. vbi etiam istud procedit in contractibus onerosis, non autem in procedentibus ex liberalitate.

QVÆSTIO XXXIII.

SVMMARIVM.

Si emphyteuta ingrediatur religionem, nunquid emphyteufis transeat in monasterium?

QVÆRO, nunquid si emphyteuta t ingrediatur religionem, emphyteufis transeat in monasterium? Respon. Iaf. in l. 2. nu. 200. C. de iure emphyt. dicit, quod solet communiter cōcludi, quod quando emphyteuta ingreditur religionem, emphyteufis accepta à priuato transit in Ecclesiam, sed si sit emphyteufis concessa ab alia Ecclesia, tunc si illa Ecclesia, quæ est domina directi, vult illam ad se reuocare, potest

hoc facere, alias transit in Ecclesiam; ego teneo indistincte in emphyteusi, quæ non sit absolute & simpliciter hereditaria, quod siue sit concessa ab Ecclesia, siue à priuato, non transeat in monasterium: efficeretur enim valde deterior cōditio domini directi, cum non subesset spes vlla caducitatis; neq; quod propter finē lineæ res amplius ad ipsum reuēteretur. Et quod emphyteusis etiam concessa à priuato non transeat in monasterium, dicit esse communem opin. (ni fallor) Paris. in d. c. in presentia. nu. 196. de probat. vel saltem dicendum est, quod in omnem casum Ecclesia tenebitur illam vendere infra annum alteri priuato: Et ita obseruari de consuetudine attestatur Specul. in dict. §. nunc aliqua. quæst. 117.

### Q V Æ S T I O XXXIV.

#### S V M M A R I V M.

Quomodo intelligatur in inuestituris emphyteuticis tertia & quarta generatio.

**T**VLcis, quod quotidie in inuestituris emphyteuticis ꝑ solent apponi illa verba, *Vsq; in tertiam generationem*: vel, *Vsq; in quartam*, vel huiusmodi. Quæro, quomodo intelligatur ista tertia, vel quarta generatio? Resp. in hoc secundum aliquos consideranda sunt verba ipsius inuestituræ, vt si quidem illa simpliciter concepta sunt, puta, concedo tibi hoc feudū in emphyteusin in tertiam generationem; computetur etiam persona ipsius acquirentis, & sic ipse faciat primam, filius secundam, & nepos tertiam generationē, ideoque mortuo nepote sit extincta emphyteusis. Si vero apposita sint aliqua verba, ex quib. appareat esse distinctam personam acquirentis ab illis descendentibus, puta, quia dictum est, concedo Titio in emphyteusin vsq; in ipsius tertiam generationē: eo casu filius faciat primam, nepos secundam, & pronepos tertiam. Et ita in facto consuluit Bart. vt dicit Bald. in Auth. si quas ruinas. nu. 3. vers. iuxta hoc quæro. C. de sacros. Eccl. quem omnes indifferenter sequuntur, vt ait Bello. conf. 80. nu. 7. vbi etiam dicit, quod hoc casu hæc opinio est communis & indubitata. Sed certe licet hoc vltimo casu proculdubio opin. Bartol. sit vera: tamen hæc differentia mihi nunquam placuit, quia illud verbum, *ipsius*, vtique; erat necessario subintelligendum, etiam si expressum non fuisset, cum nemo generet seipsum, vt etiam considerauit Paul. de Castr. conf. 338. nu. 1. & 2. lib. 2. vbi dicit, quod mirandum est de illa determinatione Bart. & si bene contumērentur auctoritates, forte etiam opin. contra Bart. est magis communis, scilicet quod inter generationes expressas in cōcessione emphyteusis, nūquam computetur persona ipsius recipientis, quocunque modo concepta sint verba inuestituræ.

Idemq; & multo fortius dicendum est, vbi cōcessa esset emphyteusis Titio vsque in tertiam generationem expletam: hoc enim casu proculdubio comprehenduntur etiam pronepotes. Et ita communiter tenetur, vt ait Ruin. conf. 166. nu. 6. lib. 1. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alex. conf. 125. lib. 5. prout illum refert Gozad. conf. 25. num. 17. & in hoc nulla est difficultas.

### Q V Æ S T I O XXXV.

#### S V M M A R I V M.

Quo ordine succedatur in emphyteusi concessa pro se, & filiis, & nepotibus?

**Q**VÆRO, pater acquisiuit ꝑ emphyteusin pro se, & liberis, vel pro se, & filiis & nepotibus suis, &c.

quo ordine erit succedendum in huiusmodi emphyteusi? Resp. quod pater censetur stipulatus ipsam emphyteusin ordine successiuo, scilicet primo sibi, deinde filiis, deinde post filios nepotibus suis. Ita tenet Bart. in l. quod dicitur. n. 6. ff. de verb. oblig. & ita interpretatur communis obseruatio, vt dicit Corn. conf. 46. in litera D. lib. 3. quem refert Dec. conf. 239. post n. 3. vers. Tertio principaliter. & conf. 607. nu. 10. & conf. 662. post nu. 2. Vide in hoc proposito ea quæ dixi supr. lib. 3. §. testamentum. q. 80.

### Q V Æ S T I O XXXVI.

#### S V M M A R I A.

- 1 Nepos ex filia fœmina an succedat in emphyteusi concessa vsque in tertiam generationem?
- 2 Et an filius masculus ex filia fœmina admittatur ad emphyteusin concessam pro se, & filiis masculis, vel pro se, & descendentes virilis sexus?

**Q**VÆRO, concessa est alicui ꝑ emphyteusis vsq; in tertiam generationem, nunquid in ea succedet nepos ex filia fœmina? Resp. quod licet. Ita consuluit D. Marian. Socin. senior in quodam suo consilio, quod arbitrator nō esse impressum, vbi attestatur, hanc esse communem opin. quem refert & sequitur Corn. conf. 219. in litera G. lib. 2. & cum hac sententia ego quoque tracto, vbi verba inuestituræ essent apta comprehendere fœminas, sicut masculos. Sed si emphyteusis esset concessa pro se, & filiis, & nepotibus masculis vsq; in tertiam generationē, crederem hoc casu non comprehendi nepotem masculum ex filia fœmina. Nam vbiq; aliquid conceditur pro descendentes masculis, non sufficit quod volens admitti sit descendens, & masculus, sed requiritur etiam, quod descendat ex masculo, vt eleganter declarat Paul. de Castr. conf. 190. nu. 4. lib. 2.

Pone ergo, quod quis ꝑ acceperit emphyteusin pro se, & filiis masculis, vel pro se, & descendentes suis, virilis sexus, vel per virilem sexum, nūquid comprehendetur nepos masculus ex filia fœmina? Resp. quod non. Ita tenet Specul. in §. nunc aliqua. qu. 146. & est communis opinio, vt dicit Ias. in l. Gallus. §. nunc de lege nu. 10. ff. de liber. & posthu. Gratus conf. 120. nu. 16. lib. 2. Apparet enim his casibus concedentem habuisse respectum ad lineam masculinam tantum, & ideo neq; fœminæ, neque masculi ex eis descendentes sunt admittendi, vt supra statim dixi.

### Q V Æ S T I O XXXVII.

#### S V M M A R I A.

- 1 Emphyteusis concessa pro se, & filiis, nunquid transeat ad ipsos filios, etiam si non sint heredes patris?
- 2 Et quid si sit concessa pro filiis & heredibus?
- 3 Et quid si repudient patris hereditatem, an possint retinere emphyteusin?
- 4 Et quid si concessa sit simpliciter vsque in tertiam, vel quartam generationem?

**Q**VÆRO, nunquid emphyteusis ꝑ accepta pro se, & filiis, transeat ad ipsos filios, etiam si nō sint heredes patris? Resp. aliqui distinguunt inter emphyteusin ecclesiasticam, & emphyteusin cōcessam a priuato, vt scilicet ista, quæ de sui natura transit etiam ad extraneos heredes, censetur concessa filiis & heredibus, illa vero, quæ de sui natura non transit ad extraneos, censetur concessa filiis, vt filiis, non autem vt heredibus. Et hanc opin. dicit esse communem Alexan. conf. 129. nu. 2. lib. 5. Tu a dic, quod aut emphyteusis

sis est concessa simpliciter, & absolute pro se, & filiis, nulla heredum mentione facta, & tunc indistincte tenendum est quod transeat ad filios, etiam si non sint heredes patris, prout etiam indistincte ita dicit Bart. in d.l. vt iurisurandi. §. si liberi. num. 4. ff. de oper. libert. & est communis opin. vt dicit Alex. conf. 8. num. 1. libr. 3. & conf. 119. n. 4. lib. 5. quem refert Ias. in l. quod dicitur. nu. 29. ff. de verb. oblig. & Ioan. Dilect. de arte testandi. tit. 11. caut. 10. post n. 1. & Ruin. conf. 48. nu. 4. lib. 1. & conf. 169. num. 7. eod. volum. Curt. iun. conf. 78. nu. 3. & seq. Didac. lib. 2. resol. c. 18. post num. 2. vers. quinta conclusio. Et licet multi ex præallegatis Dd. loqui videantur in emphyteusi Ecclesiastica: ego tamen in hoc nullam facio differentiam, an talis emphyteusis sit concessa ab Ecclesia, vel à priuato, vt late dixi infra lib. 7. §. filius. in illa questione, an in dubio pater præsumatur stipulari filiis, vt filiis, an autem filiis vt heredibus. Aut vero est ꝑ concessa pro se, & filiis & heredibus, \* & tunc non transit ad ipsos filios, nisi etiam sint heredes: & sic vtraque qualitas requiritur, scilicet, quod sint filii, & quod sint heredes. Ita tenet Bart. in d. §. si liberi. num. 4. & est communis opinio, vt dicit Alex. conf. 128. post num. 6. vers. Et illa verba. libr. 1. quem refert Sigismund. conf. 1. feud. post num. 60. Ias. in l. si non sortem. §. libertus. num. 35. ff. de condit. indeb. & conf. 17. col. 1. lib. 1. Et pariter hoc casu nulla est faciendæ differentia, an emphyteusis sit concessa ab Ecclesia, an autem à priuato, iuxta communem omnium interpretationem, vt ait Didac. lib. 2. resol. c. 18. nu. 3.

3 Ex hac conclusione inferitur, quod ꝑ in primo casu, scilicet, quod emphyteusis est concessa simpliciter pro se, & filiis, licet filii repudient hereditatem patris, poterunt nihilominus succedere in emphyteusi. Ita tenent communiter Dd. vt ait Salyc. in Auth. vnde si parens. nu. 5. c. de inof. testam. quem refert Alex. in l. quod dicitur. post nu. 19. col. 15. vers. Illuc tamen intelligas. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Ias. in l. 2. num. 188. C. de iure emphyt. Alciat. de præsumpt. in 1. reg. præsum. 31. nu. 1. In secundo autem scilicet casu, quando emphyteusis est concessa pro filiis, & heredibus, non poterunt filii renunciare hereditate, & emphyteusin retinere. Et hæc est communis opin. vt dicit Ias. in d. §. libertus. post nu. 35. Vide in proposito ea, quæ dixi infra, hoc eod. lib. §. feudum. q. 76.

4 Sed pone, quod emphyteusis ꝑ concessa fuerit vsque in tertiam vel quartam generationem, & sic nulla expresse mentione facta filiorum, nec heredum? Resp. quod ex natura verbi (generationem) videntur contrahentes potius considerasse successionem sanguinis, quam successionem hereditatis, & ideo in huiusmodi emphyteusi admittendi sunt nepotes, etiam si non sint heredes. Et hæc est communis opin. vt ait Corn. conf. 100. in litera D. lib. 4.

ADDITIONES.

- a Tudic.) Adde vt per Rimin. iun. conf. 394. nu. 23. 24.
- b Nisi etiam sint heredes.) Adde & comune dicit Rol. conf. 89. n. 20. & dixi etiam in coll. mea com. opin. in verb. emphyteusis n. 12.
- \* Si autem concessa sit pro se & legitimis heredibus, non veniret ad illam, nisi illi qui soli censentur vocati tanquam ab intestato successuri, & non in testamento instituti, de quo per Alex. in l. ex factio §. fin. circa fin. ff. ad Trebell. nisi tales fuissent ab intestato vocati, qui non minus dicuntur heredes legitimi secundum Bart. in l. 3. ff. de leg. 1. vide Guil. Bened. in rep. c. Raynurius, in prælud. nu. 75. de testam.

QVÆSTIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

Emphyteusis an transeat ad institutum in re certa?

QVÆRO nunquid emphyteusis ꝑ transeat ad institutum in re certa? Resp. siquidem est institutus alius heres vniuersalis, proculdubio emphyteusis non transit ad eum, qui est in re certa institutus. Et hoc inter omnes conuenit, vt ait Didac. libr. 2. resol. c. 18. post n. 5. hoc enim casu institutus in re certa habetur loco legatarii, vt dixi supra libr. 3. §. institutionum. Aut vero non est datus alius coheres vniuersalis, & tunc, cum totum accrescat ipsi instituto in re certa, vtiq; transit in ipsum etiam emphyteusis, simul cum reliquo hereditatis, & in hoc non est difficultas loquendo de emphyteusi hereditaria, quam scilicet filius habere non potest, nisi etiam sit heres, vt dixi supra, q. proxima. Sed si esset emphyteusis non hereditaria, puta acquisita pro se, & filiis, tunc filius institutus in re certa, equaliter cum aliis succedet in emphyteusi. Et ita procedit decif. Bart. in l. vt iurisurandi. §. si liberi. nu. 6. ff. de oper. libert. q̄ dicit esse communem Curt. iun. de feud. in 2. par. 1. partis, 3. partis princ. q. 5. Cum enim filius habeat emphyteusin hoc casu non iure hereditario, sed ex tenore inuestituræ, non attenditur dispositio paterna, intellige nisi sit emphyteusis, in qua pater possit filiis præiudicare, de qua dixi supra, q. 16. Vide etiam quæ dixi infra §. feudum. q. 76.

QVÆSTIO XXXIX.

SVMMARIA.

- 1 Ius accrescendi an habeat locum in emphyteusi?
- 2 Et quid si à principio concedatur pluribus simul?
- 3 Et quid si concessa emphyteusi pro se, & filiis alter filiorum decedat, an accrescat alteri filio?
- 4 Et quid si concessa sit emphyteusis ab Ecclesia duobus fratribus, ita vt post mortem eorum, & filiorum, & nepotum suorum reuertatur ad Ecclesiam, nunquid si alter eorum sine filiis decesserit, accrescet alteri fratri superstiti?

QVÆRO nunquid in emphyteusi ꝑ habeat locum ius accrescendi? Resp. quod regulariter in emphyteusi non est locus iuri accrescendi. Ita tenet a Bart. in l. si mihi & Titio. nu. 4. ff. de verb. obl. quem seqq. communiter Dd. vt dicit Alex. in ead. l. si mihi & Titio. col. 4. prout illum refert Dec. conf. 326. post n. 1. Regulariter enim in contractibus b\* non habet locum ius accrescendi, vt dixi supra, libr. 3. §. ius accrescendi.

Scias tamen, quod hæc conclusio intelligenda est, vt procedat si à principio concedatur emphyt. pluribus ꝑ personis simul: tunc enim vno mortuo, alteri non accrescit. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Anch. conf. 146. nu. 3. quem refert Dec. conf. 263. num. 2. Sed quando vni concessa est tantum pro se, & filiis, vel pro se, & descendentes suis, vtiq; inter ipsos descendentes à primo inuestito habet locum ius accrescendi. Ita tenet Bart. in d. l. si mihi & Titio. & est cōmunis opin. vt ait Corn. conf. 131. in litera A. lib. 2. talem post ius quæsitum vni ex filiis ipsius stipulatoris. Et ita tenent communiter omnes, vt dicit Corn. conf. 285. in litera M. lib. 3. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alex. conf. 21. nu. 5. libr. 5. quem refert Dec. in d. conf. 273. col. 2. Corn. conf. 122. in litera V. lib. 3. & hoc casu proprie dicimus esse locum iuri accrescendi, nam reuera isti descendentes primi acquirentis non veniunt ex iure accrescendi, sed ex iure primæ inuestituræ.

Pone ergo, quod pater acquisierit ꝑ emphyteusin pro se, & filiis, deinde decesserit relictis duobus filiis, quorum vnus sine liberis decedat, certe emphy-

reus non reuertetur ad concedentem, sed accrescet alteri fratri. Ita volunt communiter Dd. vt ait Beronus *qn. 76. nu. 2.* Hanc etiam esse communem opin. attestatur *la. in d. l. si mihi & Titio. nu. 12.*

- 4 Econtrario pone, quod Ecclesia ꝑ concesserit emphyteusin duobus fratribus, ita vt post mortem eorum, & filiorum, ac nepotum suorum reuertatur ad Ecclesiam. Certe si vnus eorum decedat nullis relictis filiis, emphyteusis non accrescet fratri superstiti, sed reuertetur ad Ecclesiam. Ita videtur tenere Bart. *in d. l. si mihi & Titio.* cuius opin. dicit esse communem *Alex. cons. 167. num. 4. libr. 7.* Vide in hoc proposito ea quæ dixi infra, hoc eod. lib. §. *secundum q. 77.*

ADDITIONES.

a *Iuri accrescendi.* Et quando est locus iuri accrescendi, tunc emphyteute inter se licite alienant sine consensu domini: at secus, quando non est locus iuri accrescendi. Vtrunque commune vide *in collect. mea commun. opin. in verb. emphyteuta, num. 41. 42.*

b *In contractibus.* Item quod non habeat locum ius accrescendi in contractibus, vide istam reg. cum octo fallentibus per Socin. *7. g. 267.*

c *Ius accrescendi.* Hic aduerte, quod vt ius accrescendi locum habeat, necesse est, quod in persona alterius deficiat omnni iure, & vbi non deficit omni iure, tunc non habet locum: commune vide per Soc. *cons. 16. nu. 10. col. 4.* Item cessat vbi portio vacans fuit acquisita. Istam reg. nouem modis limitatam retulit Diaz. *in reg. 403.* Item habet locum altera parte deficiente, vel etiam repudiata. Istam reg. cum 12. limitationibus vide per Socin. *reg. 266.* & hæc omnia vide etiam *in collect. mea commun. opin. in verb. ius. nu. 16. vbi num. 38.* dixit etiam commune esse, quod ius accrescendi locum habet etiam in legitima ex Cæphal. *in consil. 249. nu. 48.*

\* Fallit in usufructu etiam inter viuos constituto. *l. 1. §. fin. de usufr. accresce.* Item fallit quories ea quæ indiuidua sunt, in contractu versantur, vt sunt seruitutes & cætera indiuidua, quæ cum pluribus auferuntur, vt natura cuiuslibet in solidum debentur, & effectualiter requiruntur, *l. 2. §. ex his. & l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig.*

QVÆSTIO XL.

SVMMARIVM.

*Filius an teneatur de emphyteusi creditoribus paternis satisfacere?*

- 1 QVÆRO, nunquid ꝑ filius teneatur de emphyteusi creditoribus paternis satisfacere? dixi *in d. §. secundum. q. 43.*

QVÆSTIO XLI.

SVMMARIA.

1 *Augmentum contingens in re emphyteutica, an sit domini, vel emphyteuta?*

2 *Et an propter augmentum augenda sit pensio?*

- 1 QVÆRO, ad quem pertineat ꝑ augmentum contingens in re emphyteutica? Resp. puto esse distinguendum a inter incrementum latens, vel incrementum apparens, vt in simili dixi de incremento eueniente in re feudali, *in d. §. feudum. q. 88. vers. Item quæro.*

2 Sed nunquid propter ꝑ augmentum contingens in re emphyteutica, augebitur etiam pensio, seu canon soluendus ab emphyteuta? Resp. quod non, sed omne augmentum, quod pertinet ad emphyteutam, cedit illi sine onere pensionis. Ita communiter tenetur, vt dicit Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in §. nunc aliqua. supra sapius allegato. ad 136. q.*

ADDITIONIO.

a *Distinguendum.* Tu indistincte dic, quod augmentum omne siue latens, siue patens spectat ad emphyteutam, ad quem spectat diminutionis incommodum. Commune vide per Rip. *in c. cum sd. Ferrar. in. colum. 7. in vers. quinto facit. de*

*constit. & dixi etiam in collect. mea, comm. opin. in verb. augmentum. num. 4.*

QVÆSTIO XLII.

SVMMARIA.

- 1 *Emphyteusis finitur finita generatione emphyteuta?*  
2 *Et quid si concessa sit simpliciter, nulla facta mentione filiorum, neque heredum?*

QVÆRO, quando finitur ꝑ emphyteusis? Resp. 1 emphyteusis tribus modis finitur. Primo, propter culpam emphyteuta, quia male versatus est in re emphyteutica, vel illam irrequisito domino alienauit, vel cessauit per tempus à lege in canonis solutione prefinitum. Nam his omnibus casibus emphyteuta cadit à iure suo, & vile dominium consolidatur cū directo, & sic finitur emphyteusis, vt suis locis sup. declarauimus. Secundo modo finitur emphyteusis cursu temporis, quando scilicet concessa est aliqua res in emphyteusin ad certum tempus prefinitum, puta triginta, vel quadraginta, vel centum annis: nam eo casu, finito illo tempore, finitur emphyteusis, & in hoc nõ est difficultas. Tertio modo finitur emphyteusis, extincta a generatione ꝑ ipsius emphyteuta. Est tamẽ a in hoc aduertendum, quia aliquando emphyteusis est concessa pro se, & filiis, vel pro se, & descendenti- bus: tunc proculdubio deficiente generatione ipsius emphyteuta, finitur emphyteusis. Aliquando est concessa in tertiam vel quartam generationem: & tunc finita illa tertia vel quarta generatione, finitur emphyteusis, & in hoc etiam non est dubitandum. Aliquando est concessa pro se, & heredibus: & hoc casu si est concessa à priuato, est absolute hereditaria; & ideo non finitur cum generatione ipsius emphyteuta, sed transit etiam ad extraneos heredes, iuxta ea, quæ dixi supra, q. 28. Si vero est concessa ab Ecclesia, non transit ad extraneos heredes, vt ibidem dixi, & ideo finitur simul cum generatione recipientis.

Sed quid si concessa sit simpliciter ꝑ nulla nec filiorum, nec heredum facta mentione, puta concedo Titio hanc domum in emphyteusin, nunquid finita generatione Titii, erit finita emphyteusis? Resp. Aut est concessa à priuato, & non finitur: talis enim emphyteusis est de sui natura transitoria etiam ad extraneos heredes, vt dixi *in d. q. 28. in pr.* Aut est concessa ab Ecclesia, & tunc finitur finita generatione ipsius recipientis. Et hanc dicit esse communem opin. & consuetudine communiter approbatam *Corn. cons. 76. in litera H. lib. 2. de quo pauiter dixi in d. qu. 28. supra sapius allegata.*

ADDITIONES.

a *Extincta generatione.* Mouetur pulcherrima dubitatio, quid si inuestitus vsq; ad mortem ius suum emphyteuticum vendit. An emptore petente renouari vsque in tertiam generationem, iuxta consuetudinem Ecclesie, quæ erat solita facere similes renouationes in tertiam generationem, vel vsq; ad finem tertie generationis, vt hic dicitur, an Ecclesia possit denegare? vide per Beuintend. *decj. 87.*

\* Notandum tamen, quod eo casu descendentes petendo illius confirmationem facile impetrare solent, & si non impetrant, possunt de iure Canonico appellare ad superiorem, vt cogit quod confirmatio fiat, *tex. est in l. 1. §. permittitur, & ibi Bartol. & alij ff. de ag. quor. & ast. De hac materia vide amplie Ant. Gabr. lib. 3. comm. op. n. 1. x. concl. 7.*

QVÆSTIO XLIII.

SVMMARIA.

- 1 *Finita emphyteusi an possit emphyteuta vel eius heredes, petere à domino arrecti, vt illa renouet in eorū personam?*

2 *Et*

2 Et quid si sint transuersales ipsius emphyteutæ?

3 Et quid in emphyteufi Ecclesiastica?

1 Sed hic occurrit alia quæstio, nunquid si finita est Emphyteufis sine culpa ipsius emphyteutæ, puta cursu temporis, vel finita generatione, possit ipsemet emphyteuta, si uiuit, vel eius filii, petere à domino directi, vt emphyteufin in eorum persona confirmet, seu renouet? Resp. quod sic: & si non fiat renouatio, fit eis iniuria, & ideo possunt appellare ad superiorem, vt cogat, quod talis renouatio fiat. Ita dixit Bart. qui ad hoc propositum quotidie solet allegari, in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid. & est. & est communis opin. vt ait Rom. conf. 2. nu. 5. quem refert Dec. conf. 328. post nu. 3. vers. Quibus tamen. & Gratus conf. 86. post nu. 7. lib. 1. Alex. conf. 80. n. 11. lib. 1. quem refert Lal. 24. col. 2. vers. Quinto facit. lib. 3. & Gozad. conf. 39. nu. 2. & Gratus conf. 79. nu. 2. lib. 1. Barb. in c. 1. col. 6. de locato. & in c. ex rescripto. col. 4. vers. Vtrum autem. eod. tit. de locato. quem refert Boer. decis. 107. in fin. Curt. sen. conf. 47. num. 7. & seq. vbi subdit, quod ita in pract. obseruatur, quem refert Ripa de Peste, in c. 1. de remed. præs. post n. 260. Dec. conf. 131. nu. 2. quem refert Mar. sing. 419. licet in re. & Ruin. conf. 12. nu. 18. lib. 1. & Apostil. ad Ruin. conf. 100. sub nu. 12. Cur. iun. de feud. in prima secundæ principalis. q. 2. Gozad. conf. 86. post nu. 4. vers. Non obstat quod illa. Ripa in l. cum bona nu. 6. ff. de priuileg. credit. Apostil. ad Alex. in d. conf. 80. sub nu. 11. lib. 1. Tiraquel. de retract. municip. in prefat. nu. 41. & seq. Gratus conf. 96. lib. 1. & conf. 110. nu. 31. eod. volum. Apostil. ad Abb. in c. bona el. 2. sub nu. 28. de postul. prælat. Faciunt quæ dixi infra, hoc eod. l. b. §. feudum. qu. 87.

Et hæc quidem conclusio satis de plano procedit in descendentes ipsiusmet emphyteutæ, prout loquitur Bart. in loco præalleg. sed quid in transuersalibus, nunquid & ipsi poterunt petere, vt in eorum persona emphyteufis ipsa confirmetur? Resp. in hoc certe negari non potest, quin magna sit varietas inter Scribentes, & quidem Dec. in d. conf. 131. col. fin. vers. & quamuis. Bart. dicit, & quod habet locum etiam in aliis proximioribus, etiam quod non sint descendentes, & quod ista est communis opinio. Contrariam tamen sententiam, vt veriore, tenuit Soc. iun. conf. 9. nu. 20. lib. 3. dicens, quod Dd. magis communiter loqui videntur in descendentes, non autem in transuersalibus. Mihi magis placet opin. Decii, quod scil. procedat etiam in agnatis proximioribus, & ita expresse loquuntur multi ex Dd. præallegatis. Bene verum est, quod intelligo de agnatis tantum, non autem de cognatis. Et hæc proculdubio videtur esse communis declaratio, vt dicit Soc. iun. d. conf. 9. nu. 23. in fin.

3 Sed quæro, nunquid hæc conclusio si locum habeat, non modo in emphyteufi concessa à priuato, sed etiam in ea, quæ est concessa ab Ecclesia? Resp. quod sic. Et ita hanc esse communem opinionem attestatur Gozad. in d. conf. 86. nu. 24. Dec. in d. conf. 131. colum. 2. quem refert Soc. iun. in d. conf. 9. nu. 12. in fin. licet dicat, quod ipse non auderet hoc firmare, sed certe cum opin. Bart. & communis fundata sit in æquitate, illa multo magis ab Ecclesia quam ab aliis est obseruanda. Et licet Gratus in d. conf. 110. nu. 63. in fin. lib. 1. dicat contrariam sententiam, quod scil. non habeat locum in Ecclesia, videri communiorem; fallitur tamen proculdubio, vt potest facile cognosci ex dinumeratione auctorum, qui in supradictis citantur. Et ideo non esset ab illa iudicando, aut consulendo recedendum.

Sed pone, quod post finitã generationem aliquis extraneus fuerit de ipsa emphyteufi inuestitus, nun-

quid si descendens primi emphyteutæ petat huiusmodi renouationem, erit adhuc audiendus? Respon. quod nõ, sed solummodo re integra. Ita tenet Rom. conf. 70. post n. 3. vers. Certum. & est communis opinio, vt dicit Gozad. conf. 71. num. 1. Est enim iam illi tertio ius quæsitum, ideo sibi imputer, qui non peruenit.

Quinimo, etiam si alius inuestitus non fuerit; Si tamen talis descendens siue agnatus, infra annũ, à die quo sciuit emphyteufin esse finitam, non petierit talem renouationem, sibi præiudicat, ita quod claspõ anno vltimus non audiat. Ita dicit Rom. in d. conf. 22. num. 6. & est communis opin. vt attestatur idem Gozad. in alleg. conf. 71. num. 2. Hanc etiam vt magis communem sequitur Soc. iun. in d. conf. 9. nu. 17. in fin. lib. 3.

Sed quid si Ecclesia, vel dominus directi, velit rem emphyteuficam pro se retinere, non autem illam in emphyteufin concedere, nunquid adhuc locum habebit conclusio Bart. vt teneatur illam descendentes, vel proximioribus agnatis, in emphyteufin confirmare? Resp. Abb. in d. c. bona. el. 2. nu. 28. de postul. Prælati. tenuit, quod hoc casu non possit compelli ad emphyteufin renouandam, nihilominus l. ec. in allegat. conf. 131. post nu. 3. vers. Secundo non obstat. dicit, quod hoc dictum Abb. videtur contra communem opin. Doctorum, qui generaliter loquuntur. Et certe licet hæc opin. videatur aliquantulum dura; durius tamen esset forte in practica obtinere contrarium, propter auctoritatem Dd. qui (vt ait Dec.) simpliciter, & absolute sequuntur opin. Bart. Ego tamen libenter inclinarem in sententiam Abb. quæ etiam æquior videtur.

QVÆSTIO XLIV.

S V M M A R I V M.

Finita emphyteufi, nunquid possit dominus propria auctoritate ingredi possessionem rei emphyteuficæ?

QVÆRO, finita emphyteufi, nunquid possit dominus directi ingredi propria auctoritate possessionem rei emphyteuficæ? Resp. Gozad. conf. 39. nu. 25. & conf. 86. num. 11. simpliciter dicit communem opinionem esse, quod potest ingredi propria auctoritate, & emphyteufam expellere. Tu autem vide quæ dixi supra qu. 11. & qu. 25.

QVÆSTIO XLV.

S V M M A R I A.

- 1 Finita emphyteufi, an melioramenta remaneant emphyteutæ?
- 2 Et an transeant ad ipsius emphyteutæ heredes, etiam extraneos?
- 3 Et quid de ædificiis per emphyteufam constructis in solo emphyteufico?

QVÆRO, finita emphyteufi si cuius sint melioramenta facta per emphyteufam in ipsa re emphyteufica? Respon. siquidem emphyteuta propter culpam suam cadit ab emphyteufi, pura quia nõ soluit canonem, vel male versatus est in re emphyteufica, vel illam irrequisito domino alienauit, tunc omne ius suum acquiritur domino directi, & sic etiam melioramenta illi applicantur. Si vero emphyteufis finitur sine culpa emphyteutæ, puta propter cursum temporis, vel generationem finitam, tunc emphyteuta non perdit melioramenta. Ita dicit Bald. in l. Senatus. §. Marcellus. ff. de leg. 1. & est communis opin. vt attestatur Dec. conf. 518. nu. 1. & seq. & in Authent. qui rem. nu. 14. C. de sacros. Eccles. & dicit Bald. in l. fin. §. fin. post nu. 6. C.

*commun. de legat. quod ita seruatur de consuetudine, quem refert & sequitur Cuman. conf. 57 post num. 5. & hæc locum habet tam in emphyteuta Ecclesiæ, quam in emphyteuta priuati. Et ita seruari etiam in emphyteuta Ecclesiæ attestatur Bald. in d. §. Marcellus. quem refert & sequitur Aret. ibi, col. 2. vers. Ex his qua supra diximus.*

2 Adde, quod huiusmodi et melioramenta non solum debentur ipsi emphyteutæ si uiuit, sed etiam eius filiis, & descendentes, tam masculis, quam fæminis, quinimo etiam heredibus extraneis. Et hanc conclusionem dicit esse ab omnibus communiter receptam Berous qu. 16. per totum præsertim circa finem. Cum enim illa sint propria ipsius emphyteutæ, nulla est ratio, quare in omnes heredes ab ipso transmitti non debeant.

3 Sed quid de ædificiis, si quæ et forte emphyteuta construxit in solo emphyteutico? Resp. quod & illa referuntur ipsi emphyteutæ, vel eius heredibus, & seruat consuetudo, ut attestatur Bald. in l. 2. nu. 2. in fin. C. de rei vend. quem refert Ias. in d. l. 1. post nu. 47. vers. Sed pulchrum. C. de iur. emphyt. & Dec. in d. conf. 518. post nu. 2. Quomodo autem hoc casu fieri debeat, scilicet an dominus teneatur pati, quod ædificium tollatur, vel solueretur eius æstimationem, & quomodo debeat fieri æstimatione, vide quæ dixi infra hoc eod. libr. §. feudum. qu. 87. in princ.

*Æstimatio.* Adde quod æstimatio siue melioramentorum, siue ædificii, fieri debet ex consuetudine iuxta valorem ædificii consistentis, non diruti, ut ait Burlat. conf. 85. num. 35. & Rol. conf. 28. lib. 1.

#### ADDITIONES.

a *Melioramentum.* Hic scias quod melioramenta facta per emphyteutam in re emphyteutica non compensantur cum deterioratione ad uitandam caducitatem. Commune dixi in collect. mea com. opin. in verb. Melioramenta, nu. 1. Quorū quidem melioramentorum æstimatio faciendā est secundum tempus restitutionis, non autem secundum tempus in quo facta fuerit melioramenta. Commune dixi ubi supra nu. 5. & melioramentorum materiam remissive dixi in verbo seq. nu. 2.

b *Emphyteuta Ecclesiæ.* Et quod emphyteuta ecclesiastica integraliter deducat melioramenta per fermentationem facta: commune uide per Ioseph. in decis. Perusina. 24. nu. 19. Et in collect. mea com. opin. in verb. emphyteuta. num. 39. Non potest tamen suas meliorationes alienare, nec earum partem, per Caphal. conf. 139. nu. 6.

#### QVÆSTIO XLVI.

##### SVMMARIVM.

*Qui teneatur ad collectas pro bonis emphyteuticis, an dominus directi, vel emphyteuta?*

1 QVÆRO, quis teneatur ad collectas pro bonis emphyteuticis; an dominus directi, vel emphyteuta? Resp. quod emphyteuta teneatur ad collectas. Ira consuluit, dicens hanc esse communem opinionem. Curt. sen. conf. 36. præcipue in fin. al. verb. Sed hoc intellige, ut procedat quando præstatur modica pensio. Sed si præstatur magna pensio, & sic correspondens fructibus vel quasi, credere, quod dominus directi pro sua portione debet sustinere onera, & emphyteuta pariter pro sua portione, habita ratione fructuum, qui ex ipsa re emphyteutica percipiuntur, & hoc maxima suadet æquitas, & ita seruat Senatus.

#### QVÆSTIO XLVII.

##### SVMMARIVM.

*Qua actio competat pro emphyteusi?*

QVÆRO, quæ actio competat et pro emphyteusi? Resp. quod competit condictio ex lege. Et hæc est communis opin. ut attestatur Bart. in leg. unica. nu. 7. ff. de cond. ex lege. licet ipse teneat contrarium, Ias. in Liurifgentium. §. quinimo. nu. 17. ff. de pactis. Et in l. 1. nu. 68. C. de iure emphyteu. Et in d. l. unica, nu. 8. ff. de cond. ex lege. Iacob. de Nigris, in l. 1. post nu. 48. vers. Alia autem. ff. de legat. 1. Non enim erat potens contractus emphyteuticus per se ad producendum obligationem, nisi vires accepisset à lege Zenonis, quæ est l. 1. C. de iure emphyt. merito ex ipsa lege, non autem ex ipso contractu datur actio.

#### QVÆSTIO XLVIII.

##### SVMMARIVM.

*Iura loquentia de emphyteusi, an habeant locum etiam in emphyteusi ecclesiastica?*

QVÆRO, nunquid iura ciuilia et loquentia de emphyteusi habeant locum etiam in emphyteusi ecclesiastica? Resp. quod non: & est communis opin. ut dicit Gratus conf. 110. nu. 36. lib. 1. Leges enim laicorum non possunt ligare personas, neque res ecclesiasticas. Bene verum est, quod statuta laicorum disponentia super bonis emphyteuticis, habent locum etiam in bonis emphyteuticis ecclesiasticis, quoad præiudicium laicorum ea bona habentium in emphyteusin, & quoad laicos tantum. Et hæc est communis opin. ut ait Brun. de statuto excludente femina. in 8. artic. prin. q. 22. quem refert Paris. conf. 1. nu. 146. lib. 2. Et consil. 21. nu. 61. eod. volum. Idem dicit Rochus Curt. in rep. c. fin. col. 81. de consuet. Nam & personæ, & bona, respectu uulgi dominii, sunt laicis subiecta, ideoque eorum legibus & statutis ligantur.

#### QVÆSTIO XLIX.

##### SVMMARIVM.

*Bona emphyteutica an possint proprie dici allodialia?*

QVÆRO, nunquid bona et emphyteutica possint proprie dici allodialia? Resp. quod non. Et est communis conclusio, ut dicit Curt. iun. conf. 111. nu. 1. Nam allodium proprie est, quod à nemine præterquam à Deo recognoscitur. Bona autem emphyteutica non sunt libera tum respectu solutionis canonis, tum etiam quia non potest emphyteuta de eis liberè disponere, merito non possunt dici allodialia.

#### QVÆSTIO L.

##### SVMMARIVM.

*Argumentum de feudo ad emphyteusin, & e contra, an valeat?*

QVÆRO, nunquid valeat et argumentum de feudo ad emphyteusin, & e contra? Dixi infra hoc eod. libr. §. feudum. quæst. 3. vers. Et hæc quidem.

#### ADDITIONES.

a *Ad emphyteusin.* Argumentum de feudo ad emphyteusin, quod valeat: Socin. consil. 167. colum. penult. Corn. consil. 67. Et 131. in 2. Decius qui adducit alios concord. in consil. 435. num. 8. Ruin. consil. 109. lib. 3. Roland. in consil. 17. num. 7. 8. l. br. 2.

\* De hoc argumento uide late per Euerard. in suis locis argum. legalib. in loco à feudo ad emphyteusin. Et in loco de emphyteusi ad feud.



IULII CLARI ALEXANDRI  
NI, IURIS CONSULTI CLARISS. AC  
REGII SENATORIS, &c.

Ex Libro III. Sententiarum Receptarum

§. F E V D V M.

Cum additionibus, & Paraphrasibus celeberrimi I. C. Hieronymi  
Giachari Lugiensis, & aliorum.

**H**Æc materia Feudorum est valde utilis & quotidiana, super qua nonnulli iuris Interpretes integra Commentariorum volumina scripserunt.

CAPITA QUÆSTIONVM.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Ius feudorum à quo tempore originem habuerit?   | 32. Vasallus an possit subinfeudare de feudo?   |
| 2. Ius feudorum hodie an sit ius scriptum, vel consuetudo?                                 | 33. Vasallus an possit feudum alteri locare?  |
| 3. Liber feudorum an sit authenticus?  | 34. Vasallus an possit renunciare feudum in manibus domini?                             |
| 4. Quid sit feudum?  | 35. Vasallus an possit rem feudalem alteri pignori dare?                                |
| 5. Unde dicatur feudum?  | 36. Vasallus an possit feudum dare in dotem?  |
| 6. An feudum sit contractus nominatus?   | 37. Vasallus an possit super re feudali constituere seruitutem?                         |
| 7. Quotuplex sit feudum?   | 38. Vasallus an possit de feudo transigere?   |
| 8. Feudum antiquum, & feudum nouum quid differant?   | 39. Vasallus an possit de feudo facere compromissam?                                    |
| 9. Feudum hereditarium, & feudum ex pacto, & prouidentia quid differant?                   | 40. Vasallus an possit de feudo testari?  |
| 10. Feuda regalia que sint?  | 41. Vasallus an possit alienare feudum in preiudicium?                                  |
| 11. Quod dicatur feudum ligium?  | 42. Filius, vel agnatus, quando possint alienationem feudi reuocare?                    |
| 12. Feudum francum quomodo dicatur?  | 43. Filius an teneatur creditoribus paternis de feudo satisfacere?                      |
| 13. Prelatus an possit in feudum concedere bona Ecclesie?                                  | 44. Feudum an possit diuidi?  |
| 14. Dominus an possit inuestire aliquem de feudo nondum aperto?                            | 45. Feudum an possit prescribi?   |
| 15. Feudum rectum an possit constitui sine inuestitura?                                    | 46. Feudum an imputetur in legitimam?   |
| 16. Feuda an possint emi?  | 47. Vasallus an possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali?                   |
| 17. Concessio castri per verbum, Donamus, an sit donatio vel feudalis concessio?           | 48. Vasallus committens stuprum cum vxore domini, an amittat feudum?                    |
| 18. Bona in dubio an presumantur feudalia?   | 49. Vasallus non petens à domino inuestituram, an cadat à feudo?                        |
| 19. Titulus vasalli quanto tempore prescribatur?   | 50. Vasallus alienans feudum sine consensu domini, an priuetur feudo?                   |
| 20. Pacta insolita allegans apposta esse in inuestitura, an illud probare teneatur?        | 51. Vasallus cessans per triennium à solutione pensionis, an cadat feudo?               |
| 21. Vasallus an teneatur adiuuare dominum?   | 52. Vasallus non alens dominum, an possit priuari feudo?                                |
| 22. Vasallus an possit eundo in auxilium domini, liberare se à solutione dimidii redditus? | 53. Vasallus delinquens contra vnum ex pluribus dominis, an sit toto feudo priuandus?   |
| 23. Vasallus an teneatur alere dominum egenum?   | 54. Vasallus an possit feudo priuari, propter amicitiam contractam cum inimicis domini? |
| 24. Vasallus an teneatur dominum carceratum liberare?                                      | 55. Vasallus relinquens dominium in prelio, an amittat feudum?                          |
| 25. Vasallus an possit vocare dominum in ius sine venia?                                   | 56. Vasallus si deteriorauerit rem feudalem, an cadat à feudo?                          |
| 26. Dominus an teneatur tradere vasallo possessionem feudi?                                |   |
| 27. Dominus an teneatur defendere vasallum?  |   |
| 28. Dominus an possit vasallos inuitos alienare?   |   |
| 29. Dominus an possit vasallis collectas imponere?   |   |
| 30. Dominus an possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis?                 |   |
| 31. Vasallus an possit feudum alienare sine consensu domini?                               |   |

- 57 Vasallus sciens imminere periculum domino, si eum non certiorauerit, an cadat à feudo?
- 58 Vasallus occidens seipsum an priuetur feudo?
- 59 Vasallus an possit de feudo priuari sine causa?
- 60 Quot testes requirantur ad probandam ingratitudinem vasalli?
- 61 Vasallus, qui per vim, & metum aliquid fecit contra dominum, an excusetur ab amissione feudi?
- 62 Vasallus an regulariter cadat à feudo ipso iure, an autem sit priuandus per sententiam?
- 63 Dominus recipiens seruitia à vasallo, an censeatur illi remisisse ingratitudinem?
- 64 Ius priuandi vasallum feudo, an transeat ad heredes domini?
- 65 Et an contra heredes vasalli?
- 66 Feudum, priuato vasallo, an aperiatur domino, vel agnatus?
- 67 Ingratitudo Prælati an noceat Ecclesia?
- 68 Dominus, qui non facit iustitiam vasallo, an priuetur proprietate feudi?
- 69 Dominus negans inuestire vasallum, an cadat à proprietate feudi?
- 70 Dominus an teneatur iurare fidelitatem vasallo?
- 71 Dominus alienans vasallos inuitos, an priuetur proprietate feudi?
- 72 Proprietas feudi, quando dominus illa priuatur, cui applicetur?
- 73 Formina an succedat in feudo?
- 74 Filius exheredatus an succedat in feudo?
- 75 Filii fratrum an in feudis succedant in stirpes, vel in capita?
- 76 Filius vel agnatus an possint repudiare hereditatem, & retinere feudum?
- 77 In successione feudorum, an habeat locum ius accrescendi?
- 78 Clericus an succedat in feudo?
- 79 Collaterales an succedant in feudo?
- 80 Fœmina semel admissa ad feudum, an postea, superueniente masculo, excludatur?
- 81 An in feudis dignitatum requiratur noua concessio?
- 82 Legitimus an succedat in feudo?
- 83 Extranei heredes, an succedant in feudo?
- 84 Feudum an veniat in confiscatione bonorum?
- 85 Feudum an veniat in restitutione fideicommissi?
- 86 Filius institutus in re certa, an in feudo succedat æqualiter cum aliis?
- 87 Finito feudo, an proximiores sint inuestiendi?
- 88 Finito feudo, cui remanere debeant melioramenta?
- 89 Quæ actio competat pro feudo?
- 90 Quis sit iudex competens in causis feudalibus?
- 91 Tempora appellationum statuta à iure communi, an currant etiam in causis feudalibus?

## QVÆSTIO I.

## SVMMARIVM.

Feuda à quo tempore originem habuerint?

**P**RO intelligentia terminorum in primis quæro, à quo tempore ius feudorum originem habuerit, an scilicet fuerit etiam tempore Romanorum, an autem processerit ex consuetudinibus, de quibus in libro Feudorum? Resp. Zasius de feud. in 1. parte, in princip. dicit, quod trahit originem ab ipsis consuetudinibus, licet communiter Dd. contrarium senserint. Et hæc opinio Zassii vera est, quam etiam tenuit And. de Isern. in proem. feud. qu. 4. Fallitur tamen ipse Za-

fius, dum dicit communiter Dd. contrarium sensisse, quia imo communiter omnes Dd. idem sentiunt, vt enumerando auctoritates demonstrat Molin. in consuet. Paris. tit. 1. in princ. nu. 1. & seq. subdens, quod hæc opin. nedum est crebrior, sed vnica, & concors omnium Dd. Hanc etiam opin. quod vasallus non esset de iure Romano ante vsus feudorum, dicit esse communem Aluar. in prælud. feud. in 7. q. & in e. 1. in princ. nu. 3. de conten. inter domin. & vasall. Et hæc conclusio, iudicio meo, modicam habet difficultatem.

## ADDITIO.

\* Vide ad hanc quæst. Gul. Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. & uxorem nomine Adelasiam, in 3. decis. n. 3. & sequ.

## QVÆSTIO II.

## SVMMARIVM.

Ius feudorum an hodie dicatur ius scriptum, vel consuetudo?

**Q**VÆRO, certum est, quod ius feudorum fuit compilatum ex consuetudinibus, quæ deinde fuerunt in scriptis retractæ, & nunquid hodie dicatur consuetudo, an autem ius scriptum? Resp. quod adhuc dicatur consuetudo. Et ita est communis opinio, vt dicit Caccialup. de feudi cognitio. artic. 5. num. 1. quam etiam approbare videtur communis obseruantia Iuris peritorum, qui allegando aliquam Rubricam feudalem, solent addere, in vsibus feudorum.

## QVÆSTIO III.

## SVMMARIVM.

Ius feudorum an allegari possit ad decisionem causarum?

**Q**VÆRO, an liber feudorum sit authenticus, an possit allegari ad decisionem causarum? Resp. Hostiens. in summa de immunit. Eccles. §. in quantum. vers. Si verò. tenet quod non. Contraria tamen opinio, scilicet quod imo possit allegari ad decisionem causarum, est magis communis, vt attestatur Curt. iun. de feud. in 1. parte princ. quæst. 1. Zasius de feud. in præfatione. vers. Antequam. Maranta in suo Speculo, in 3. parte, num. 84. & dicit Iaf. in prælud. feud. num. 1. & seq. quod hæc est communis sententia Scribentium vbi que. Dicit tamen Iacob. de Beluif. in cap. 1. §. fin. colum. fin. de his qui feud. dare possunt. quod communis opinio ita tener: & quod ita tenent omnes Doctores tam ultra montes, quam citra montes. Et dicit Alber. de Rosar. in Repertor. iuris canon. in verbo, Feudum, col. 4. quod ita communiter Doctores tenent, & quod ita seruatur in practica. Et dicit Aluar. in prælud. feud. colum. 3. vers. Quæro tertio. quod ita se habet communis opinio in omnibus studiis, tam ultra montes, quam citra montes, & omnes Dd. ita sentiunt & tenent, & nos tenere debemus. Dicit etiam Præpos. in prælud. feud. num. 9. in fine. quod ita se habet communis opinio in omnibus studiis tam ultra montes, quàm citra montes, & omnes Doctores ita sentiunt. & dicit Molin. in consuet. Paris. feud. in princ. num. 46. quod hæc est fere omnium hæc in re Scribentium opinio. Ex quo enim iste liber fuit pro authentico obseruatus & allegatus per tanti temporis spacium, cuius initii memoria non extat in contrarium, non videtur dubitandum, quin possit ad decisionem causarum allegari, cum vsus tanti temporis, secundum communes regulas, vim habeat priuilegii.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit in materia feudali. Sed quæro, an possit etiam allegari ad

ad decisionem causarum extra materiam feudalem? Resp. quod non. Ita dicit singulariter Bart. in l. vi. iuris iurandi. §. si liberi. post num. 5. ff. de oper. libert. & est communis opin. vt dicit Curtius iun. cons. 64. num. 15. & in tractatu feud. in 1. parte princ. quest. 3.

Dicit etiam Molinæus in cons. Paris. §. 1. gl. 2. num. 27. quod hæc est verior & receptior opin. Ius enim consuetudinarium non debet trahi in consequentiam. Bene verum est, quod vbi non reperiretur contrarium à iure communi decisum, argui posset, puta, de feudo ad emphyteusin, secundum Spec. de feud. §. quoniam. vers. 40. Et ita esse commun. opin. attestatur Soc. cons. 167. nu. 24 lib. 2. & quod in dubio valet argumentum de feudo ad emphyteusin, dicit communiter teneri Socin. iun. cons. 72. nu. 37. lib. 1. Sed hoc argumentum non semper procedit, vt inferius, suis in locis, demonstrabimus.

Sed nunquid liber feudorum ligat etiam ecclesiasticas & ecclesiasticas personas? Resp. quod sic. Ita tenet Aluarot. in cap. 1. col. 8. vers. Sed vtrum. de his qui feud. dare possunt. & est communis opinio, vt ait Curt. iunior. de feud. in 1. parte princ. q. 2. & cons. 177. nu. 10. Ita etiam communiter teneri attestatur Maranta in d. suo speculo. in 3. parte, nu. 97. sicut etiam videmus, quod ratione feudi ecclesia & Clerici domino laico subiciuntur, vt dixi infra, q. 90. vers. Et hæc quidem.

ADDITIO.

\* In hac quest. adde, quod iura feudalia non valent in his, quæ reperiuntur aliter à iure ciuili decisa in alia materia, gl. est notab. iuncto text. in c. 1. de feud. leg. & ibi Bald. eam commendat, & vide ample de hac re per Euerar. in loco à feudo ad emphyteus. nu. 44. & seqq.

QVÆSTIO IV.

SVMMARIVM.

Feudum quid sit?

**Q**VÆRO, quid sit a feudum? Resp. secundum aliquos, quod feudum est beneficium ex beneuolentia datum, proprietate domino retenta, usufructu translato in suscipientem, eiusq; heredes siue masculos siue foeminas, si de iis, scilicet foeminis, actum sit ad hoc, vt ille suscipiens, & sui heredes seruiant, siue seruitium sit certum, siue incertum. Hæc definitio colligitur ex text. in c. 1. §. beneficium. in quib. caus. feud. amitt. & dicit Afflicti. in prælud. feud. num. 69. quod hanc definitionem sequuntur communiter Dd. Aliam etiam defin. tradit Raynald. in repet. c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Erider. scilicet, quod feudum est beneuola, libera, & perpetua concessio rei immobilis, vel æquipollentis, cum translatione utilis domini, proprietate retenta, sub fidelitate, & exhibitione seruitiorum; & dicit Molinæus in consuetudine Paris. tit. 1. in princip. num. 52. quod hæc definitio est verior, & receptior. Iudicio meo neutra harum definitionum tranfit sine b difficultate, sed secunda magis placet.

ADDITIOES.

**a** Feudum.) Adde quod feudum proprie dicitur, in quo quis habet præstare seruitium personale. Sed quando præstatur seruitium reale, non dicitur proprie feudum, secundum Afflicti. decis. 129. sub num. 2. Et vt dicitur feudum, sex requiruntur, de quib. per Ioan. Gal. inter cons. feud. cons. 2. nu. 31.

**b** Sine difficultate.) Adde quod feudum proprie est donatio & gratia, commune per Socin. in cons. 66. colum. 6. volum. 3. & dixi in collect. mea commun. opin. in verbo feudum, num. 1. magis namque participat de iure & beneficio, quam de onere, ideo gratia appellatur. Ita per Bald. & Iacob. de Beluil. in prælud. feudor. & tradit Anguil. in cons. 23. & 26.

QVÆSTIO V.

SVMMARIVM.

Feudum vnde dicatur?

**Q**VÆRO, vnde dicatur feudum? Resp. quod feudum dictum est à fide, seu fidelitate. Ita probat tex. in c. 1. §. fin. in sine per quos fiat inuestit. Et hæc est communis sententia, vt ait Curt. iun. de feud. in 1. parte princ. in 7. qu. Licet enim in quocunque contractu requiratur fides: tamen in feudo fidelitas vasalli exuberantius & principalius consideratur: merito ab ea nomen assumpsit.

QVÆSTIO VI.

SVMMARIVM.

Feudum an sit contractus nominatus?

**Q**VÆRO, nunquid feudum sit contractus nominatus? Resp. quod a sic. Ita tenet Bart. in l. iur. a risgentium. §. quinimo, post num. 19. ff. de pactis. & est communis sententia, vt attestatur Curt. iun. de feud. in 1. parte princ. in 9. quest. Habet enim singulare b nomen, & b formam à cæteris contractibus differentem.

Quæro etiam, an feudum sit contractus bonæ fidei? Resp. quod non. \* Ita tenet Aluar. in c. 1. de feudis cognit. & hæc opin. communiter tenetur, vt dicit Zas. de feud. in 1. parte, circa fin. tum quia est ex enumeratis §. actionum, Instit. de action. tum etiam, quia est contractus à consuetudine inuentus, quæ est stricti iuris. Et hæc ratio magis satisfacit, quia reuera non potuit connumerari in §. actionum. cum tempore confecti illius §. nondum esset inuentus contractus feudi, vt dixi supra q. 1.

ADDITIOES.

**a** Quod sic.) Item quod feudum sit contractus nominatus, & quod non habeat locum in eo pœnitentia, nec reuocatio: vide per Rolan. in cons. 3. num. 332. in prin. & cons. 33. num. 601. & 4. ad quest. 2.

**b** Singulare nomen.) Ita vt si feudum sub alio nomine contractus nuncupatum esset, non per hoc desineret esse feudum: quoniam de iure haud debet res regulari secundum naturam contractus, sed ipse contractus debet regulari secundum naturam rei deductæ in ipso contractu. l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. & vide per Marin. Anguil. qui fortius hoc probat dicit. cons. 23. num. 9. cum multis seqq. & in consil. 46. sub num. 25.

\* Et propterea quicquid est in eo omisum, censetur non comprehensum, nec aliquid in eo venit extrinsecus, l. si ita stipulatus, §. Chrysofonus. & l. quicquid astringenda. ff. de verborum oblig. vide Guil. Bened. in repet. c. Raynaldus, in verb. & uxorem. decis. 3. de testam.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIVM.

Feudum quotuplex sit?

**Q**VÆRO, quotuplex sit feudum? Resp. Doctores multas a enumerant species feudorum. **a** Tu dic, quod aliud est feudum regale, vel dignitatis: aliud non dignitatis: & de his infra dixi qu. 10. Aliud est nobile, aliud burgente. Item aliud francum, aliud non francum, de quo dixi infra, qu. 12. Item aliud est feudum antiquum, seu paternum, aliud nouum, de quo dixi infra, qu. 8. Item aliud est feudum rectum, aliud conditionatum. Item aliud est feudum ligium, aliud non ligium, de quo dixi infra, qu. 11. Item aliud est feudum hereditarium, aliud ex pacto & prouidentia, aliud mixtum, de quo dixi infra, qu. 9. Aliæ etiam diuisiones feudorum traduntur per Scribentes, quas vide per te in præludiis feudorum.

ADDI

## ADDITIO.

2 *Multas enumerant.*) Adde quod Bald. & ceteri scribes in *proam. feud.* ponunt duodecim diuisiones feudorum, quas non reficio, vide *ibi per eos.*

## QVÆSTIO VIII.

## SVMARIA.

- 1 *Feudum antiquum, vel nouum, quod dicatur?*
- 2 *Et quid si reuera sit feudum nouum, sed concedatur iure feudi antiqui in omnibus & per omnia?*
- 3 *Et quid si non sint appositæ illa verba vniuersalia?*
- 4 *Et an illa verba operentur etiam in præiudicium ipsius inuestiti?*
- 5 *Et quid econuerso si vassallus accipiat inuestituram feudi antiqui pro feudo nouo?*
- 6 *Et quid si feudum antiquum ex culpa vassalli deuoluatur ad dominum, qui ei culpam remittat, an iudicabitur nouum vel antiquum.*

**I**NTER alias diuisiones feudorum, quæ communiter traduntur à Doctoribus, ista est maximi effectus, & sæpe versatur in practica, quia scilicet aliud est feudum antiquum, & aliud est feudum nouum.

- a 1 Feudum nouum a est, quod de ÷ nouo conceditur, & habet initium in persona illius, qui de eo fuit inuestitus. Feudum autem antiquum b est illud, quod est acquisitum ab aliquo ascendente, qui fuerat patrens communis agnationis. Et licet aliquando etiam dicatur feudum paternum, id quod est acquisitum ab ascendente intra quartum gradum: tamen hæc duæ species, scilicet antiquum & paternum, sæpe numero pro eodem ponuntur. Et ita hæc omnia sequuntur communiter Dd. vt dicit Curt. iun. *de feud. in 1. parte princ. in 8. qu. col. 2. vers. sub hac prima.* Effectus autem huius differentie inter feudum nouum & antiquum, poteris videre in *discursu huius §.*
- 2 Sed hic occurrit notabilis ÷ quæstio, pone, \* Princeps inuestit aliquem de feudo, & in inuestitura dicit se illud concedere iure feudi antiqui & paterni; Quæro nunquid istud feudum regulabitur tanquam feudum nouum, an autem tanquam feudum antiquum & paternum? Respon. in hoc articulo variæ fuerunt Doctorum opin. Nam Oldrad. *conf. 178 nu. 3.* tenet quod non obstantibus illis verbis, *conferitur feudum nouum.* & hanc opin. aliquando dixit esse communem *lal. conf. 152 post nu. 1. lib. 2.* Contrariam autem opin. quod scilicet censeatur feudum antiquum, & debeat tanquam feudum antiquum regulari, tenuit Bald. *in cap. 1. num. 2. de alien. feudi pater. quem ceteri sequuntur, vt ait 6 Iac. de feud. in verbo, Nobiles Agati, in fin.* Et hanc opinion. dixit esse magis communem *lal. libi contrarius in conf. 1. col. 3. vers. 11. principali. lib. 3. & conf. 136. col. 4. vers. specialius, lib. 4. & in præiud. feud. nu. 90. circa fin. Dec. conf. 144. num. 3. in fin. Curt. sen. conf. 49. post num. 38 vers. Respondemus enim. Ruin. conf. 5 in prin. lib. 1. & *col. 1. 2. num. 5. eod. volum. & conf. 45. num. 4. eod. volum. Crot. in repet. l. si is qui pro emptore, num. 25. ff. de vsucap.* Hanc etiam opin. videtur fateri esse communem Curt. iun. *conf. 1. post num. 13.* licet dicat, quod non transit sine difficultate, cum plures etiam contrarium tenuerint: illam tamen tanquam communem aperte sequitur, dicens non esse ab ea recedendum consulendo, aut iudicando, idem Curt. iun. *de feud. in 1. parte prin. in 8. qu. col. 2.* Eandem opin. dicit esse communem *Parif. conf. 5. nu. 11. lib. 1. A'ciat. de præsumpt. in 3. regul. præsumpt. 28. muner. 4. Molin. in consuetud. Parif. feud. §. 5. num. 84.* Et hanc opin. ego etiam semper secutus sum, tanquam*

veriore & magis communem. Vt enim ipsa concessio feudi procedit ab absoluta voluntate principis: ita etiam ipsius feudi constitutio, & natura pendet à tenore inuestituræ, secundum quam Princeps feudum ipsum concedit, semper tamen intelligendo in Principe, qui de ipso feudo libere & absolute disponere potest, prout in hac materia præsupponunt communiter Doctores.

Et hæc quidem conclusio locum habet non solum quando Princeps in cõcessione vtitur verbis vniuersalibus, puta quia cõcedat iure feudi antiqui, *in omnibus, & per omnia,* prout aliqui dixerunt; sed etiam si non sint appositæ illa verba vniuersalia. Et ita volunt communiter Dd. vt dicit compater meus honorandus, & hac tempestate inter iuris Interpretes clarissimus, D. Crauet. *de antiquitate temp. in 5. parte, sectione vlt. post n. 16.*

Sed circa hanc conclusionem ÷ puto esse aduertendum, quia ex hac differentia, quod feudum censeatur iure feudi noui, vel iure feudi antiqui, oriuntur variæ effectus: quorum aliqui concernunt præiudicium ipsius domini concedentis, puta, quia si vassallus propter aliquam culpam, seu delictum non concernens directo personam domini, priuetur feudo: tunc quando feudum est nouum, reuertitur ad dominum, sed quado est antiquum, remanet apud eius filios, saltem quando est acceptum expresse pro se, & liberis, vt dixi *infra q. 66. vers. Et hæc quidem, & huiusmodi.* & in his casibus procedere potest communis opin. quod scilicet quando sunt appositæ illa verba, tale feudum censeatur iure feudi antiqui, vt verba ipsius Principis concedentis (iuxta vulgares regulas) latissime quantum fieri potest, in eius præiudicium operetur. Alii vero sunt effectus, in ÷ quibus versatur præiudicium ipsius vassalli suscipientis feudum: puta, quia si est feudum nouum, vassallus potest illud alienare ad sui libitum, interueniente consensu domini in præiudicium filiorum, vt dixi *infra q. 41. vers. Et hæc quidem,* & illud etiam vni ex filiis suis prælegare, secundum opinionem quam ego tenui *inf. quæst. 40 vers. Quæ omnia, & similes,* quod tamen facere non potest de feudo antiquo: nam in eo, vltra consensum domini, requiritur etiam consensus eorum, qui sunt vocati ex tenore ipsius inuestituræ. Et in his casibus forte teneri posset, feudum ita concessum non debere censeari iure feudi antiqui, in præiudicium ipsius suscipientis: ne verba appositæ in eius fauorem (contra communes regulas) in eius odium retorquantur. Cogita, quia si posset sustineri in practica, esset notabilis declaratio: & secundum illam ego consului anno præterito in casu magni ponderis in regno Neapolitano: & latatus sum, quia reperi, quod secundum eam prius consulerat *Riminald. conf. 96. num. 31. & sequen. cuius consilia impressa fuerunt post primam publicationem huius §.*

Quæro dunc, quid ÷ econuerso, pone, vassallus d habens feudum e antiquum, accipit inuestituram de e ipso, tanquam de feudo nouo, nunquid tale feudum mutabit naturam, ita quod censeari debeat feudum nouum, non autem feudum antiquum? Resp. q. quantum ad ipsum dominum concedentem, & quantum ad ipsum vassallum recipientem, procul cubio censebitur feudum nouum, ex quo vti que ipsorum potuit sibi pacto in inuestitura appposito præiudicare: & hoc est indubitatum. Quo vero ad filios, siue agnatos ipsius recipientis, quibus ex tenore primæ inuestituræ

stituta erat ius quaesitum, non potuit dominus, neq; vasallus in eorum praedictum aliquid facere; & ideo talis investitura eis non praedictat. Ita tenet Baldus in cap. 1. n. 20. an agnat. vel filius. quem caeteri sequuntur, ut ait Iacob. in verbo, Ita quod ipsi investiti, post nu. 14. vers. Sed ponamus. Quod tamen intellige procedere, nisi etiam ipsi filii vel agnati consensissent: nam eo casu etiam illis praedictaret. Et ita loquuntur omnes Doctores in hoc proposito.

6 Sed pone; Vasallus ex aliqua causa incidit in privationem feudi, quod erat antiquum, puta propter feloniam, ingratitude, vel huiusmodi, ita quod feudum ipsum aperiebatur domino (de quo tamen vide quae dixi infra qu. 66.) modo dominus remittit hanc culpam ipsi vasallo; Quæro, an remaneat feudum antiquum, an autem cedeatur tanquam feudum novum? Respon. quod remanet feudum antiquum. Ita tenet gloss. in Imperialem. §. in super, in verbo, priuatur, de prohib. feud. alien. per Frider. quem caeteri Scribentes sequuntur, ut dicit f. Iacob. in verbo, Dicitur, vasalli. et i. nu. 64. Idem etiam tenuit in l. quod dicitur, la. 1. in princ. nu. 9. ff. de impen. in reb. dot. al. fac. Hanc tamen conclusionem intelligo, ut procedat, quando non esset adhuc contra ipsum vasallum secuta sententia super privatione; vel quando culpa non erat talis, propter quam vasallus ipso iure feudum amisisset: nam eo casu utique remanet feudum antiquum, propter antea; secus autem, si iam fuisset privatus ipso iure, vel per sententiam. Ita dicit Bald. in d. §. in super, nu. 8. & ita communiter distinguunt omnes Scribentes, ut ait Molin. in consuet. Paris. feud. §. 30. nu. 105. Credo etiam, quod si posset apparere de aliqua causa, quia scilicet dominus, & vasallus simul colluissent, ut agnatos a suo iure excluderent, esset eis ex æquitate succurrendum.

ADDITIONES.

a Feudum novum est.) Adde & per Cæphal. consil. 173. numer. 1. & 34. ubi quid sit feudum novum. Idem in consil. 3. numer. 10. Item feudum novum dicitur ob novam formam per eundem in consil. 30. numer. 29. Antiquum nempe feudum ex nova forma fit novum, per eundem consil. 173. numer. 19. & 20.

b Antiquum.) Item feudum quando dicatur antiquum: vide per Cæphal. in consil. 207. num. 30. & antiquum quale sit, vide per eundem consil. 241. num. 21. Et in dubio praesumitur antiquum per Roland. consil. 3. num. 3. & per Cæphal. d. consil. 207. num. 30.

c Ut ait Iacob.) Qui subdit hoc esse notandum, quia quotidianum. Adde hanc opinionem contra Oldrad. esse communem, ut attestatur Roland. in consil. 60. num. 38. libr. 1. & consil. 32. nu. 7. vol. 4. & dixi in collect. mea commun. opin. in verbo, feudum nu. 7. & 8.

d Quæro nunc.) Adde & vide communè utrunque per Roland. in consil. 16. volumin. 3. quod etiam dixi in ead. coll. et. mea. numer. 31. & 32.

e Antiquum.) Hic cadit notabilis dubitatio. Vasallus committit contra dominum feloniam dignam privatione feudi, dominus remittit, nunquid ex hoc feudum dicatur esse novum, an vero remaneat antiquum? vide per Iac. in suis quaest. feud. lib. 1. qu. 16. nu. 240.

f Ut dicit Iacob.) Vide etiam per eundem in suis quaest. feud. qu. 16. sub nu. 24.

g Ad hanc quaest. adde quæ late dicit Ant. Gabriel. lib. 3. tit. de feud. conclus. 1.

QUESTIO IX.

SUMMARI.

1 Feudum quando dicatur esse ex pacto & providentia, & quando hereditarium?

2 Feudum simpliciter, & absolute hereditarium an transeat ad quoscunque heredes, etiam extraneos?

3 Feudum concessum pro se & filiis, vel liberis, an dicatur hereditarium?

4 Feudum concessum pro se, & filiis, & heredibus, an requiratur quod filii sint etiam heredes?

5 Et an hoc casu requiratur quod sint heredes vasalli ultimo loco defuncti, an autem sufficiat, quod sint heredes primi acquirentis?

6 Et quid si feudum concessum sit alicui, nulla facta mentione filiorum, nec heredum?

7 Feudum concessum pro se, & heredibus, an dicatur hereditarium?

8 Et quid si concessum sit pro se, & filiis, & heredibus ab eis legitime descendentibus?

9 Et quid si concessum fuerit pro se, & heredibus masculis?

V ALDE utilis & quotidiana est illa quaestio, qualiter intelligatur & aliquod feudum esse ex pacto & providentia, & qualiter hereditarium, in qua materia Doctores multum intricate loquuntur. Praemittite ergo, quod dupliciter intelligi potest feudum esse hereditarium, primo scilicet, quoad hoc, ut tale feudum de sui natura sit transitorium ad quoscunque heredes; & sic, quod eo ipso, quod quis est heres vasalli admittatur ad feudum. Secundo vero, quoad hoc, ut de natura ipsius feudi non posset aliquis in eo succedere, nisi etiam sit heres, & sic in primo casu qualitas, quod sit heres, sufficit ad succedendum in ipso feudo: in secundo autem casu non sufficit, sed bene requiritur quod concurrat.

Hoc praemisso dic, quod tria sunt in hoc proposito genera feudorum. Aliquod & enim est feudum simpliciter, & absolute hereditarium, puta, quando concessum est pro se, & heredibus quibuscunque: & ad hoc, ut quis in tali feudo succedat, sufficit, quod sit heres, nec alia qualitas requiritur: & ideo tale feudum transit ad quoscunque etiam extraneos heredes. Ita dicit Bald. in l. cum virum, post num. 21. C. de fideicom. qui in hoc communiter approbatur, ut ait Gigas de pension. quaest. 19. nu. 13. Idem etiam tenet Bald. in c. Imperialem. in princ. nu. 19. de prohib. feudi alien. per Frider. Et est communis opinio, ut ait Socin. inter consil. feud. Brun. consil. 19. num. 2. Curt. iun. consil. 183. num. 6. & in tractatu feud. in ult. parte. tertiae partis princ. qu. 2. Ripa in l. ex facto. §. si quis ita. post num. 16. vers. Ex quibus constat ff. ad Trebell. & in l. quaesitum. §. si quis cum tutor. nu. 4. & seq. ff. de priuill. credit. Crauet. consil. 256. post num. 8. vers. Hu tamen. Paris. consil. 23. num. 179. libr. 1. Socin. iun. consil. 103. num. 28. libr. 2. Et dicit Molin. in Apostill. ad Alexand. consil. 30. sub num. 11. libr. 1. in fine Apostill. quod hæc est crebrior & verior opin. licet in princ. Apostill. dicat, quod in hoc puncto quanto plura legit, tanto minus discernere potuit, quæ sit crebrior opin. adeo Doctores Doctores, imo iidem sibi ipsis contradicunt. Sed quicquid dicat Molin. opin. Bald. tanquam magis communis observatur in practica.

Quandoq; vero, & secundo, feudum & est simpliciter, & absolute ex pacto & providentia, puta, quando concessum est pro se, & filiis, vel pro se, & liberis, nulla facta mentione heredum, & hoc quidem feudum non dicitur hereditarium, secundum And. de Isern. in c. 1. §. hoc quoque. qui feud. dare poss. & est communis regula, ut ait Dec. consil. 445. numer. 8. sed ad hoc, ut quis in tali feudo succedat, sufficit quod sit filius, vel descendens ab illo primo acquirente; non autem requi-

quiritur, quod sit heres. Et hæc est communis opinio, ut dicit Iason in leg. si post mortem, in princ. num. 3. ff. de legat. 1. & consil. 56. colum. fin. in princ. ibi ergo, libr. 3. Bene verum est, quod in hoc casu secundum aliquos, est differentia inter filios & agnatos: nam multi tenent, quod in hoc feudo locum habeat dispositio cap. 1. an filius vel agnatus, de quo infra suo loco dicemus, in quest. 76.

4 Quandoque & tertio, feudum non est neque simpliciter hereditarium, neque simpliciter ex pacto & providentia, sed participat de utroque, puta, quando est concessum pro se, & filiis, & heredibus, an eo casu requiritur, quod ille, qui vult in tali feudo succedere, sit filius, & sit etiam heres, & sic, quod in eo utraque qualitas concurrat. Ita tenet Iacob. de Beluif. in c. 1. de eo, qui sibi & hered. & c. Bene verum est, quod in hoc fuit aliqua controversia inter Scribentes. Nam contrarium videtur tenuisse Bald. in eo. cap. 1. n. 6. quod scilicet sufficiat ius sanguinis, neque requiratur ius hereditatis, sed huic opin. Baldi non adherent communiter Doctores, ut dicit Alex. conf. 19. nu. 16. lib. 5. Et dicit Alex. conf. 10. nu. 8. libr. 3. quod conclusio Iacobi de Beluif. est communiter approbata, quem refert Paris. conf. 2. num. 26. lib. 1. & conf. 3. nu. 17. eod. volum. & conf. 4. nu. 28. eod. volum. & conf. 106. num. 25. eod. volum. Hanc conclusionem dicit esse communem Ias. conf. 57. nu. 1. lib. 1. & conf. 56. col. 1. lib. 3. Ruin. conf. 16. nu. 6. lib. 1. Curt. iun. conf. 1. num. 11. Paris. conf. 16. num. 13. libr. 1. & conf. 23. nu. 167. eod. volum. & conf. 1. nu. 134. lib. 2. & conf. 48. nu. 9. & 10. lib. 4. Crauetta conf. 197. post. num. 5. vers. Hoc tamen fundamentum. Socin. iun. conf. 114. post. nu. 12. lib. 2. Gratus conf. 4. num. 42. lib. 1. Et hanc opin. tanquam verior, & magis communem, semper vidi observari in practica, alias enim necesse esset fateri, quod illa verba, & heredibus essent superflua.

5 Sed quæro, an oporteat eum, qui vult in huiusmodi feudo succedere, esse heredem vasalli ultimo loco defuncti, an autem sufficiat eum esse heredem primi acquirentis? Resp. quod in hoc etiam est altercatio inter Doctores, nam aliqui tenent, oportere quod sit heres vasalli ultimo loco defuncti, & hanc dicit esse communem opinionem. Curt. iun. conf. 138. post. nu. 24. quem refert Socin. iun. conf. 188. num. 15. lib. 2. Aliqui vero tenent sufficere quod mediante persona suorum antecessorum sit heres primi investiti. Et hanc dicit esse communem Alexan. in d. conf. 10. num. 8. lib. 3. prout illum refert Gozad. conf. 8. nu. 2. Et revera Alex. ibi expresse dicit, quod sit heres primi recipientis. Idem etiam videtur sensisse Alex. & plures alii in locis supra allegatis, dum loquuntur alternativè, scilicet, quod sit heres, vel primi acquirentis, vel vasalli ultimo loco defuncti. Et hæc opinio magis mihi placet. Cum enim descendentes illius primi acquirentis succedant in ipso feudo, virtute primæ investituræ, in qua fuerunt vocati ipse, & eius filii, & heredes, non est consideranda successio illius, apud quem feudum ultimo loco repertum est, sed tantummodo illius, cuius beneficio descendentes ipsi ad feudum admittuntur. Et ita secundum hanc opin. in facti contingentia iudicavit Senatus.

6 Sed quid dicendum est, quando est feudum est concessum simpliciter alicui, nulla facta mentione filiorum, neque heredum, puta, concedo tibi tale castrum in feudum, nunquid tale feudum (quod aliqui nominant informe) transibit ad heredes, an autem censetur concessio personalis, quæ non transeat ad

descendentes, vel successores? Resp. quod tale feudum ita concessum nihilominus transit ad heredes, scilicet ad eos, qui alias ex natura feudi succedunt. Ita tenet Pet. de Bellapert. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. 1. & est communis opinio, ut attestatur Ias. in d. §. si quis alicui. num. 9. Sunt enim beneficia principum (iuxta vulgares regulas) latissime interpretanda, non tamen in huiusmodi feudo succedunt heredes extranei, quia hoc esset contra naturam feudorum, in quibus regulariter non succedunt extranei heredes, ut dixi infra qu. 83. Et sic vides, quod hoc feudum ita simpliciter concessum perinde est, ac si concessum esset expresse pro se, & filiis suis masculis tantum: & ad hoc allegatur gl. quæ tamen in libro meo non dicit in c. 1. quib. mod. feud. const. pot. vbi Bald. nu. 4. refert gl. ita expresse dicere, subdens, & tene menti in corde tuo, quia est notabile. Et illam gloss. dicit esse communiter receptam Didac. lib. 2. resolut. c. 17. nu. 3. in fin. vbi etiam dicit, quod hoc videtur magis receptum apud eos, qui de feudis tractaverunt.

Et in hoc proposito nota, quod in feudis potest considerari duplex providentia, scilicet legis & hominis. Providentia legis est, ut feudum de sui natura non transeat nisi ad descendentes, & ideo siue feudum sit concessum simpliciter (ut superius dixi) nulla facta mentione filiorum, neque heredum, siue concessum sit pro se, & heredibus: nihilominus tale feudum ex providentia legis non transit nisi ad descendentes masculos, non autem ad extraneos heredes. Providentia autem hominis est, quando ex tenore ipsius investituræ vocantur expresse solummodo descendentes ipsius recipientis, puta, quando concessum est pro se, & liberis, vel pro se, & filiis, vel huiusmodi. Et hoc proprie videtur dici feudum ex pacto, & providentia: quia & pactum & providentia legis in hoc concurrunt, ut solum descendentes ipsius investiti, non autem heredes extranei in ipso feudo succedant.

Nunc prosequendo eandem materiam, quæro an feudum est receptum pro se, & heredibus, dicatur hereditarium? Resp. si intelligas hereditarium simpliciter & absolute, id est, quod transeat ad quoscunque heredes etiam extraneos, certum est, quod non est hereditarium, ut ex prædictis apparet, & latius dixi infra in d. qu. 83. sed si intelligas hereditarium, scilicet in quo non possit succedere, nisi qui sit heres, dico, quod est hereditarium. Et ita tenuit Andr. de Isern. in cap. 1. §. hoc quoque, de his qui feud. dare poss. & est communis regula, ut ait Dec. conf. 445. n. 8. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Campeg. inter conf. feud. Brun. conf. 11. num. 3. & seq. Brun. conf. 24. nu. 1. Licet enim in materia feudali verbum, *Hereditibus*, intelligatur de descendentes, & sic ratione subiectæ materiæ trahatur ultra propriam significationem: retinet tamen adhuc suam propriam significationem, & sic includit utrunque, scilicet descendentes, & heredes, alterum ex natura ipsius verbi, alterum ex natura rei, super qua pronunciat.

Sed quid si feudum acceptum est pro se, & filiis, & heredibus ab eis legitime descendentes? Resp. 5 pariter dicendum est, quod censeri debet hereditarium, & ita se habet magis communis opin. ut ait Paris. conf. 4. num. 27. lib. 1. Afflict. dec. 195. post. num. 7. subdens, quod ita pluries fuit iudicatum: & ideo in tali feudo filii vel eorum descendentes non succedent, nisi etiam sint heredes: & ista est communis opin. ut dicit Sigismund. conf. feud. 52. nu. 55.

9 Item quæro, quid si acceptum fuerit feudum pro se, & heredibus h masculis? Respon. aliqui tenuerunt, quod illa qualitas masculinitatis adiecta operatur, quod feudum ita receptum, non dicatur hereditarium, & fuit opin. Rayn. in sua q. incip. Quidam habebat duos filios. & ita tenent omnes, ut dicit lat. in l. Gallus. §. etiamsi parente, nu. 22. ff. de lib. & posthum. quem refert Rubeus cons. 110. nu. 5. in repet. l. Gallus. §. quidam recte. col. 68. vers. Dubitatur igitur quinto, & est communis opin. ut attestatur Bello. cons. 33. nu. 2.

Sed tu hic diligenter aduerte, quia si dictum Rayner. intelligatur, quod feudum ita receptum non sit hereditarium, quia scilicet non transeat ad omnes, qui iure hereditario succedunt, etiã in extraneos, sed solum in descendentes masculos, hoc nullam proisus habet difficultatem, quia etiamsi non esset apposita illa qualitas masculinitatis, tamen ex natura feudi id erat expeditum, ut sæpe dixi. Et dicit Socin. iun. cons. 188. nu. 7. lib. 2. quod est commune dictum, & non habet contradictorem. Et ita in hanc sententiã expresse illum refert Iason in loco supra allegato, adeo quod ita intelligendo deest. Rayn. quæ fundatur super illa dictione, masculis, erit inanis, & sine succo. Si vero intelligatur, quod illa qualitas masculinitatis operetur, quod feudum non sit hereditarium, quia scilicet descendentes masculi ad ipsum feudum admittantur, etiamsi non sint heredes, Ego credo illam decisionẽ Rayn. esse falsam, & contra eum esse magis communem opin. prout etiam attestatur Rubeus cons. 17. per totum consilium. Didacus lib. 2. resolut. cap. 18. ante nu. 4. Certe passus est arduus: & aliquando cum causa penderet de facto, ab utraque requisitus, consulere reculaui.

ADDITIONES.

a Ex pacto & providentia) Ad materiam hic nota, quod in feudo ex pacto & providentia admittuntur filii agnati, tamen non sint heredes primi inuestiti, vel ultimi defuncti: commune vide Roland. cons. 67. num. 21. & in collecta mea commun. opinio in verbo feudum nu. 50. Item nota quod feudum ex pacto, & providentia pro se & liberis, quorum primi contraheutes semper voluerunt conservari, non potest vendi etiam eum consensu domini directi in præiudicium liberorum vocatorum. Commune vide ibidem nu. seq.

b Hereditarium.) Adde communem, ut per Roland. à Valle post ab eo citatos in cons. 67. nu. 9. & cons. 97. nu. 39. volum. 1. & cons. 3. nu. 17. vol. 4.

c Co. cessum est pro se.) Adde quod etiam dicitur hereditarium, quando reperitur concessum simpliciter, nulla facta mentione heredum, commun. per Roland. d. cons. 3. num. 15. Item quando est concessum pro se, & filiis commun. per Roland. ibi nu. 17. item quando est concessum pro se, filiis, & heredibus, commun. per eund. ibi nu. 19. & de istis communibus opinio dixi fufius in e. d. collect. mea nu. 23. cum multis sequentibus & num. 27. cum multis aliis sequentibus ubi etiam succedere volens debet esse heres, num. 40. Item in feudo hereditario concessio pro se & heredibus & successoribus ut quis admittatur, requiritur, ut sit heres primi inuestiti vel ultimi defuncti, de cuius persona tractatur num. 40. quinimo non sufficit quod sit heres sanguinis, nisi etiam sit hereditatis. Commune num. 42. item quod sit heres universalis, commune num. 43.

d Ex pacto & providentia.) Item concessum cum dictione masculis, nullo alio verbo apposito, facit ut feudum dicatur ex pacto & providentia, ac secus quando adiunguntur illa verba, pro filiis masculis heredibus: quia isto casu erit hereditarium, commune dixi ibi. nu. 47. sed quid quando datur alteri pro se & suis liberis ex suo corpore legitime descendentes, an dicatur hereditarium vel ex pacto & providentia? commune utrunque vide ibi. nu. 48. 49. Feudum vero concessum pro se & liberis quod dicatur ex pacto & providentia, commune vide per Nat. in cons. 681. ante nu. 2. ubi pro & contra, & dixi in d. collect. mea nu. 45.

e Defuncti.) De ista communi dixi plenius ubi sup. nu. 41. cum duob. seq.

f Mentione.) Vbi vero esset concessum pro se & heredibus, & quibus dederit, tunc transiret etiam ad extraneos, commune Roland. in cons. 55. nu. 36. volum. 3. quod etiam dixi in d. coll. mea verb. Feudum. nu. 43. & fufius nu. 52.

g Descendentibus.) De hoc dixi sup.

h Et heredibus masculis.) Vid. sup. ca. quæst. sub additione signata litera D. Insurgit pulchra quæstio, quid si recipit aliquis in feudum pro se & filiis suis nascituris legitimis, & ex seculo ventre matris editus est filius, an succedat in illo feudo? vide per Iacob. de S. Georg. in l. fin. nu. 6. C. de posthum. hered. insti.

QVÆSTIO X.

S V M M A R I V M.

Feuda Regalia, vel dignitatum quæ dicantur?

QVÆRO, quæ dicantur feuda & regalia, vel feuda a dignitatibus? Resp: quod ad hoc, ut aliud quod feudum dicatur regale, vel dignitatis, duo requiruntur. Primum, quod in feudum concedatur Regnum, seu dignitas, puta Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus. Secundum, quod concedatur ab Imperatore, aut Rege, vel supremo Principe. Ita declariant communiter Scribentes, ut dicit Curt. iun. de feud. in 1. parte, q. 8. col. 1.

ADDITIONO.

a Dignitatum.) Hic nota, quod feuda dignitatum, de quibus per Autorem, sunt individua. Istam regulam reallumit Ducen. reg. 316. in Italia tamen per generalem consuetudinem diuiduntur, & in illis omnes pariter succedunt, neque habet locum primogenitura, commune dixi in collect. mea commun. opinionum, verb. Feudum, nu. 96. item quod in feudis habentibus dignitatem permilla sit diuisio, etiam ex quo iurisdictionis exercitium potest diuidi. Commune dixi & ubi sup. n. 100. vide nu. 67. cum duob. seqq.

QVÆSTIO XL.

S V M M A R I A.

- 1 Feudum ligium quo dicitur?
- 2 Et an possit quis esse homo ligius duorum dominorum?

QVÆRO, quod dicatur feudum ligium? Resp. 1. quod feudum a ligium est, in quo tria concurrunt. Primum, quod in inuestitura expresse dicatur, quod sit ligium. Secundum, quod vasallus subiciat principaliter potestati domini personam suam, & consequenter omnia bona sua, etiam non feudalia. Tertium, quod iuret illi fidelitatem, nulla alterius fidelitate reservata. Et ita est communis opin. ut dicit Curt. iun. de feud. in 1. parte, q. 8. vers. quinto sub hac.

Hinc inferitur, quod non potest aliquis esse homo ligius duorum dominorum, ut dicit gloss. in Clem. pastoralis. §. denique. in verbo, Homo ligius, de re iudic. quæ in hoc communiter approbatur, ut dicit Iaco. de homag. num. 6.

ADDITIONES.

a Feudum ligium.) Item feudum ligium est illud quod ab Imperatore est concessum præstita fidelitate absolute, & nullius alterius fidelitate conservata. per Alex. in cons. 30. n. 3. lib. 1. & Iac. in suis quæst. feudalibus nu. 4.

Homo ligius.) Hic scias quod appellatur homo ligius quasi ligatus. Iac. in dictis q. nu. 5. qui num. seq. dicit, quod feudum non ligium appellatur, quando præstat fidelitas simpliciter, vel quando excipitur in fidelitate alius dominus.

\* Adde Spec. tit. de feud. §. quoniam super homagis, ver. 10. quæritur, & Bald. in præiud. feud. in 6. diuis. in fin. quod secus est in homine non ligio, qui duobus homagium facere potest, & grandi, ibi. vel etiam quo alteri persone, de sup. neg. pr. al. lib. 6. ver. feudo ligio, vide Gal. Ben. in rep. a. Rayn. ver. mortuo in aq. ue

testatore. 2. de testam. & in ver. & uxorem nomine Adelasiam in 3. decis.

## QVÆSTIO XII.

## S V M M A R I V M.

Feudum francum quod dicatur?

**Q**VÆRO, quod dicatur feudum francū? Resp. quod feudum a francum dicitur, in quo duo concurrunt. Primum, quod in inuestitura expresse dicatur quod sit francum. Secundum, quod inuestitus non teneatur, nisi ad seruitia, quæ sunt expressa in inuestitura: & ista est communis mens Doctorum, vt dicit Curt. iun. de feud. in 1. parte, q. 8. vers. Secunda principalis.

## A D D I T I O.

**1** Feudum francum.) Et secundum Iacob. ubi sup. num. 2. appellatur francum, quando pro illo feudo non est præstanda aliqua fidelitas: item quando proprietates est infeudata. Nam ex pacto bene potest dominium concedi feudatario, nedum vtile, sed etiam directum: & tunc appellatur feudum francum, & ibi retulit Bald. atque Io. Mona. istud dicentes.

## QVÆSTIO XIII.

## S V M M A R I A.

- 1 Prælati an possit concedere in feudum bona Ecclesiæ?
- 2 Et quid in feudo decimarum?
- 3 Et quid in feudis apertis tempore prædecessoris sui?
- 4 Et quomodo dicatur res ecclesiæ solita, vel non solita infeudari?
- 5 Et an possit prælatus infeudare tales res etiam consanguineis suis?
- 6 Et an in tali infeudatione interuenire debeant solemnitates requisitæ in alienatione ecclesiæ?
- 7 Et an possit prælatus eo casu alterare, aut mutare consuetudinem, secundum quam tales res solite erant in feudis concedi?
- 8 Et an si illam alteret, infeudatio vitietur?

**Q**VÆRO, nunquid Prælati a possit in feudum concedere bona ecclesiæ? Resp. quod non, nisi essent res solitæ infeudari. Nam illas vtique posset Prælati, postquam essent ad ipsam ecclesiam reuertæ, aliis in feudum concedere. Ita colligitur ex tex. in c. 1. de his qui feudum dare possunt.

**2** Sed quæro, nunquid hæc conclusio locum habeat etiam in feudo decimarum, quod solitum sit laicis infeudari, vt scilicet, si ad ecclesiam reuertatur, possit Prælati illud alteri laico in feudum concedere: Respon. quod sic: & ad hoc allegatur gloss. in cap. prohibemus. in verbo, Laicos, de decimis, quæ tamen hoc non dicit. Sed hanc opin. clarius tenuit Flor. quem refert Imol. in c. ex parte, post nu. 39. de feud. subdens, quod hæc opin. communiter seruari videtur. Et post eum ita dicit communiter teneri & obseruari in practica Ias. conf. 155. in fin. lib. 2. & in d. c. 1. num. 13. de his qui feud. dare poss. Illud etiam refert Curt. iun. de feud. in 2. parte prin. q. 8. Dec. conf. 131. paulo ante fin. Licet enim regulariter decimæ apud laicos esse non possint: tamen ex quo erant solitæ laicis infeudari, præsumitur eas licite apud ipsos laicos fuisse, & consequenter etiam aliis laicis concedi posse.

**3** Sed nunquid poterit Prælati infeudare, non solum feuda, quæ tempore suæ prælaturæ apertuntur, sed etiam ea, quæ tempore prædecessoris sui aperta fuerunt? Resp. Gloss. in d. c. 1. in prin. in verbo, Feudum dare. tenuit quod non: sed illa gl. in hoc com-

muniter reprobatur, vt dicit Guido Papæ decis. 154. post num. 2. Bene verum est, quod si aperiat feudum tempore vnius Prælati, & ille Prælati tale feudum apertum & solitum infeudari, non infeudet, sed recipiat fructus, & decedat, si deinde successor suus reperiatur illud feudum inter bona mensæ, non poterit illud inconsulto Romano Pontifice infeudare, si tenuerit per annum inter bona mensæ suæ, & non infeudauerit. Ita sentiunt omnes, vt dicit Guido Papæ in d. decis. 154. post num. 3. vers. Sed si dicta. & secundum hanc conclusionem in facti contingentia iudicauit Parlamentum Delphinale, vt in eadem decis. in prin.

Nunc pro intelligentia quæro, quomodo dicatur res Ecclesiæ solita vel non solita infeudari? Aliqui dicunt, quod dicitur solita infeudari, quando reperiuntur duæ infeudationes illo modo factæ, simul cum cursu quadraginta annorum: & fuit opin. Iacobi de Beluil. in d. c. 1. de his qui feu. dare poss. quam dicit esse communem Ias. conf. 155. col. pen. vers. Non obstat secundum, libr. 2. vbi etiam col. 2. vers. Quarto facit. dicit, quod ab hac conclusione non discrepat. Multi etiam dicunt sufficere, quod præcesserit vna tantum infeudatio solemniter facta sine aliquo temporis cursu, vel pluralitate actuum. Et hanc opin. dicit esse communem Curt. iun. de feud. in 1. parte 2. partis prin. q. 4. Ruin. conf. 35. nu. 30. lib. 1. Sed hæc opin. non transit sine difficultate, ideo prima esset tenenda, tanquam tutior, & quæ minus fauet alienationi rerum ecclesiasticarum. Ad hoc autem, vt dicatur non solita amplius infeudari, requiritur, vel quod expresse Prælati eam describi faciat inter bona mensæ ecclesiæ, vel quod per multum tempus collegerit fructus ipsius rei solitæ infeudari, prout solitus est facere de aliis rebus incorporatis. Et hanc opin. quod scilicet requiratur huiusmodi declaratio expressa vel tacita, dicit magis esse communem quidam moderni, quos refert Curt. iun. in d. 1. parte 2. partis prin. q. 5.

Vtterius quæro, nunquid possit Prælati huiusmodi res, postquam ad ecclesiam reuertæ sunt, infeudare non solum extraneis, sed etiam consanguineis & affinibus suis? Resp. quod sic, dummodo talis infeudatio non sit multum onerosa ecclesiæ, vel alias suspecta. Ita tenet Bald. in d. c. 1. nu. 9. & est communis sententia, vt ait Curt. iun. in 1. parte 2. partis principalis q. 7. quem refert Rip. de peste in c. 2. de remediis præserua. num. 170. Ias. in d. c. 1. post num. 19. de his qui feu. dare poss. Zali. de feud. in 5. parte. vers. Quarta conclusio. Et ita de consuetudine obseruari videtur, quia hodie potius agnatis, quam aliis beneficia à Prælati conceduntur, vt dicit gl. in c. 1. in prin. in verbo, In clericorum si de inuestitura inter domin. & vasall. &c. Quæ quidem consuetudo non est prorsus improbanda, modo isti agnati seu affines sint alias probi, & idonei. Sed caueant Prælati, ne dum proximos suos immerito bonis ecclesiasticis ditare contendunt, ipsi eorum, & suas animas illaqueent in æternam damnationem.

Item quæro, an in tali renouatione infeudationis interuenire debeant illæ debitæ solemnitates, quæ in rei ecclesiasticæ alienatione requiruntur? Resp. quod non. Ita tenet Bart. in Auth. qui rem. n. 4. C. de sacros. Eccles. Abb. in c. vt super, nu. 11. de reb. eccles. non alien. & est communis sententia, vt dicit Curt. iun. de feu. in 1. parte 2. partis prin. q. 1. Et quod possit Prælati solus, & sine consensu capituli, huiusmodi res solitas infeudari, aliis in feudum concedere, dicit esse communem conclusionem Doctorum Soc. conf. 102. nu. 23. lib. 3.

*lib. 3. Claud. in d. cap. 1. de his qui feud. dare poss.* Et ita etiam communiter de consuetudine teneri attestatur *Zafius de feud. in 5. parte, vers. Secunda conclusio.* Et in hoc modica est inter Dd. controuersia.

7 Scias tamen, quod sicut Prælatus † non potest infeudare res ecclesiæ non solitas in feudum concedi, ita etiam in tali renouatione infeudationis non potest alterare eam aut mutare consuetudinem, secundum quam erant solitæ concedi. Ita dicit *Bart. in d. Auth. qui rem. num. 8.* & est communis conclusio, vt dicit *Alex. conf. 9. nu. 2. lib. 3.*

8 Sed quid si alteret aut mutet ipsam † consuetudinem, nunquid infeudatio vitiabitur? Resp. quod quatenus in hac renouatione excessit formam consuetam, proculdubio vitiatur, & in hoc nemo discrepat. Et hanc conclusionem dicit esse communem *Curt. iun. in d. 1. parte 2. partis. in 6. q. col. 1. & 2.* quatenus autem solitæ sunt concedi, sustinetur. Et ita dicit esse veram, & communem sententiam *Curt. iun. in d. 6. q. col. pen.* Tu vide quæ dixi supra §. *emphyteusis. q. 6. vers. Scias tamen.*

ADDITIONES.

a *Prælatus.*) Adde hic, quod Prælatus habens administrationem bonorum ecclesiæ habet potestatem locandi res ecclesiæ sine auctoritate superioris, dummodo locatio non fiat ad longum tempus, & tendat in utilitatem ecclesiæ: & potest hoc casu ecclesiam obligare. Commune dixi in *collect. mea commun. opin. in verb. Prælatus, nu. 1. 2. & 3.*

b *Solita infeudari.*) Ad idem quod Prælatus possit infeudare bona ecclesiæ solita infeudari, habetur per *Crauet. in conf. 54. col. 1.* Quando vero res non esset solita infeudari, aduerte, quod solemnitas ecclesiastica requiritur in infeudatione noua, & perpetua concessione in emphyteusim, *c. nulli. de reb. eccl. non alienan. c. 1. de feud. cum alius allegatis per Alex. in conf. 78. nu. 3. vol. 1.* vnum tene menti in materia, quod solus Prælatus ecclesiæ propter benemerita recipientis potest alienare naturam feudi in emphyteusim, concedendo in feminas, vel in alias generationes non permissas, facta tamen mentione de benemeritis, & meritis probatis, per *Marin. Anguis in conf. 46. sub nu. 13.* Imo potest alienare ex causa remunerationis per *Rol. in conf. 18. nu. 64. lib. 2. quem vide nu. 67.*

c *Consanguineis.*) Adde quod *Bald. in l. 1. ff. de rerum diuis. ex mente Iacob. de Beluis. idem dicit* quando feudum est antiquum, quia non est suspicio, quod feudum deterioretur. Imo Prælatus illos de suo sanguine tenetur præferre aliis: secus, si infeudatio, vel datio in emphyteusim fieret de nouo, per *Iacob. in suis quest. feud. lib. 9. q. 27.*

d *Solemnitates.*) At si non sint solitæ infeudari, tunc requiruntur, vt dixi supra sub *Apostil. signata littera B. ibi vide.*

e *Alterare.*) Aduerte, quod potest alterare propter benemerita recipientis, vt dixi supra Adde nunc duas alias limitationes, de quibus per *Apostil. ad Alex. eod. conf. 9. in 1. Apostil. quas ibi vide per te: eas non transcribo.*

\* In hac q. Dd. varie loquuti sunt, crebrior tamen opin. est & verior, quod Prælatus rem antiquitus infeudari solitam possit infeudare non solum extraneis, sed etiam consanguineis suis & affinibus, *Bald. l. 1. q. 25. ff. de rer. diuis. Aluar. in c. 1. si de inuest. inter dom. & vas. l. 1. oriat.*

QVÆSTIO XIV.

SVMMARIVM.

Dominus an possit inuestire aliquem de feudo nondum aperto?

1 QVÆRO, an dominus possit inuestire aliquem de feudo nondum a aperto, scilicet quod adhuc per alium vasallum, legitime inuestitum, possidetur? Respon. quod sic, dummodo inuestitura sit concepta sub conditione, puta si ille vasallus sine descendentibus aut agnatis ad feudum ipsum vocatis decesserit: vel in tempus, puta quando ipsum feudum

ad dominum iure medio deuoluatur. Et ita concludunt communiter Dd. vt dicit *Claud. in l. fin. nu. 13. C. de pact.* Sed si inuestitura esset concepta pure, esset penitus nulla, adeo quod etiam si postea eueniat casus, quod tenens feudum moriatur sine herede, non tamen potest aliquem effectum sortiri. Ita probat text. in *c. 1. hic potest esse titulus, qui successores teneant.* & est communis opin. vt dicit *Aluar. in eod. c. 1. post nu. 16. vers. In text. ibi Debent tamen Imperatores & Principes abstinere ab huiusmodi inuestituris concedendis, ne inducant votum captandæ mortis, vt audiui contigisse nostris temporibus in quodam Marchione ex primatibus Italia, cuius nomen taceatur.*

ADDITIONO.

a *Nondum aperto.*) De feudo autem nondum aperto ac deuoluto ob extinctam lineam comprehensorum, potest propter amorem patris in filiam illud transferre, commune vide per *Rolan. in conf. 41. nu. 21. volum. 2. & dixi etiam in collect. mea commun. opin. verb. dominus. n. 6.*

QVÆSTIO XV.

SVMMARIVM.

Feudum rectum an possit constitui sine inuestitura?

1 QVÆRO, nunquid feudum a rectum possit constitui sine † inuestitura, ita vt habeat propriam naturam feudi, & sit transitorium ad heredes? Resp. in vsibus feudorum sunt duo tex. in hac materia, qui inter se pugnare videntur. Nam in *c. 1. quib. mod. feud. constitui potest.* expresse dicitur non posse feudum sine inuestitura constitui, etiam si quis domino iubente alicuius rei tanquam feudalis possessionem nanciscatur. Contrarium autem decidi videtur in *c. 1. de consue. recti feudi,* vbi dicitur, paria esse quod concedatur inuestitura, vel quod domino iubente quis possessionem feudi nactus sit. Tu dic secundum *Aluarottum,* quod illi tex. ita possunt ad concordiam recte reduci. Aut talis iussus est factus coram paribus curiæ, & tunc habet vim inuestituræ, prout expresse loquitur text. in *d. c. 1. de consuetudine recti feudi.* Aut fit absente curia & nihil operatur. Et ita procedat text. in *d. cap. 1. quib. mod. feud. const. potest.* Et hæc concordia communiter tenetur, vt ait *Zaf. de feu. in 6. parte. col. 1. vers. Nec te lateat.*

ADDITIONO.

a *Feudum rectum.*) Hic scias, quod feuda recta conceduntur ex gratia, & non per pecuniam, secundum *Ian. & Iaf. citatos per Rolan. in conf. 23. nu. 6. vol. 1.*

QVÆSTIO XVI.

SVMMARIA.

- 1 Feudum an possit acquiri mediante pretio?
- 2 Et an tale feudum dicatur proprie feudum?

1 QVÆRO, an feudum possit acquiri mediante a pretio? Resp. gloss. in *c. 1. de benef. frat. in gl. 1. te- nuit* quod à domino non possit feudum concedi mediante pecunia. Contraria tamen opin. scilicet, quod feuda possint emi, obtinuit, vt dicit *Zaf. de feud. in 12. parte. vers. 3. conclusio,* subdens quod eam Dd. plerique omnes sequuntur. Et quod hæc opin. notissima consuetudine recipiatur, dicit etiam *Bald. in cap. 1. §. ex eadem lege. num. 2. de l. Corra.* quod ita est per consuetudinem vsurpatum, & quod ita quotidie videmus castra & villas emi & vendi cum mero & mixto imperio, &c.

Sed quæro nunquid tale † feudum emptum di-

atur proprie feudum? Resp. quod non dicitur habere propriam naturam feudi, ex quo non est gratuitum, ut in cap. 1. de feudo non habente propr. nat. feu. tamen est verum feudum, & regulatur secundum omnes leges & consuetudines feudi. Ita generaliter volunt omnes Feudistæ, ut dicit Molin. in consue. Paris. feud. §. 30. nu. 110. in fin. sed de hoc aliquid attingemus in discursu materiae.

## ADDITIONES.

a *Mediante pretio.*) Hic insurgit pulcherrima dubitatio, an scilicet feuda capi possint in executione iudicatis, vide per Iac. de S. Georg. remissive in l. si cum usufructuario. nu. 6. ff. si ex moxa. cau. agatur, & in quest. feuda. q. 31. nu. 39. Hic etiam scias, quod feudum mercenarium, vel censuale haud expirat per factos ordines, nec per monachationem, sed transit ad monasterium cum onere suo, per Iason in cons. 117. colum. 4. vol. 4. & Rol. in cons. 23. num. 14. post Bald. c. que in Ecclesiis. de constitut.

\* In hoc articulo vide Ant. Gabr. lib. 3. commun. opin. tit. de feud. conclus. 2.

## QVÆSTIO XVII.

## S V M M A R I V M.

Concessio feudi per verbum, Donamus, an dicatur donatio, vel feudalis concessio?

- a **Q**VÆRO Princeps concedit alicui feudum, & in concessione utitur verbo, Donamus, vel alio simili importante donationem, nunquid censetur libera donatio, vel feudalis concessio? Respond. quod censetur libera donatio. Et ita in specie consuluit Oldrad. cons. 159. nu. 3. & hoc dictum Oldradi videtur communiter receptum, ut ait Gratus cons. 9. num. 78. lib. 1. Hanc etiam esse communem conclusionem Doctorum attestatur Socin. ian. cons. 102. nu. 9. & seq. lib. 2. Non enim debemus à proprietate verborum recedere, maxime cum beneficia Principū b latissime sint interpretanda.

## ADDITIONES.

a *Concessit.*) De natura vero verbi, concedo, vide per Iac. de feud. verb. ibi in fluminibus. sub num. 5. & in collecta mea, in verb. concessio, sub nu. 12. 13. & 14.

b *Latissime interpretanda.*) Iuxta text. in l. fin. ff. de constitut. prin. & de feudo concessio, vide per Franc. de Eccles. cons. feud. cons. 40. de verbo, indulgemus, vide per Roland. in consil. 48. num. 9. in 4.

## QVÆSTIO XVIII.

## S V M M A R I A.

- 1 Res an in dubio presumatur allodialis, vel feudalis?  
2 Et quid si inuestitura sit de castro, & pertinentiis, an dominus habeat intentionem fundatam pro omnibus bonis, quæ vasallus possidet in territorio illius castri?

**C**ONTINGIT quandoque, quod dominus asserit aliquam rem, quam vasallus possidet, esse feudalem, e converso autem vasallus contendit eam esse allodiam, quæro, an presumatur feudalis, vel allodialis? Resp. quod in dubio quælibet res presumitur a allodialis, & non feudalis. Hæc est vulgata regula, quam omnes Scribentes sequuntur tam legendo, quam consulendo, ut dicit Bello. cons. 10. nu. 9. Est enim feudum species seruitutis, quæ in dubio non presumitur.

a Sed quid, si vasallus habeat inuestituram de castro, & pertinentiis, nunquid eo casu dominus habeat intentionem fundatam, ita quod omnia bona, b quæ vasallus reperitur possidere in territorio billius castri, presumantur feudalia, & vasallo incumbat onus

probandi, quod sint allodialia? Resp. quod non, sed presumuntur allodialia, nisi dominus probet ipsas res esse de pertinentiis. Ita dicit Hostien. in c. nimis. de iureiur. & est communis opin. ut ait Bello. in d. cons. 10. post num. 11. & ita in facti contingentia iudicavit consilium Neapolitanum, ut refert Afflict. decis. 207. Et superioribus annis, dum similis quæstio verteretur in causa magni ponderis, fuit pronunciatum pro vasallo, non obstante, quod bona, de quibus agebatur, essent sita intra confinia territorii descripta in inuestitura.

## ADDITIONES.

a *Presumitur allodialis.*) Adde commune hoc esse, ut per venerand. colleg. Papie in voto causa Finari sub num. 36. quod reperitur post tract. D. Iac. Menoch. de recuper. possess. & dixi mea collect. com. opin. verb. feudum. nu. 2. vbi etiam agatur de Marchionatu, quando Marchionatus potest haberi titulo donationis, seu allodiali. Ad illud etiam adde per Alex. in consil. 129. in princ. lib. 1. & cons. 15. vol. 5. Bald. in c. significavit. col. 1. de refer. & per Dec. in cons. 588. sub num. 8. vbi per hoc fundamentum consuluit heredem institutum mittendum esse in possessionem bonorum, ex quo allodialia presumuntur, idem in cons. 467. & seq. per Crauet. cons. 112. nu. 14. Rol. cons. 82. vol. 2.

b *In territorio illius.*) Adde & vide per Iacob. in suis quest. feuda. q. 7. 8. Bene verum est, quod rem meam allodiam polsum recognoscere in feudum, commun. per Roland. consil. 2. nu. 100.

\* Vide sex limitat. per Anto. Gabr. lib. 3. commun. opin. tit. de feud. conclus. 3.

## QVÆSTIO XIX.

## S V M M A R I A.

- 1 Ex prestatione seruitiorum personalium per longū tempus, an presumatur titulus vasallagii?  
2 Et an ex eo, quod quis per decennium possedit aliquam rem vt feudalem, presumatur præcessisse feudalis concessio?

**Q**VÆRO, aliquis seruiuit mihi, ut vasallus longo tempore, id est, per decennium, præstando seruitia personalia, nunquid ex hoc presumetur titulus vasallagii, siue homagii? Respon. quod non, sed requiritur tempus triginta annorum. Ita tenet Bart. a in l. solent. §. fin. nu. 9. ff. de offic. procons. & in l. libibus. nu. 3. C. de agric. & cens. lib. 10. Et est communis opin. ut dicit Bald. de prescript. in 3 parte principali in 10. q. 1. partis, n. 24. & in 2. quarta principalis q. 6. nu. 1. in fin. Est enim magni præiudicii, ut quis efficiatur vasallus alterius, ideo requiritur saltem cursus 30. annorum.

Sed pone, aliquis diuturno tempore, id est per 2 decennium possedit aliquam rem vt feudalem, nunquid presumetur præcessisse solemnem concessio feudalis? Resp. quod sic. Et ista est communis opin. ut dicit Balb. in d. l. 10. q. 1. partis, post num. 35. vers. Et ex ibi notatis, quem refert Paris. cons. 32. nu. 3. lib. 4. Nam hoc quidē casu agitur de longe minori præiudicio, quam in superiori: quantum scilicet interest inter personā & res, merito etiam minoris temporis cursus iufficiat ad inducendam præscriptionem.

## ADDITIONES.

a *Triginta annorum.*) Iste est text. in c. 1. §. si quis per triginta. si de feud. desun fuerit controuer. sed vide per Roland. in consil. 3. nu. 79. vbi declaratur. Et quod contra præscriptionem 40. annorum restitutio in integrum concedatur, vide per Socin. in cons. 66. vol. 4. & dixi alias.

## QVÆSTIO XX.

## S V M M A R I A.

- 1 Vasallus dicens pacta quæ dominus vult apponere in inuesti-

uestitura, esse insolita, an teneatur illa probare?

2 Et an recognitio per impressionem vel errorem facta aliter quam more solito noceat posteris?

1 **Q**UÆRO, tu scis, quod in renouatione inuestiturae † quandoque apponuntur pacta a insolita. Modo vasallus dicit, quod pacta quæ dominus apposuit, vel vult apponere in inuestitura, sint insolita, vel econuerso, nunquid erit illi credendum? Resp. quod non, sed alleganti pacta esse insolita incumbit onus id probandi. Ita volunt omnes Dd. vt dicit Iac. in verbo, *Qui quidem inuestiti*, nu. 65.

2 Sed pone, quod per impressionem † vel errorem sit facta recognitio feudi, aliter quam more solito, nunquid talis recognitio nocet b posteris? Resp. quod non. Ita eleganter dicit Bald. in c. 1. §. *fin post num. 2. de feudo guar.* quem ceteri Doctores sequuntur, vt ait Iac. in d. verbo, *Qui quidem inuestiti*, nu. 70. in *fin.* & in verbo, *Dicti q. vasalli*, nu. 13. dicit, quod illud dictum Bald. sequuntur omnes posteriores, & *ibid.* num. 21. dicit, quod omnes sequuntur. Sit tamen cautus vasallus, vt semper accipiat renouationem iuxta formam primæ inuestiturae, quia si illa deperderetur, posset illa renouatio maximum præiudicium afferre suis descendentibus. Præterea intellige hanc conclusionem, vt procedat in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, in quo vasallus non potest præiudicare vocatis ex tenore inuestiturae, sed si esset feudum, de quo vasallus posset libere disponere, vtique talis recognitio posteris obesset.

ADDITIONES.

a *Pacta.*) Hic nota vnum not. verbum in materia pactorum, videlicet quod pacta non sunt seruanda, vbi insurgit necessitas, quod periculum vertetur publicum propter obseruantiam pacti, per Bald. *conf. 240. vol. 4.* & Rolan. in *conf. 1. nu. 172. vol. 2.*

b *Posteris.*) Item quod recognitio feudi facta de bonis contentis in prima & secunda inuestitura, quæ continet liberam donationem, non faciat præiudicium posteris, quibus ex ipsis inuestituris erat ius acquisitum per Dec. *conf. 498. col. 5.* & refert & sequitur Rolan. *conf. 2. nu. 107.*

QVÆSTIO XXI.

SVMARIA.

- 1 Vasallus tenetur dominum adiuuare, & defendere contra omnes.
- 2 Et quid si sit inhabilis ad pugnam?
- 3 Et an teneatur præferre salutem domini propriae salutis?
- 4 Et an teneatur illum adiuuare contra proprium patrem, fratrem, vel filium?
- 5 Et an contra seipsum?

1 **T**V scis, quod vasallus tenetur † dominum adiuuare & defendere contra omnes, \* de quo habet text. in c. 1. *quib. mod. feud. amit.* Quæro, nunquid teneatur vasallus id facere suis propriis sumptibus? Resp. quod sic, nisi tamen de proprio impotens esset. Ita communiter concluditur, vt dicit Alexand. in l. *recusare. §. si quis alio, num. 10. ff. ad Trebelli.* Nam regulariter qui est obligatus ad aliquid faciendum, tenetur id facere suis sumptibus.

2 Item quæro, an vasallus inhabilis † ad pugnandum, puta, quia habeat brachia abscissa, teneatur adiuuare dominum, & si aufugerit ex prælio, sit feudo priuandus? Resp. quod non. Ita tenet gl. in d. c. 1. in *glos. 1. quib. mod. feud. amit.* quam dicit esse communiter ap-

probata Iac. in verbo, & *promiserunt, post nu. 18. vers. Quartus est casus.* Et illam sequi communiter Dd. attestatur Curt. iun. de *feud. in 4. parte, in 1. causa amissionis feudi. versic. VI. circa prædicta,* quem refert Ioan. Iacob. de Leon. *inter consil. feud. Brun. conf. 117. n. 199.* Nemini enim est imputandum, quod non faciat id, quod facere non potest.

Sed quæro, nunquid debet vasallus, vt adiuuet dominum, præponere † salutem ipsius domini salutis suæ propriae? Resp. quod non. Ita tenet gl. in d. c. in *glos. 1. in fin.* Et licet gl. in l. 1. §. *eodem autem tecto. ff. ad Sylla.* per illum text. qui loquitur de seruis, arguat contra vasallos, vt teneantur salutem dominorum propriae salutis anteponere: tamen illa gl. est communiter reprobata, vt dicit Paris Puteus in *duello, lib. 5. quæst. 12. post nu. 2.* Et hanc opin. dicit esse communem Episcopus Loazes in *allegatio. pro Marchione Vellez, fol. 174. nu. 35.* Nihil enim cuique vita sua carius esse debet, si loquamur secundum carnem, licet secundum spiritum aliud sit.

Sed nunquid tenebitur † vasallus adiuuare dominum, etiam contra proprium patrem, vel filium, vel fratrem ipsius vasalli? Resp. quod sic. Et de hoc est tex. expressus in §. *fin. in titulo, hic finitur lex.* & est communis opin. vt ait Zaf. de *feud. in 7. parte, c. 4. num. 10.* quem refert Ioan. Iac. de Leon. in d. *conf. 117. nu. 9.*

Sed an tenebitur illud adiuuare etiam contra † seipsum? Respon. quod non. Ita tenet gl. in d. §. *fin.* quæ est communiter approbata, vt dicit Iac. in d. verbo, & *promiserunt eidem post nu. 13.* Semper enim prima charitas incipit à seipso.

ADDITIONES.

a *Contra omnes.*) Hic insurgit pulcherrima quæstio: Vasallus promittit domino suo dare vnum militem tempore guerræ: modo contingit oriri guerram inter dominum & se vasallum: an teneatur præstare militem? quod nō, vide per Iac. in  *suis quæstio. feud. lib. 9. 21. n. 29. post Bald. in l. 1. ff. de rer. diuis.* quia haud videtur promississe contra semet. Idem dic de eo qui promississet domino suo dare castrum sulcitum & munitum tempore guerræ, & orta esset guerra inter ipsum dominum & vasallum: quia nō videtur promississe contra seipsum, nec contra suos, quorum iniuriam posset propulsare, nec contra propriam patriam, vide *ibidem.* Insurgit etiam altera; Dominus est excommunicatus, vtum vasalli (durante excommunicatione) teneantur parere ipsi domino? quod non, decidit ipse Iac. *ubi sup. 10. q. num. 20. per text. quem dicit valde not. in c. domino guerram, tit. hic finitur lex, & incip. consue. Regni.*

\* Non tamē contra seipsum, cum illud non videatur cautum in promissione facta domino, per gl. in c. *petitio. de iur. iur.* & quæ dicit Cyn. in l. *cum acutissimi. C. de fideicom.* Pariter non tenebitur iuuare dominum contra filium proprium, secundum Bald. in c. 1. *de no. for. inuest. & in l. 123. q. ff. de ver. diuis.* & in l. 1. §. *ne autem. C. de cad. tol.* vide Euerard. in loco de *seruo ad monach. nu. 11.*

QVÆSTIO XXII.

SVMARIUM.

Vasallus an possit, eundo in auxilium domini, liberare se a solutione dimidii redditus?

**V**LTERIVS quæro, tu habes text. in c. *Imperial. §. firmiter, de prohib. feud. alien. per Frider.* quod vasallus tenetur ire, vel mittere, cum domino a ad expeditionem bellicam, vel ipsi domino subministrare dimidium redditus vnus anni: Modo vasallus vult ire personaliter ad præstandum auxilium domino, dominus autem † potius vellet habere dimidium redditus feudi, cuius erit electio? Resp. quod spectabit

bit vasallo. Ita dicunt communiter Doctores, vt ait Iac. in verbo, *Et promiserunt. nu. 26.* quidquid distinguendo dixerit Iacob. de Belui. in c. 1. §. *fin. de pace iura firm.* vt ibi per eum.

## A D D I T I O.

**a** Cum domino.) Hic nota vnum not. dictum, quod vasalli Baronum sunt iubei Regni, in tantum, quod principaliter tenentur adiuuare Regem, etiam contra Baronem dominum suum, & non Baronem contra Regem, sed bene contra aliu adiuuare Baronem, per Afflic. *decis. 265. nu. 107.* sed nunquid si vasallus vult remittere feudum potius, quam seruire domino, an dominus teneatur recipere renunciationem? Quod non, quia feudum est datum gratia vtriusque, habetur per Afflic. *eadem decis. 165. nu. 53.*

## Q V Æ S T I O XXIII.

## S V M M A R I V M.

*Vasallus an teneatur alere dominum egenum?*

**1** Q V Æ R O, nunquid vasallus teneatur ꝑ alere dominu egenum? Resp. Bar. in l. *alimenta. \* §. Imperatoris. nu. 2 ff. de lib. agnos.* videtur tenere, quod sic, prout etiam clarius tenuit in tract. *suo alimentorum. nu. 45.* Contrariam autem opin. quod scilicet non teneatur eum alere, tenuit Iacob. Ardizo in *sum. quib. mod. feud. amit. sub Rubric. an vasal. tenea. dominu egen. &c.* Et hanc dicit esse communem Aluar. in c. *licet. nu. 6. si de feud. sue. controu.* quem refert Episcopus Loazes in *alleg. pro Marchione Velez. fol. 171. nu. 29.* Quam tamẽ ego si contingeret de facto, in duobus casibus non sequerer in iudicando. Primus est, quando dominus ex facto, aut culpa ipsius vasalli ad inopiam peruenisset, prout expresse sentiunt Doctores in hac materia loquentes. Secundus, quando vasallus superabundaret diuitis, & maxime, si diuitiæ prouenirent ex ipsa re feudali. Sed intellige, quod ad id cogi potest, non autem quod amittat feudum, si non fecerit.

## A D D I T I O N E S.

**a** Tenentur alere.) De communi dixi in *collect. mea commun. opin. verb. vasallus. & vide sup. §. donati. q. 21. vers. sed quid ergo si donatarius, &c.* Et de obligationibus vasalli ad dominum & e contra vice per Afflic. in *decis. 265. 107. & in tit. qua sint roga. Nat. conf. 380. vbi de casibus in quibus possit Princeps imponere collectam sub litris, seu ab eis auxilium petere & exigere. Vide etiam per Boss. de bo. pub. atque tit. de regalibus. Item nunquid dominus debeat suis vasallis indicere aliquam nouitatem? Quod non, quia noua seruitia indebita præsumuntur per vim, & impressionem extorta. Ita per Bald. in c. 1. de quo per Iac. in *sum. q. feudalis q. vlt.**

\* Adde Spec. in l. *qu. filii sint legit. §. 1. vers. sed nunquid dominus. & Bald. in l. vult. §. sed cumus. C. de lat. lib. tol.* Et hoc ad exemplum liberti, qui tenetur patrono egenti præstare alimenta, quando ipsi liberti aliquid superest, l. 1. *cum ibi notat. in glo. C. de ope liber. vide Euerard. in loc. à liber. ad vasallum.*

## Q V Æ S T I O XXIV.

## S V M M A R I A.

**1** Vasallus an teneatur liberare dominum à carcere?  
**2** Et quid si sit iuste carceratus?

**1** Q V Æ R O, an teneatur a vasallo dominum carceratum carcere ꝑ liberare? Respon. quod si est carceratus pro debitis, non tenetur vasallus eum liberare, nisi debita fuissent à domino contracta ex facto aut culpa ipsius vasalli. Et hanc doctrinam dicit esse communiter receptam Zac. de feud. in 7 parte. *vers. Si porro dominus. quem refert Episcopus Loazes in alleg. pro Marchione Velez. fol. 171. nu. 29.* Carterum regula

videtur esse in contrarium, per text. in c. 1. §. *item si delator, que sue. pri. caus. benef. amit.* quod scilicet, si non pecuniam, saltem operam suam teneatur b vasallus exhibere, pro liberatione domini, alias priuatur feudo. Et licet text. in d. §. secundum vnam lecturam solummodo dicat, quod non euitabit indignationem domini, tamen intellige, quod illa verba important priuationem feudi. Et ita sentit gloss. magna ibi in *primis verbis*: & ita etiam volunt Dd. vt dicit Iacob. in verbo, *Dictiq. vasalli. num. 37. in fin.* imo vulgata lectura habet præcise, quod feudum perdit. Bene verum est, quod Molin. in *consue. Paris. feud. §. 30. nu. 146. in fin.* dicit, quod non obseruatur, quod ad hoc cogi possit, nec quod amittat feudum, si non fecerit. Sed ego nunquam vidi contrarium seruari: & si casus contingeret, nescio quomodo posset vasallus defendi contra expressam dispositionem illius tex.

Sed quid si dominus sit iuste ꝑ carceratus, nunquid tenebitur vasallus curare eius liberationem? Respon. quod non. Et ita limitatur dispositio d. §. *Item si delator*, secundum And. de Her. ibi, *vel si cognouerit. quem ceteri Dd. sequuntur, vt dicit Iacob. in verbo, Dictiq. vasalli. num. 37.* Qui enim iniuste deliquit, iuste plectitur.

## A D D I T I O N E S.

**a** An teneatur vasallus.) Hic vnum not. verbum tene menti, quod vasallo non sufficit abstinere à malo, nisi faciat bonum pro domino, vt per Afflic. *decis. 265. num. 45. & decis. 307. num. 4.*

**b** Teneatur.) Adde quod tenetur vasallus ope & sermone tractare dominum, vt dominum, per Afflic. *d. decis. 265. num. 104. & in quibus teneatur adiuuare dominum, vide ibi nu. 54. quando non teneatur, Roland. conf. 3. nu. 34. vol. 3.*

## Q V Æ S T I O XXV.

## S V M M A R I A.

**1** Vasallus an possit dominum in ius vocare sine venia?  
**2** Et an possit contra eum intentare interdictionem, vnde vi?

**1** T V scis, quod vasallus tenetur domino reuerentiam exhibere; Quæro nunquid possit vasallus dominum ꝑ in ius vocare sine venia? Videtur quod non, exemplo liberti. Regulariter enim valet argumentum de liberti ad vasallum, & e contra, vt tenent communiter Doctores, teste Molin. in *consuetud. Paris. feud. §. 1. glof. 4. post num. 36.* Sed tu dic a contrarium, scilicet, quod imo potest illum sine venia in ius vocare. Nam in consuetudinibus feudorum non est locus his b ambagibus. Ita tenuit glo. in c. 1. in verbo, *Reuerentia. de mil. vasal. qui contumax est.* Et est communis opin. vt attestatur Alex. \* in l. *generaliter. num. 7. ff. de in ius voc.* Et ita semper vidi seruati.

Item quæro, pone, quod dominus spoliauerit vasallum feudo de facto, vel aliter vim ei intulerit, nunquid poterit ꝑ vasallus contra eum intentare interdictionem vnde vi? dixi infra lib. 7. §. *actio.*

## A D D I T I O N E S.

**a** Contrarium.) Adde & vide de ista communi per Roland. in *consil. 18. num. 30. volum. 2. & dixi in collecta mea commun. opin. in verbo, Vasallus, sub num. 13.* Adde & per Caphal. qui dicit hanc veriorẽ & crebriorem sententiam in *consil. 241 nu. III.*

**b** Ambagibus.) Limita vt per Roland. *d. conf. 18. nu. 15. & dixi vbi supra.* Et quid de vasallo, venia non petita vocante matrem domini sui in ius: vide per Rol. *conf. 17. nu. 7. cum multis seq. & nu. 30. 34. lib. 2.*

\* Idem dixit Iac. in l. *si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. & Nicol. Euerard. in Topic. legal. loc. 59. vt refert Mynsing obfer. 92. cent. 3.*

QVÆSTIO XXVI

S V M M A R I A.

- 1 Duplicem esse inuestituram, propriam, & abusuam.
- 2 Et an dominus qui inuestit per inuestituram abusuam, teneatur etiam tradere præcise possessionem rei feudalis?
- 3 Et quid si tantummodo feudum promiserit?
- 4 Et quid si vasallus ab ea ceciderit?

**D**EBES scire, quod duplex est inuestitura: Aliqua est inuestitura propria, realis, & corporalis, quando scilicet dominus inducit aliquem corporaliter in possessionem alicuius rei, & eam illi dat in feudum: & per hanc inuestituram plene transfertur in vasallum dominium, & possessio rei feudalis. Ita volunt omnes Scribentes, vt dicit Iacob. *de feud. in verb. Inuestiui talem, numer. 1.* Alia vero est inuestitura, quæ vocatur abusuam, quando scilicet dominus inuestiuit aliquem per traditionem annuli, vel ensis: & per hanc non transfertur possessio feudi in vasallum, sed censetur illi data licentia vt eam apprehendat propria auctoritate. Ita volunt omnes Scribentes, vt dicit a Iac. *in d. verbo, Inuestiui talem, n. 3.*

**Q**UÆRO nunc, dominus inuestiuit in aliquem de feudo per inuestituram abusuam; nunquid tenebitur etiam præcise illi tradere possessionem rei feudalis? Resp. quod sic *c. 1. §. si facta, si de feud. defun. sue. con. brou.* nisi tamen dominus b post factam huiusmodi inuestituram abusuam inuestiuit alium de feudo, & tradidit illi actualement possessionem. Nam eo casu iste secundus præfertur, & dominus præstando intercessit illi primo, liberatur. Ita dixit gl. *in d. c. si facta,* quam dicit esse communiter approbatam Iac. *in dict. verbo, Inuestiui talem, n. 4.*

Sed pone, dominus solummodo inuestiuit feudum, non tamen fecit aliquam inuestituram, nunquid tenebitur præcise tradere possessionem ipsius feudi? Resp. quod non, sed tantum erit obligatus ad interesse. Ita eleganter dixit And. de Iser. *in d. §. si facta,* quem ceteri Scribentes sequuntur, vt ait Iac. *in d. verbo, Inuestiui talem, n. 8.*

**S**ed quæro, pone, dominus inuestiuit vasallum per inuestituram abusuam, deinde tradidit rei possessionem feudi. Modo contingit, quod vasallus ex intervallo ceciderit à possessione ipsius feudi, & quod possessio reuera est ad dominum, nunquid tenebitur dominus illam iterum tradere ipsi inuestito? Resp. quod sic. Ita tenet Bald. *in d. §. si facta, n. 4.* & ita determinant omnes, vt dicit Iacob. *in d. verbo, Inuestiui talem, n. 6.* Ad duo enim tenetur dominus vasallo, scilicet ad tradendum, & ad præstandum patientiam, exemplo eius qui debet feruitutem.

A D D I T I O N E S.

- a Vt dicit Iac. Vide omnino per eum, qui declarat, & sub n. 4. limitat, primo, per talem inuestituram dominum cogi posse præcise tradere possessionem; secundo, nisi deinde aliu inuestiat, & illi tradat possessionem: nam secundus erit potior, & dominus tenebitur primo ad interesse.
- b Nisi tamen dominus Item quod prior inuestitura præualeat secundæ vide per Ramin. iun. *conf. 396. n. 37.* vbi commemorat exemplum de donatione facta à Papa Urbano Bald. de Castro in comitatu Eugubii, qui postea illud alteri donauit: & Bald. nunquam potuit illius castri possessionem obtinere, tametsi longo tempore litigauerit in curia Romana. Vide tamen aliud cons. eisd. Ramin. iun. 444. vbi ex duabus inuestituris factis in bonis emphyteuticis tenetur præualere secundo factam ab eod. Prælato. Et quando cognati

preferendi sint agnatis in inuestitura recipienda? vide per eund. Rim. *conf. 461.*  
c Iaco.) Qui limitat, nisi domino superuenisset aliqua exceptio exclusiua, puta præscriptionis.

QVÆSTIO XXVII

S V M M A R I A.

- 1 Dominus feudi an teneatur defendere vasallum, sicut vasallus dominum?
- 2 Et an etiam contra patrem, filium, vel fratrem ipsius domini?

**Q**VÆRO, nunquid dominus inuestiti feudi teneatur defendere vasallum, sicut vasallus dominum? vt dixi *supr. q. 21. Resp. quod a sic.* \* Ita vult gl. *in c. 1. §. fin. 2. in verbo, fratrem.* hic finitur lex, quam dicit esse communiter approbatam Dec. *conf. 469. n. 4.* & dicit Aluarrot. *in d. §. fin. num. 5.* quod ita gl. communiter per omnes Scribentes tenetur. Idem dicit Ioan. Iacob. de Leon. inter consilia feuda. Brun. *conf. 117. n. 152.*

Sed nunquid tenebitur in illum adiuuare, etiam contra patrem, filium, vel fratrem ipsius domini? Resp. quod sic. Et ita cõcludit gl. superius allegata, *in verbo, Fratrem,* quam dicit esse communiter approbatam Iac. *de feudis, in verbo, Et promiserunt, num. 15.* Cum enim hoc sit statutum in vasallo erga dominum, vt dixi *supra allegata q. 21.* idem etiam dicendum est in domino erga vasallum. Tenetur enim dominus reddere pares vices b vasallo, quæ tamen regula non est absolute vera neq; ab ea forte esset arguendum, nisi in casibus à iure feudorum expressis.

A D D I T I O N E S.

- a Quod sic.) Intellige si habet guerram iustam, & tunc tenetur ipsum vasallum adiuuare etiam contra patrem, fratrem, vel filium ipsius domini vt per auctorem post Iacob, allegatum.
- b Vasallo) Iste est text. *in c. 2. §. dominus quoq; de form. fide. Et in c. domino committente si de feud. defun. sue con. trou.* Alias priuaretur proprietate, & consolidaretur cum usufructu.
- \* A pari enim iudicantur dominus & vasallus, vt est text. iuncta gl. *in c. 1. de form. fide. it.* & ibi Bald. & Aluar. in not. Bart. *in proem. Digest. §. 1.* nec in plus tenentur vasalli & subditi domino, quam dominus ipsis subditis, nisi quoad reuerentiam, secundum Gal. Bened. *in rep. c. Raynuitus. in verb. condidit. de testam.*

QVÆSTIO XXVIII

S V M M A R I A.

- 1 Dominus an possit alienare vasallos inuitos in alium?
- 2 Et quid si eos alienet cum toto territorio?
- 3 Et an si eos alienet contra iuris dispositionem, priuatur eorum proprietate?
- 4 Dominus an possit inuito vasallo pignori obligare directum dominium feudi?

**Q**VÆRO, an dominus possit inuitos vasallos suos a inuitos, & contradicentes in alium, & ipsos cogere, vt tali alienationi consentiant? Hæc questio sæpe contingit in practica. Et habes gl. notab. quæ semper ad hoc solet allegari *in L. inuitus. in gl. ff. 1. ff. de fideicommiss. lib. dicentem,* quod dominus non potest in alium alienare ius vasalli vel feudi inuito ipso vasallo. Et illa gl. est communiter approbata, vt dicit Episcopus Loazes *in suis alleg. pro Marchion. Velez. in 1. dubitatione, in 4. fundamento partis aduersæ.* Et dicit Curt. iun. *de feud. in 6. parte principali. in 2. q.* quod ista est cõmunis b conclusio. Idem dicit Gratus *conf. 147. n. 5. & b seq. lib. 2.* Et pro hac conclusione videtur text. expressus *in c. 1. §. ex ead. lege, de lege Conradi.*

Scias tamen, quod conclusio d. gl. intelligenda est, ut procedat, quando dominus vellet separatim ipsos subditos ad alium transferre: sed si concederet feudū vna cum toto territorio, & vniuersitate, scilicet cum aliis castris, vti que posset etiam ipsis inuitis hoc facere. Ita dixit glos. in d. s. ex eadem lege. in verbo, totum. Et hanc dicit esse communem conclusionem Paris. conf. 23. numer. 103. lib. 1. & dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 1. gloss. 3. numer. 25. quod ita tenent omnes Doctores, subdens, quod hæc opin. vsu approbatur. Multa enim transeunt cum vniuersitate, quæ separatim transferri non possunt.

§ Sed quæro, an dominus alienans † subditos suos contra iuris dispositionem, debeat priuari proprietate ipsius feudi, prout etiam vasallus alienans feudū contra iuris dispositionem, cadit à feudo? vt dixi infra, quest. 31. Respond. Bald. in c. 2. numer. 1. quo temp. miles tenet, quod non. Contrariam autem opin. quod imo debeat feudo priuari, tenet Aluarot. in d. cap. 2. Et hanc dicit esse veram, & magis communem opin. Curt. ian. consil. 164. post numer. 34. Apari enim iudicantur dominus & vasallus, vt dixi supra, quest. 27. versicul. Sed nunquid. Sed hæc de facto male per dominos obseruantur.

4 Item quæro, nunquid possit † dominus inuito vasallo pignori obligare directum dominium, & iurisdictionem feudū? Respond. quod sic. Et hanc sententiam dicit esse communem Ripa in l. obligatione. num. 40. de pignorib. & hoc est vnum, in quo differt dominus à vasallo. Nam vasallus non potest pignoriare vtile dominium feudū sine domini consensu, vt dixi infra quest. 35. Dominus autem inuito vasallo potest suum directum dominium pignoriare.

#### ADDITIONES.

a Inuitis.) Ad idem quod dominus haud possit vasallos suos inuitos vendere duriori domino, sed quod possint ipsi se opponere, & contradicere, maxime quando retineret vnam partem & aliam alienaret: quia interest ipsorum subditorum nō habere tot dominos, vide notab. per Iacob. in suis quest. feud. lib. 9. 29. Ita quod dominus inuitis hominibus castris, vel ciuitatis, alicui ciuitatem vel castrum subiicere non possit vide per Dec. conf. 564. numer. 9. cum seq. Ial. in l. debitor. numer. 7. C. de pact.

b Est communis conclusio.) De ista communi vide per Duen. reg. 2. 15. qui ponit quatuor ampliationes, & vnam limitationem, & dixi etiam in mea collect. commun. opin. verb. dominus n. 22. Item quod dominus vasallis inuitis haud possit alienare feudum, vide per Asslict. in dec. 265. n. 69.

\* Et est ratio, quia sicut interest non perdere subditos, ita etiam interest subditorum non mutare dominum suum, secundum Inn. in c. auditis. de prescript.

### QUESTIO XXIX.

#### S V M M A R I A.

- 1 Dominus an possit subditis suis collectas imponere?
- 2 Et quid ex consuetudine, vel pacto?

1 Q VÆRO, nunquid dominus † possit subditis suis taleas, siue collectas imponere? a Res. quod Barones, & alii domini inferiores, qui superiorem recognoscunt, non possunt subditis suis taleas, vel collectas imponere, etiam quod habeant merum imperium, & omnimodam iurisdictionem. Ita tenet Salyc. in l. 3. post numer. 3. vers. Et ex his. C. vedig. noua institui non posse. Et ita communiter concluditur, vt dicit Paris. conf. 52. n. 2. lib. 1. Nam huiusmodi onerum impositio est de regalibus, & sic est reseruata supremo Principi in signum superioritatis.

Bene verum est, quod ex † consuetudine, pacto, 2 vel conuentione, possent (secundum aliquos) subditi per dominum collectari, in quatuor casibus, scilicet pro militia domini, pro filiabus maritandis, pro transmarino voto, & pro ipsius domini ab hostibus capti redemptione. Et ita se habere communem opi. attestatur Boer. dec. 126. num. 1. & seq. vbi late. Quinimo Hostiens. in summa. de immunit. Eccles. §. 1. paulo post princip. tenet, quod subditi tenentur domino seruire, & ab eo possunt collectari in sex casibus. Primo, pro exercitu Imperatoris. Secundo, pro correchia, quando scilicet Imperator facit transitum per illum locum. Tertio, pro filia maritanda. Quarto pro militia pro se, vel filio suo. Quinto, pro captiuitate ipsius domini. Sexto, pro terra quam ipse Comes, vel Baro, vult acquirere: & dicit, quod generalis consuetudo quasi vbiq; ita seruat. Et Hostiens. refert Iac. de feud. in verbo, Qui quidem inuestiti. n. 75. vbi n. 78. sequitur eius opin. in vno casu tantum, scilicet pro filia domini maritanda, & dicit, quod in hoc casu ita se habet generalis consuetudo. Sed quicquid dicant Hostien. & Iac. ego hoc non puto esse verum. Ideo tene indistincte communem opin. quod nullo casu potest dominus inferior subditis suis collectam imponere, nisi hoc habeat ex pacto, vel consuetudine illius loci in specie. Et ita in indiuiduo, quod non possit vasallus pro dote filiae suæ quam maritare intendit, grauare subditos suos, tenuit Bald. in c. 1. §. similiter. n. 1. de cap. Conradi. Et hanc dicit esse veriore, & magis communem opi. Brun. conf. feud. 32. n. 7. vbi multas auctoritates allegat, & est valde rationi consentaneum. Nam si neque mater filiam, neque frater sororem regulariter dotare tenentur, multo minus debet cogi vasallus ad dotandam filiam domini sui. Et si casus contingeret, ita iudicarem; nisi appareret de speciali consuetudine in contrarium, vt supra dixi.

#### ADDITIONES.

a Imponere.) Hic cadit pulcherrima questio, Nunquid dominus debeat suis vasallis indicere aliquam nouitatē? Quod non, concludit Iacob. de S. Georg. in suis quest. feud. q. 40. quia noua seruitia indebita præsumuntur per vim & impressionem extorta, per ea quæ tradit Bald. ibi allegatus, & dicit se ita respondisse cuidam magno domino cum consulenti super ista materia.

### QUESTIO XXX.

#### S V M M A R I V M.

Dominus an possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis.

Q VÆRO, nunquid dominus † possit cogere 1 subditos a ad molendum in suis molendinis? a Res. quod non. Et ista est vera, & communis opinio, vt ait Boer. dec. 125. circa fin. quem refert Crauer. de antiq. temp. in 4. parte. §. circa præmissa. post n. 3. vbi late. Bene verum est, quod si dominus haberet ius molendinorum ex consuetudine, vel priuilegio, credo quod alia molendina in eo loco construi non possent; & consequenter qd posset dominus cogere subditos ad molendum in suis molendinis. Et superioribus annis cum quidam feudatarius haberet in suo castro ius, & datium hospitii, & alius priuatus vellet in eo loco aliud hospitium erigere, forte ad æmulationem illius domini: fuit iudicatum, quod liceat domino eum prohibere ab huiusmodi erectione hospitii.

#### ADDITIONES.

a Cogere subditos.) Idem quod molendinum vel furnum habens in loco, non possit astingere homines d. loci, licet longissimo

gillimo tempore fuerint, ad molendum in molendinis, vel coquendum in furnis, quia in iis, quæ sunt facultatis, non cadit præscriptio, communem vi. per Iaf. in l. quo minus. q. 25. ff. de sumi. & habetur plene per Rol. in cons. 22. & 30. vol. 2. & plenus dixi in collect. mea com. opin. in verb. molendinum. n. 1. 2. ubi etiam posui limitation. tres. Videlicet primo nisi talis ordinatio respiceret publicam utilitatem, puta quia molendina sunt fiscalia, vel furni fiscales, & ii redditus seruirent publicis necessitatibus, quia hoc casu valet ordinatio. Secunda limit. est, ubi dominus prohibuisset, & lōgissimo tempore perseverasset prohibitio, in coquendo vel molendo, &c. Tertia est, nisi ex priuilegio vel consuetudine acquisuisset, ut nemini liceat alibi coquere panem vel molere, &c. & esset inductum hoc.

## QVÆSTIO XXXI.

## S V M M A R I A.

- 1 Vasallus non potest alienare feudum sine consensu domini, & si alienet, cadit à feudo.
- 2 Et quid si alienatio erit ex alio capite nulla?
- 3 Et quid si non sit secuta traditio rei feudalis?
- 4 Et quid si appositæ sit clausula constituti?
- 5 Et quid si vasallus protestetur se alienare, saluo & reseruato consensu domini?
- 6 Et quid si vasallus post alienationem recuperet feudum?
- 7 Et quid si alienet solummodo vnā partem feudi, an cadat à toto?
- 8 Et quid si feudū sit acquisitum pro se, & quibus dederit?
- 9 Et an possit vasallus alienare commoditates feudi?
- 10 Et an si vasallus alienet omnia bona quæ habet in tali loco, censeatur alienasse etiam feuda, quæ ibi possedit?
- 11 Et quid si vasallus sit in magna necessitate constitutus?
- 12 Et an valeat consuetudo quod vasalli possint alienare feuda sine consensu dominorum?
- 13 Et quid si vasallus alienet feudum, domino sciente, & tacente, an id sufficiat pro consensu?

**V**VLGARIS est conclusio in materia feudorū, quod vasallus ꝑ non potest feudum ipsum ꝑ alienare sine consensu domini, \* de qua est text. expressus, in c. Imperialem. de prohib. alien. feud. per Frider. & si alienauit, alienatio ipsa nihil valet, ipse autem alienans priuatur feudo, b vt ibi.

2 Sed quæro, quid si contractus ꝑ ipse alienationis fuit ex aliquo alio capite nullus, & inualidus, nunquid habebit locum etiam hoc casu pœna priuationis? Resp. quod non. Et est communis sententia, vt dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 21. nu. 32. Nam ex actu nullo, ex quo domino præiudicium non inferitur, non debet vasallus pœnam pati. Et hæc opi. mihi placet, quando non esset secuta actualis traditio rei feudalis, sed solummodo ficta traditio, puta per constitutum. Nam quando contractus est nullus, etiam cōstitutum in ipso contractu appositum est nullū. Sed si esset secuta actualis, & vera traditio, non crederem vasallum hoc casu debere excusari à priuatione. Nā Dd. in hac materia loquentes considerant præiudicium domini potius in traditione ipsius rei feudalis, quam in alienatione, vt statim dicam.

3 Sed nunquid ad hoc, vt vasallus ꝑ alienans feudo priuetur, requiritur vltra alienationem, quod etiam subsecuta sit traditio ipsius rei feudalis? Resp. quod sic, alias autem, non facta traditione, nō cadit feudo. Ita tenet And. de Iser. in d. c. Imperialem. §. callidū. versic. Pœna in istis. Nam qui alienat, & tradit, facit quicquid potest, vt feudum in alium transferat, ideo pœnam meretur, tanquam de actu prorsus consummato; secus autem qui alienat, & non tradit. Faciunt quæ dixi

supra hoc eo. lib. §. emphyteusis, quæst. 13. vers. Sed nunquid.

Sed quid si non interueniat ꝑ vltra alienationem 4 vera & actualis traditio rei feudalis, sed tantummodo ficta, puta per clausulam constituti, vel precarii? Resp. qꝑ talis traditio ficta sufficit ad hoc, vt ipse alienans priuetur feudo. Ita tenet Paul. de Cass. in l. si rem depositā n. 2. ff. depositi. & hæc est crebrior sententia, vt dicit Mol. in consuetud. Paris. feud. §. 13. gl. 5. n. 4. Tiraq. de constituto, in 37. limit. n. 5. & 6. Licet enim constitutum sit fictus modus transferendæ possessionis: tamen per ipsum cōstitutum transfertur vera possessio. Nihilominus, quidquid sit de rigore iuris, mihi de æquitate magis placeret alia opin. vt scilicet requiratur vera & actualis traditio. Nam qui sic tradit, vere dici non potest fecisse, quidquid potuit.

Item quæro, quid si vasallus in ꝑ alienatione feudi 5 protestetur, se alienare saluo & reseruato consensu domini, vel saluo iure d directi domini, nunquid talis protestatio illum excusabit, vt non cadat à feudo? c d Resp. quod talis protestatio eum non releuat, si post talem alienationem secuta sit traditio. Ita dixit notabiliter Bal. in l. vnica. n. 56. C. de his que pœna nom. & hæc conclusio communiter tenetur, vt dicit Iaf. in l. non solum. §. morte. n. 27. ff. de oper. noui nuncia. Et eam dicit esse communem Dec. cons. 44. n. 4. Videtur enim hoc casu factum contrarium protestationi, quod magis attenditur, quam ipsa protestatio.

Bene verum est, quod si protestetur se alienare saluo consensu domini, & non aliter nec alio e modo, e talis protestatio verbis ita geminatis concepta releuat, ita quod vasallus feudum non perdit, etiam si secuta fuerit traditio. Ita singulariter dixit Bal. in c. 1. §. si. post n. 5. vers. Sed pone. que sue. prima causa benef. amitt. quæ sequuntur communiter Cano. vt dicit Ripa lib. 3. responsorum. c. 1. nu. 3. Quia illa verba, & non aliter, nec alio modo, sunt prorsus resolutiua ipsius alienationis, adeo vt non accedente consensu domini, non possit dici vasallus feudum ipsum alienare voluisse. Vide quæ dixi in d. q. 13. vers. Item quæro.

Sed quid si vasallus post ꝑ alienationem recuperet 6 feudum, nunquid propterea cuitabit pœnam priuationis? Resp. quod non. Ita tenet Bar. in l. sequitur. §. item Labeo. in fin. ff. de vsucap. & ita communiter concluditur, vt dicit Alex. in l. si à me. n. 3. ff. ad l. Falcid. & dicit Bertrand. cons. 2. n. 6. lib. 2. in 2. parte, quod ita intelligunt communiter Dd. Et hanc conclusionem dicit esse communem Curt. iun. de feud. in 4. parte principali, in vltima causa amissionis feudi, in 1. regul. q. 15. Cum enim vasallus propter alienationem cadat ipso iure à feudo, statim facta alienatione, & secuta traditione, est ius domino quæsitum, quod deinde sine facto ipsius domini ab eo auelli non potest: dixi in d. q. 13. vers. sed quid si f emphyteusis. f

Sed pone, vasallus habens ꝑ feudum, alienauit sine 7 consensu domini solummodo vnā partem feudi; Quæro an cadat à toto feudo, an autem solum ab i- g pla parte, quam alienauit? Resp. Bal. in c. 1. §. si vero. n. 1. qual. olim. seu. alien. pot. tenuit, quod totū amittat. Sed contra Bald. tenent omnes \*\* Dd. vt dicit Molin. in consuetud. Par. feu. §. 13. gl. 5. n. 7. Gl. autē in c. 1. §. callidis, in verbo, amittant. de prohib. feud. alien. per Frider. tenuit, qꝑ cadit solum à parte alienata, & dicit Corn. consil. 67. in l. tera K. lib. 2. quod ita tenent communiter Doctores. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Curt. iun. in dict. 4. parte in prima dubitatio. posita post tres regulas amissio. feudi propter alienationem.

Quod

Quod videretur satis rationabile, ut quis eatenus puniatur tantum, quatenus deliquit. Et hoc in proposito communem rationem appellat Igneus in l. 3. §. si quis tabulas, numer. 8. ff. ad Syllan. Et hæc opin. est etiam magis æqua, licet in puncto iuris forte opinio Baldi obtineret.

**S** Ulterius quæro, quod si feudum ꝑ esset acquisitum pro se, & quibus h dederit, nunquid poterit vasallus id sine consensu domini i alienare? Respond. quod sic. Est de hoc text. in c. 1. in princ. de feudo non hab. propr. na. feud. & est communis conclusio, ut dicit Curt. iun. in dict. 4. parte, in 2. reg. q. 5. Dec. cons. 193. post n. 5. versic. Non obstat fundamentum. Videtur enim dominus concedendo feudum cum illa clausula, vsque à principio præstitisse consensum cuiq; alienationi, quam de ipso feudo faceret vasallus.

**9** Successiue quæro, nunquid ꝑ possit vasallus alienare commoditates ipsius feudi? Respond. quod sic. Ita dicit Bald. in c. 1. §. aut si libellario, n. 3. in fin. quib. mod. feud. amit. & est communis opinio, ut attestatur Ruin. cons. 176. n. 1. lib. 13. Quod tamen intellige, ut talis alienatio valeat, durante tantum vita ipsius alienantis, non autem in præiudicium eius qui est successurus in feudo. Et ita sentire videntur fere omnes Doctores de hac materia loquentes.

**10** In proposito huius materiæ quæro, si vasallus alienauit ꝑ generaliter omnia bona, quæ habet in tali loco, nunquid in huiusmodi generali alienatione veniant etiam bona feudalia? Respond. quod non. Text. est in cap. 1. de cap. qui curiam vendunt & ita dicunt communiter Dd. ut ait Cur. iun. de feud. in dict. 4. parte, in vltima causa priuationis feudi, in 3. reg. colum. 6. versicul. restat etiam. Ex quo enim vasallus alienando bona feudalia incidere in pœnam, succedit iuris conclusio vulgata, quod nemo censetur facere actum, propter quem incurreret in pœnam. Aduerte tamen, si casus de facto contingeret, quia aliud esset quærere, an bona feudalia venirent in huiusmodi generali alienatione, quantum ad hoc, ut vasallus caderet in pœnam, aliud autem esset quærere, an venirent quantum ad hoc, ne emptor remaneret deceptus, puta scilicet, putasset se etiam illa acquirere, ignorans ea esse feudalia: hoc enim casu cõsiderata qualitate precii, & valore bonorum, deberet Iudex cogere venditorem ad restitutionem precii, quod verisimiliter emptor credebat erogare in acquisitionem illorum bonorum, quæ reperta sunt esse feudalia, ne quis cum iactura locupletur.

**11 k** Pone, vasallus reperitur in ꝑ magna k aliqua necessitate constitutus; Quæro, nunquid poterit eo casu feudum alienare sine domini consensu, propter illam magnam necessitatem, præsertim si esset fame oppressus? Respond. quod non. Ita tenet Bald. in c. 1. n. 2. qualiter olim feud. pore. alien. & est communis conclusio, ut dicit Curt. iun. de feud. in 4. parte princ. in vltima causa amissionis feudi, in 1. regula, q. 16. Quæ licet prima facie videatur nimis rigorosa: tamen esset seruanda. Cum enim supremum dominium rei feudalis sit apud dominum, non debet licere aliquo casu vasallo, de ipsa re feudali disponere, sine eius consensu. Bene credo, quod si eo casu, quo scilicet vasallus fame periret, dominus ab eo requisitus nollet, vel ipse acquirere vtile dominium, vel eius alienationi consentire, posset per superiorem ad id cogi.

**12** Quæro nunc, an valeat ꝑ consuetudo, quod vasalli possunt alienare feuda sine consensu dominorum?

Respond. quod sic. Ita dicit Ioan. Raynal. in c. Imperialem. §. habito. colum. 24. de prohib. feud. alien. per Frider. Et hæc videtur esse magis communis sententia, ut dicit Curt. iun. cons. 158. n. 8. Sicut etiam videmus quod in cæteris omnibus, quæ respiciunt feuda, consuetudo vincit legem, & ipsa pro lege habetur.

Præterea quæro, dictum est, quod ꝑ vasallus non potest sine consensu domini feudum alienare, modo contingit, quod vasallus alienat feudum, domino ipso sciente & tacente, nunquid hoc sufficiet pro consensu? Respond. quod sic. Ita tenet gl. in c. 1. in verbo, ipsorum permisso. de prohib. alien. feud. per Lothar. quam sequuntur communiter Dd. ut ait Hieron. Schurf. cons. 134. n. 3. inter consilia feudalia Bruni, Aluarot. in cap. 1. §. præterea. n. 4. quib. mod. feud. amit. quem refert Iac. in verbo, Et cum pacto, de non alien. n. 20. & dicit Dec. cons. 144. in primis verbis. quod illa gl. est communiter approbata. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Curt. iun. de feud. in 4. parte, in vltima causa priuationis feudi, in 2. regula principali, col. 1. Hanc eandem opin. tenuit gl. in d. §. Præterea. in verbo, regressum, quam pariter dicit esse communiter approbatam Claud. in l. qua dotis. n. 35. ff. solut. matr. Nam vbicunq; quis potest contradicendo actum impedire, præsentia cum taciturnitate operatur consensum: quam tamen ego intelligo ut procedat, quando dominus sciens per notabile tempus tacuit, puta per annum, alias secus.

## ADDITIONES.

**a** Feudum alienare.) An bona super quibus actum alienatū, permutatum, aut quouis alio modo contractum est à vasallo irrequisito domino, cadant in pœnam caducitatis: item in quibus Emphyteuta seu vasallus domini consensum requirere debeat, & in quibus non: quæ quidem caducitas quibus verbis videretur: & quo casu non solum in proprio, sed in facto alieno ignorantia excuset, vide per Dec. cons. 160.

**b** Priuatur feudo.) Hic scias quod ius priuandi vasallum feudo non transit ad heredes, commune vide per Olasc. dec. 77. n. 11. & in collect. mea commun. opin. in verb. ius num. 33. Hic adde quod feudo priuatur vasallus ob causas, quibus pater potest exheredare filium, & donator reuocare donationem; vide per Iacobin. eod. tract. in verbo, distique vasalli, sub numer. 41. & 47. & de obligationibus vasalli ad dominum & conuerto dixi alias. Hic adde quod quando vasallus facit pactum cum domino de non alienando, non poterit etiam alienare in casibus, alias à iure permittis, commune per Roland. in cons. 81. n. 19. etiam dixi in collect. mea commun. opi. verb. vasallus n. 14.

**c** Consensu domini.) Item quod non valeat huiusmodi alienatio facta sub conditione haud purificata, vide plene atque in terminis per Rol. cons. 63. vol. 4. vbi in facti contingentia respondit pro cathedra Senogali.

**d** Saluo iure.) Dixi alias, item de clausula saluo iure domini, vide quam vim habeat, per Duran. tit. 6. caut. 64. numer. 2.

**e** Et non aliter nec alio modo.) Vide sup. §. Emphyteusis. q. 13. sub apostilla signata litera C. limita nisi vbi res alienata esse difficilis recuperationis, ut quia esset castrum munitum, alienatum, & traditum, per Grammat. dec. 49. n. 4.

**f** Sed quid si emphyteuta.) Vide quæ ibi dixi in apostill. signata litera E quod non.

**g** Quæro.) Vide per Card. Paris. cons. 14. n. 11. Rol. omnino & Nat. Hic in cons. 479. ille in consil. 57. vbi plene & ad vtramque partem, & dixi in collect. mea commun. opin. in verb. vasallus. sub num. 6.

**h** Et quibus dederit.) Adde quod vasallus cui concessum est feudum cum ista clausula, & quibus dederit, poterit de eo testari; commune per Rol. cons. 71. n. 6. volum. 2. & dixi in collect. mea commun. opin. in verb. vasallus. n. 12.

**i** Alienare.) Vide omnino per Iac. in l. 2. §. 3. C. de iure emph. colum. 2. §. 3.

**k** Magna aliqua necessitate.) Item quod vasallus feudum alienans irrequisito domino, etiam si alienasset ob aliquam necessitatem, non valeat alienatio, comm. vide per Ducn. sub

reg. 46 in 14. ampliatione. & dixi in ead. collect. mea. vers. Vasallus. n. 41. & non semper dominus tenetur consentire vasallo feudum alienare volenti, nisi in quatuor casibus, de quibus vide apud Afflic. dec. 265 n. 68.

<sup>1</sup> Quod sic. Item feudum quando sit alienabile, vide Rimi. iun. conf. 55. item quod feudum absq; consensu domini possit alienari per vasallum proximiori & immediate successuro: solidam & indubitam esse conclusionem attestatur Rol. in conf. 64. n. 19. & conf. 2. nu. 36. vol. 2. & dixi in collect. mea in verb. Feudum. n. 95.

\* Adde quod hæc conclusio adeo est vera, vt talis alienatio etiam longissimo tempore præscribi non possit. Ita tenet And. de HERN. in d. c. Imperialem. ver. nullius temporis præscriptio- nem, quem Dd. ibi communiter sequuntur, vt firmat Marian. Soc. iun. conf. 115. n. 4. vol. 2. Parif. conf. 23. n. 158. vol. 1.

\*\* Pro hac communi adde Mar. de Afflic. in d. c. Imperialem. n. 28. Bald. in c. 1. §. hoc quoque. n. 13. de suc. feud. & eam commu- nem dicit Thom. Grammat. dec. 49. n. 2. And. Tiraq. in l. si vn- quam. verb. omnia. n. 14. C. de reuoc. dona.

cas ex eorum manibus extirpare, quæ causa non mi- litat in aliis feudis, quæ licite etiam à laicis retineri possunt. In contrarium tamen facere videntur ea, quæ dixi supra, q. 13. vers. Sed quæro.

Scias tamen, quod ¶ ad hoc, vt huiusmodi subin- feudatio, quæ fit per primum vasallum, valeat, tria c requiruntur. Primum, quod vasallus hoc faciat bona fide, & sine fraude. Secundum, quod ille cui subin- feudatur, sit eiusdem conditionis & qualitatis, cuius est ipse vasallus. Tertium, quod subinfeudet cum eisdem pactis, & conditionibus, cum quibus ipse tale feudum tenebat. Ita dicit gl. in d. c. 1. §. præterea, in gl. ma- gna, circa fin. quæ in hoc est communiter approbata, vt attestatur Iac. in verbo, & cum pacto, de non alien. post n. 2. & in verbo, ita etiam quod ipsi. post n. 3. & dicit Molin. in consuet. Parif. feu. §. 32. nu. 18. quod omnes Dd. illam se- quuntur.

Sed circa huiusmodi ¶ subinfeudationem est ad- uertendum, quia principaliter concernere potest, & præiudicium domini, & etiam præiudicium agnato- rum: puta si vasallus nō habens filios inuestiat alium habentem filios, quo casu, cum per eius mortem esset aperiendum feudum domino, vel agnatis, iuxta qua- litatem feudi: nulli dubiū est, quin talis subinfeuda- tio resultet in eorum omnium præiudicium: & ideo aliqui dicebant, quod feudum subinfeudatum non debeat remanere penes secundum vasallum, & eius descendentes, plus, quam remansisset penes primum vasallum, & eius descendentes, & hoc siue feudum esset aperiendum domino, siue agnatis. Alii dicebāt, quod quatenus tractaretur de præiudicio domini, feudum deberet remanere penes istum secundū va- fallum, etiam post finitam lineam primi, secus autē quatenus concerneret præiudicium agnatorū. Et pro hac opin. videtur tex. expressus, quem ad hoc pō- derat Curt. iun. in loco supra allegato in c. 1. §. 1. quali. olim feud. pote. alien. vbi dicitur, quod quomodocunq; pri- mus vasallus esset feudo priuandus, non potest feudū adimi secundo vasallo, si sit paratus istud ab ipso do- mino recognoscere, & illi seruire. In practica tamen credo, quod non posset sustineri. Quantum vero fit ad præiudicium agnatorum, omnes fere conueniunt, quod quando feudum est antiquum siue paternum, non durat apud secundum vasallum, nisi donec viuit vasallus, qui subinfeudauit, vel eius descendentes. Eo autem mortuo, resoluitur subinfeudatio, venitque proximior agnatus ad feudum. Ita dicit Spec de feud. §. quoniam. vers. 39. & est communis opin. vt dicit Alex. conf. 15. n. 9. lib. 5. quem refert Rui. conf. 37. n. 18. lib. 1. & cōf. 213 post n. 2. eod. vol. Cum enim feudum istis agnatis de- beatur ex pacto, & prouidentia primi concedentis, merito non potest vasallus aliquo modo eis præiudi- care per huiusmodi subinfeudationem. Et ita volunt communiter Doctores, vt dicit Berous quæst. 59. nu- mer. 5.

Q V Æ S T I O XXXII.

S V M M A R I A.

- 1 Vasallus potest sine consensu domini alium subinfeudare de feudo, quod ipse habet.
- 2 Et quid si sit feudum Ecclesiasticum?
- 3 Et quid si sit feudum decimarum?
- 4 Et quæ requirantur ad hoc, vt talis subinfeudatio va- leat?
- 5 Et an talis subinfeudatio fieri possit in præiudicium a- gnatorum?
- 6 Et an si secundus vasallus velit tale feudum alienare, re- quiratur consensus prioris, vel immediati domini?

<sup>1</sup> Q V Æ R O, nunquid possit vasallus ¶ sine domini consensu alium subinfeudare a de feudo quod ipse habet? Resp. q. sic. Ita tenet gl. in c. qua in Ecclesia- rum, in verbo, Alienandi feudum, de constir. quam dicit esse communiter approbatam Gozad. conf. 62. n. 5. & est communis conclusio, vt attestatur Curt. iun. de feud. in q. 4. prin. ipali, in vltima causa priuationis feudi, in 1. qua- stion. prima regula. Et hoc vetustis, & nostris moribus receptum est, vt dicit Zas. de feud. in 9. parte, versic. 2. sal- lit. Non tamen potui hæcenus reperire apud Dd. ali- quam bonam rationem, cur stante generali prohibi- tione alienationis feudi, sit permittā subinfeudatio; cum tamen nulla videatur subesse causa specialitatis satis concludens.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit in feudo seculari: sed quid ¶ in Ecclesiastico? Resp. Bald. in c. 1. §. præterea, de ca. Conrad. loquendo per verbum, forte. tenet, quod non possit b subinfeudari. Contrariam autem opin. quod imo possit subinfeudari, tenuit Iac. de Beluis. in c. 1. in princ. qui feudum dare poss. & hæc o- pin. est magis communis, vt dicit Soc. conf. 66. post n. 3. lib. 3. Zasius de feud. in 4. parte, vers. Secundo solit. Licet e- nim Ecclesia in multis sit priuilegiata, in hoc tamen non videtur posse allegari probabilis ratio diuersita- tis inter Ecclesiam & priuatum: merito eodem iure censerī debet.

<sup>3</sup> Sed quid si sit feudum ¶ decimarū, nunquid laicus canonicè inuestitus ab Ecclesia, de aliquibus deci- mis, poterit alium laicum de ipsis decimis infeudare? Resp. quod non, etiam si accederet auctoritas & con- sensus Episcopi. Ita tenet Innoc. in c. prohibemus. de de- cimis, & ita sentiunt communiter Doctores, vt ait Abb. in eod. c. prohibemus. n. 4. quem refert Iacob. in ver- bo, in feudum, post n. 40. Ratio autem differentie inter feuda decimarum & alia feuda Ecclesiastica est, quia laici non possunt decimas retinere sine periculo ani- marum suarum: ideo Ecclesia omni studio conatur

In proposito huius ¶ conclusionis quæro; Pone, quod iste secūdus vasallus, cui feudum fuit subinfeu- datum, velit illud alienare, nunquid requireretur con- sensus prioris, & supremi domini, an autem consen- sus domini immediati, qui subinfeudauit? Res. quod requiritur consensus prioris & supremi domini, non autem consensus domini immediati. Ita dicit gl. in c. Imperialem §. illud, in verbo, Nisi requisitus, de prohib. feudi alien. per Frider. & est magis comun. opin. vt atte- statur Iacob. in verbo, Et cum pacto, de non ali. num. 21. & seq. Cagnol. in leg. consilii. §. socii mei. numer. 9. ff. de

*reg. iuris. Zal. de feud. in 9. parte, versic. Sed occurrit.* Nam apud primum vasallum, post factam subinfeudationem, non remanet neque directum, neque vile dominium, sed solummodo quaedam reliqua utilis dominii, quae tanquam modici momenti non attenduntur, sed attenditur prima & potior causa, quae est dominium directum remanens apud primum dominum. Quod nota, quia cum haec quaestio semel contigisset de facto, aliqui, qui praedicta non viderant, responderunt contrarium.

## ADDITIONES.

a *Subinfeudare.*) Fallit si sit appositum pactum de non alienando, per *Cæph. in cons. 197. n. 26.* Item quod vasallus possit irrequisito domino infeudare aliam vasallum de feudo, quod ipse habet atque recognoscit à domino: commune vide per *Duen. sub reg. 40. vers. limita primo* ubi communem attestantes retulit. & *in fin. citat Curt. sublimitantem; & dixi in collect. mea commun. opin. vers. vasallus. n. 42.*

b *Possit subinfeudari.*) Pone factam esse subinfeudationem, modo quaeritur, quid si secundus committat feloniam, cui deoluatur res, an primo domino, an vero primo feudatario? vide per *Alexand. in leg. possidere. §. ex contrario. ff. de acquir. poss. ff.*

c *Tria requiruntur.*) Adde ut per *Iac. qui etiam idem tenet, atq; ista tria commemorat in suis questionib. f. ad. q. 30. sub nu. 38. & de duob. primis requisitis vide per Soc. commune attestantem tam in feudo habito à laico, quam in feudo habito ab Ecclesia, in cons. 66. col. 2. & post num. 5. vol. 3. & dixi d. collect. mea. n. 14. & 35.*

d *Agnatorum.*) Item quod mortuo infeudante proximior agnatus admittatur ad reuocationem ipsius infeudationis, etiam si sine fraude facta fuisset dicta infeudatio, per *Rolan. consil. 67. num. 17.*

## QVÆSTIO XXXIII.

## SUMMARI A.

- 1 *Vasallus an possit sine consensu domini feudum alteri locare?*
- 2 *Et an dare ad libellum?*
- 3 *Et an concedere in emphyteusin?*
- 4 *Et quid de consuetudine?*

1 **QVÆRO**, an vasallus possit sine consensu domini feudum alteri locare? Respo. de locatione a ad modicum a tempus, res omni caret difficultate. b Sed de locatione ad longum b tempus, \* dicendum est, quod non potest vasallus id facere absque consensu domini. Et ad hoc allegatur *Bald. in cap. 1. §. aut si libellatio. quib. mod. feud. amit.* quem omnes sequuntur, ut dicit *Iacob. in verbo. Et cum pacto. de non alie. nu. 15.* & est communis conclusio, ut dicit *Curt. iun. de feud. in 4. parte, in vltima causa amissionis feudi in 1. reg. quest. 3. Bertrand. cons. 2. n. 4. lib. 2. in 2. parte.* Est enim talis locatio species alienationis, ut dicam infra §. *Locatio.*

2 Pariter etiam non potest sine consensu domini rem feudalem dare alteri ad libellum, *Tex. est clarus in c. Imperialem, in prin. de prohib. f. u. alien. per Frider. & ita expresse determinat Dd. ut dicit Iac. in verbo, Ita etiam quod ipsi. n. 9.*

3 Idem etiam dicendum est in sine emphyteusi, eadem ratione, ut scilicet non possit vasallus sine consensu domini rem feudalem dare alteri in emphyteusin. Ita tenet *gl. in c. Imperialem, in prin. in verbo, seu alienare, circa fin.* Et est magis communis opinio, ut dicit *Curt. iun. in d. 4. parte. in 2. q. 1. reg.*

4 Scias tamen quod quicquid sic in sine puncto iuris, hodie ex generali consuetudine vasalli pascua, terras incultas, & eremos feudales in emphyteusin concedunt. Et de hac consuetudine attestatur *Petr. Iac.*

& post eum *Ioan. Raynal. in dict. c. Imperialem. §. 1. Ioan. Fabr. in §. adeo. Instit. de locatio.* quem refert *Curt. iun. in d. 2. q.* Quod not. quia hæc consuetudo ita tolerata excusaret vasallum à pœna priuationis, quam de iure incurrisset, propter talem concessionem emphyteuticam factam de re feudali.

## ADDITIONES.

a *Ad modicum tempus.*) Et de locatione facta à Prælato ad tempus non longum quod valeat, licet non obliget successorem, nisi facta sit pro utilitate Ecclesie: commune vide per *Gabrieli. Eugubini. cons. 82. num. 82. & in collect. mea comm. opin. vers. locatio n. 4.*

b *Ad longum tempus.*) Item de locatione ad longum tempus facta per Prælatum & capitulum ex iusta causa, & cum debita solemnitate quod valeat, commune vide per *Rol. in consil. 96. n. 20. & omnino in d. collect. mea sub n. 8.* ubi de constitutione *Pauli Veneti Papæ I. l. memini,* qua contrarium dilponit, & de illius extensione facta in rebus Ecclesiasticis.

\* Hæc est opin. *Matt. de Afflict. in d. c. Imperialem nu. 6. Iaf. in l. fin. num. 122. C. de iur. emphyt. Curt. iun. in tract. feud. 4. part. vlt. caus. amissionis reg. q. 3.* locatio enim ad longum tempus parum distat ab alienatione, & ideo prohibita alienatione, cõsetur etiam prohibita locatio ad longum tempus.

## QVÆSTIO XXXIV.

## SUMMARI A.

- 1 *Vasallus an possit renunciare feudum in manibus domini ipso inuito?*
- 2 *Et an post talem renunciationem possit offendere dominum?*
- 3 *Et an possit talem renunciationem facere in praiudicium agnatorum?*

**QVÆRO**, an vasallus possit sine consensu domini feudum in manibus domini ipso inuito? Respo. quod super hoc articulo variae sunt Doctorum opiniones. Aliqui enim tenent, quod vasallus possit, etiam inuito domino, feudum renunciare, dummodo id ipsius domini inter sit: & videtur *text. in c. 1. de vasallo qui contra constit. Lothar. & dicit Abb. in c. quæ in Ecclesiis, nu. 19. de constit.* quod ita communiter tenent Doctores. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur *Curt. iun. de feud. in quarta parte, in vltima causa amissionis feudi in 31. q. prima regula.* quia cum principaliter feudum concedatur favore inuestiti, merito videtur ei licere debere favori suo renunciare. Contrariam autem opin. scilicet, quod imo non possit, tenet *Bart. in l. si cum quo, circa prin. ff. de aqua plu. arc. & dicit Alex. in l. si quis vi. §. fin. nu. 14. in fin. ff. de acquir. poss.* quod ita magis communiter tenetur, licet super isto articulo multa scribantur. Et hæc opinio mihi magis placet. Cum enim feudum sit contractus nominatus, & vltro citroque obligatorius, non debet esse in facultate vnus, alio inuito, ab eo recedere. Esset tamen forte tutius tenere distinctionem, quam sentit *gl. in c. 1. in gl. fin. de Cap. qui cur. vend. ut scilicet dicamus, quod quando pro feudo præstatur certum seruitium, eo casu non possit vasallus inuito domino ipsi feudo renunciare: si vero feudum sit concessum simpliciter ad seruitium incertum, tunc possit renunciare. Et illa gl. in hoc esse communiter approbatam attestatur *Iac. in verbo. qui quidem inuestiti. n. 29. & in verbo, Et vnus ex dictis n. 1. Ita etiam communiter tenent affirmat Albertus in l. cum fructuarius ff. de usufruct. Fel. in d. c. quæ in Ecclesiis, n. 78. & seq. dicit etiam Molin. in consuet. Parisiæ feud. §. 1. gl. 5. n. 3. quod ita distinguunt communiter Dd. Idem dicit *Zal. de feud. in 10. parte, in prin. 2. parti. vlt. & etiam in 12. particula, versic. Secunda conclusio,* dicit hanc esse communem opin. Et ideo licet vasallus**

fallus derelinquat rem feudalem: non tamen propterea liberabitur à præstatione seruitii, quod pro ipsa re præstare tenebatur. Et ita esse commun. opin. attestatur Alb. in l. sed an vltro. §. is autem vers. 1. item al. leg. ff. de neg. gest.

Sed posito, quod possit renunciare; Quæro nunquid poterit vasallus † post talem renunciationem offendere dominum? Resp. quod nullo modo debeat eum offendere, propter reliquias præcedentis vasallagii, & amicitia, & si secus faciat, debet puniri. Ita dicunt omnes Dd. vt dicit Iacob. in verbo, Et vnus ex dictis. n. 1. in fin.

Et hæc quidem omnia procedunt, quatenus ipsa renuntiatio † potest concernere interesse ipsius domini directi, vel præiudicium ipsius vasalli renunciantis. Sed nunquid talis renunciatio præiudicabit agnatis ipsius vasalli, quando scilicet feudum est antiquum seu paternum? Respon. quod non præiudicat. Ita tenet Bald. in c. 1. in prin. numer. 3. de alien. feud. pater. quem omnes sequuntur, vt dicit Iacob. in verbo, Et vnus ex dictis. post numer. 8. vers. Addit in quantum. Non enim potest vasallus tollere agnatis ius illis quæsitum ex tenore primæ inuestituræ, proueniens ex pacto & prouidentia primi acquirentis, vt sæpius dixi. Et ideo, dato etiam, quod huiusmodi renunciatio feudi valeret, non tamen amplius durat in præiudicium agnatorum, quam ea non facta feudum remansisset penes ipsum renunciantem. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Cuman. consil. 167. numer. 2. Et sic eueniente casu, feudum nihilominus aperitur agnatis, quam si per illum vasallum aliqua renunciatio facta non fuisset.

ADDITIO.

à Domino inuito.) Adde atque vide per Tiraq. de retracta. municip. §. 34. gloss. 1. sub nu. 6. limita etiam nisi vasallus iurasset ad sancta Dei Evangelia, non contrafacere, & non contra venire: quia tunc non posset refutando se liberare ab homagio seu fidelitate. Ita per Bald. in c. qua in Ecclesiarum. de consuetud. quem refert & sequitur Iacob. de S. Georg. in tract. de Rhoyd. seu operis. numer. 42. 43. Idem quod feudum vasallus possit renunciare inuitis dentibus domini, tradit etiam Iacob. de S. Georg. in suis questionibus feudalis. qu. 14. numer. 22. & vide per Cassian. Pute. in addit. ad pract. Papien. tit. feudum, gloss. nec superstitibus addit. quia refutatio; vbi quid in Feudoligo, & quid in franco, & quid in emphyteuta vel vasallo, & quid si iuratum fuit & promissum non contrauenire, & de aliis vide. Et de vasallo protestante & renunciante iuri vasallagii propter retardatam seruitiorum remuneracionem, vide per Assis. decis. 307. & Orsi. Vasallus tamen renuncians feudum in manibus domini haud præiudicat filiis, ad quos post renunciantis obitum redire debet per Cæphal. consil. 29. numer. 2.

QVÆSTIO XXXV.

SVMMARIVM.

Vasallus an possit rem feudalem sine consensu domini pignorare, vel hypothecare?

1 QVÆRO, nunquid vasallus † possit rem feudalem alteri pignorare, a vel hypothecare sine consensu domini? Resp. quod non. \* Text. est clarus in c. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Frider. Et licet alias licita esset pignoratio feudi vsque ad dimidiam, vt habetur in c. 1. in princ. de alien. feud. pater. hodie tamen indistincte, & in totum est prohibita: & in hac sententia resident communiter Dd. vt dicit Aluar. in d. c. 1. in princ. numer. 2. de alien. feud. pater. Intellige tamen quod propter simplicem pignorationem, seu hypo-

thecam feudi, non incidit vasallus in caducitatem, nisi etiam procedat ad traditionem, vt etiam dictum est in alienatione, supra q. 31. vers. sed nunquid.

ADDITIONES.

2 Pignorare.) Ibi scias reg. esse, rem feudalem pignori dari extraneo posse, absque consensu domini: vide Ducn. reg. 220.

\* Pro hac opin. adde Aug. Bero. decis. 94. numer. 11. Chall. in consuetud. Burgum. tit. des freis, reg. 3. §. 8. numer. 11. Socia. conf. 19. numer. 12. volum. 2. vbi omnes dicunt hanc esse communem. Fallit tamen, quando feudum pignoretur pro seruitio militari, vt per Ioan. Tigr. sing. 50. n. 3. vbi alleg. Bald. in l. 2. col. 1. C. com. de leg.

QVÆSTIO XXXVI.

SVMMARIVM.

Feudum an possit dari in dotem sine consensu domini?

1 QVÆRO, nunquid feudum † possit dari in dotem a sine consensu domini? Resp. Hæc quæstio potest dupliciter contingere. Primo, quando vasallus habens filiam, vult ipsi filia, vel potius genero, dare in dotem ipsum feudum. Et de hoc est text. expressus in c. 1. §. donare. quali. olim feud. alien. poter. quod non potest illud dare in dotem. & hæc est communis Doctorum sententia, vt dicit Zal. de feud. in 9. parte, num. 40. quem refert Ioan. Iacob. de Leon. inter consilia feud. Brun. consilio 114. numer. 86. Si enim non est permillum vasallo alienare feudum propter propriam necessitatem, etiam famis, vt dixi supra, quæst. 31. vers. pone vasallus. multo minus debet ei licere illud in alium transferre pro filia sua dotanda. Secundo modo potest contingere, si ipsamet mulier, quæ est utilis domina feudi, velit se ipsam de feudo dotare, & de hoc pariter videtur text. in cap. 1. de inuestit. quam Titius accepit, &c. quod possit seipsam dotare de feudo. Et hæc est communis conclusio, modo duo concurrant. Primo, quod det feudum in dotem inassimatum: secundo, quod non apponat pactum de lucrando. Et ita esse communem conclusionem attestatur Curt. iun. de feud. in quarta parte principali, in 1. regul. q. 4. Reuera, vbi etiam hæc duo concurrerent in donatione filia facienda per patrem, difficile esset allegare conclusionem rationem diuersitatis: tamen in practica sequenda esset communis opinio. Pro qua forte posset dici in hoc differre patrem à filia, quia filia dās in dotem, non videtur alienare feudum, sed tantum commoditates ipsius feudi, quarum alienatio est vasallo permilla, vt dixi supra, q. 31. vers. Successiue. quibus tamen etiam ipsa fruitur, ex quo deseruiunt oneribus matrimonii. Præterea licet proptie possessi rei dotalis dicatur esse apud maritum; tamen etiam mulier dicitur quodammodo possidere fundum dotalem: secus autem est in patre. Sed quidquid sit, tutius esset in utroque casu requirere domini b consensum; prout fieri debere consuluit Aluar. in dict. §. donare. quem refert Curt. iun. in loco præallegato.

ADDITIONES.

2 Dari in dotem.) Imo secundum Innoc. in c. nuper. de donat. inter vir. & uxor. & Dd. in cap. ex parte. quos retulit Anguis. in conf. 46. in fine. speciale est in dote, vt feudum dari possit in dotem. Aduerte quia forte hallucinatur Anguis quoniam in libro meo non reperitur istud dictum suum: de feudo tamen obligato pro dotis restitutione saluo Regio assensu, vide Ass. decis. 3. & per Cæf. Orsil. ad eum.

b Domini consensum.) Ad idem quod vasallus haud possit filia suæ dare in dotem feudum sine consensu domini, commun. vide per Ducn. sub. reg. 40. in versic. olivano limita. & dixi etiam in collect. meâ commun. opin. verbo, vasallus, numer. 39.

## QVÆSTIO XXXVII

## S V M M A R I A.

- 1 Vasallus an possit sine consensu domini constituere seruitutem in re feudali?
- 2 Et an possit constituere vsufructum?

**Q**VÆRO, nunquid possit vasallus † sine consensu domini constituere in re feudali seruitutem, vel aliquid aliud onus imponere? Resp. aut loquimur quantum ad præiudicium ipsius constituentis, & res non habet difficultatem. Potest enim proculdubio vasallus ad sui præiudicium constituere seruitutem realem in re feudali, sine consensu domini, vt est textus expressus in c. 1. §. quid ergo. de inuest. in re aliena facta. Et est communis conclusio, vt attestatur Curt. iun. de feud. in 4. parte, in vltima causa amiss. feudi, q. 14. & seq. Quo vero ad præiudicium domini, nõ potest vasallus seruitutem, vel aliquid onus feudo imponere: & ideo eueniente casu, quo feudum domino aperitur, extinguitur omne onus illi impositum per vasallum. Idem etiam dicendum est, quantum ad præiudicium agnatorum, qui successuri sunt in feudo. Nõ enim potest vasallus aliquam seruitutem, vel onus constituere super feudo, in præiudicium eorum, qui succedere debent in feudo ex prouidentia primi acquirantis, & ad hoc per Doctores allegatur gl. quam tamen ego in libro meo non reperi, in c. 1. verbo, Alienationes, de c. Contr. & illam gl. dicit esse communiter approbatam Alex. conf. 18. post n. 5. lib. 5. quem refert Picus in reper. §. Titia, post n. 99. Paris. conf. 88. n. 4. lib. 2. Et hanc opin. dicit esse magis communem Berous q. 95. n. 1.

- 2 Sed nunquid poterit vasallus † sine domini consensu constituere alteri vsufructum in re feudali? Respon. quod non. Et ad hoc pariter allegatur illa gl. quam ego non inuenio, vt supra dixi. Et ista est communis conclusio, vt attestatur Curt. iun. in d. 4. parte, q. 15. Est enim vsufructus pars domini, merito cum vasallus prohibitus sit alienare vtile dominium, neque etiam posse debet alienare eius partem.

## A D D I T I O.

a Aliud onus imponere.) Item quod vasallus haud possit sine consensu domini in rebus feudilibus constituere vsufructum, vel simile onus imponere, aut seruitutem aliquam addere in præiudicium eorum, qui succedere debent in feud. commun. vide per Card. Paris. in conf. 99. n. 4. volum. 2. & in dict. collect. mea n. 47.

## QVÆSTIO XXXVIII.

## S V M M A R I V M.

Vasallus an possit sine consensu domini de feudo transigere?

**Q**VÆRO, an vasallus † possit sine domini consensu de feudo transigere? \* Resp. quod aut vasallus transigendo transfert feudum in alium, & hoc facere potest sine licentia domini: aut retinet feudum penes se, & tunc potest transigere. Ita distinguit Bald. in c. 1. n. 16. de controu. inter vasal. & alium. & in hanc sententiam inclinat communis mens Dd. vt ait Curt. iun. de feud. in 4. parte, in vltima causa amiss. feud. quest. 7. Hanc etiam opinionem dicit esse magis communem Paris. conf. 1. nu. 134. lib. 1. Donec enim vasallus retinet feudum penes se, non dicitur inferre domino aliquid præiudicium.

## A D D I T I O N E S.

a Transigere.) Adde vt per Cæphal. in conf. 133. n. 50. item potest transigere absque consensu domini de feudo, si modo id sincere agat, & bona fide processit, conf. 3. nu. 117. Vt autem

possit ad præiudicium successorum transigere, oportet rem esse liquidam, vel de facili posse liquidari: alioquin diceretur donatio: vide per eund. conf. 155. n. 55.

\* Text. in c. 1. de controu. inter vasal. & alium. videtur dicere, quod quoad ius feudi potest vasallus cum litigante transigere, & præiudicat Domino, vt teneatur obtinentem ex causa transactionis habere in vasallum. Et idem dicendum in compromisso, de quo in q. seq. cum compromissum sit transactio. Et sic videtur ibi esse decisum id, de quo dubitauit Spec. in tit. de arbit. §. potest vers. sed nunquid vasal. scilicet, quod vasallus etiam sine consensu superioris potest de feudo compromittere.

## QVÆSTIO XXXIX.

## S V M M A R I V M.

Vasallus an possit facere compromissum de re feudali sine consensu domini?

**S**VCESSIVE quæro, nunquid possit † vasallus de re feudali facere compromissum sine domini a consensu? Resp. respectu compromissi faciendi in arbitratorem omnes conueniunt, quod vasallus id facere non possit. Procedit enim arbitrator nullo iuris ordine seruato, merito non debet vasallus, cui interdicta est omnis feudi alienatio, posse facere actum, ex quo resultare posset alienatio. Hæc autem ratio non videtur militare in arbitro, qui tenetur sequi iura. Et ideo multi tenuerunt, quod in arbitros possit vasallus de feudo compromissum facere: quod etiam expresse concedere videtur text. in c. 1. §. si inter. de lege Contrad. Et licet per dispositionem c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Frid. videatur prohibita omnis alienatio feudi: tamen ex quo in specie non fit in eo textu mentio de compromisso, non videbatur dicendum, quod text. in d. §. si inter. cum sim. esset correctus. Et ita quod per d. c. Imperialem. nõ sint correctæ in hoc iura antiqua, dicit videri communem mentem Feudistarum Curt. iun. de feud. in 4. parte, in materia alienationis feudi, q. 8. subdens, quod ita sentiunt communiter Scribentes in materia iurisdictionis feudalis. Dicit tamen Curt. ibi in fi. quod hæc decisio est multum dubia, & periculosa, & benedicit, quia reuera contraria opin. quod scilicet vasallus non possit etiam in arbitros facere compromissum de re feudali, est iudicio meo tutior & etiam magis communis, prout attestatur Soc. iun. conf. 77. n. 76. & seq. lib. 1. Pro qua facit, quia regulariter, de qua re non potest quis libere disponere, neque etiam potest de ea facere compromissum. Posset tamen & forte non impertinenter ad hanc quaestionem accommodari distinctio, facta in præcedenti quaestione: vt scilicet possit vasallus de feudo compromissum facere, modo ex tali compromisso, vel arbitramento superinde ferendo, non possit sequi, quod feudum in alium transferatur, vt dictum est de transactione, cui etiam iuxta communis iuris regulas æquiparatur compromissum, siue arbitramentum.

## A D D I T I O.

a Dere feudali.) Hic cadit pulcherrima dubitatio, Si causa feudalis non est compromittenda, an causa fructuum sit compromittenda? quod sic, facit decis. Añ. d. 43. Item an vasallus possit compromittere de re feudali in alium quam dominum: vide per Alexan. remissive in l. 1. §. & post operis. ff. de oper. no. n. un.

## QVÆSTIO XL.

## S V M M A R I A.

- 1 Vasallus an possit in suo testamento de feudo disponere?
- 2 Et quid in feudo simpliciter hereditario?
- 3 Et quid in feudo omni?
- 4 Et an possit illud legare pro anima?

5 Et an possit plus assignare vni ex filiis suis, quam alteri de ipso feudo nouo?

6 Et quid in feudo nouo?

1 **Q**UÆRO, nunquid possit vasallus † in suo testamento de feudo disponere? Resp. quod dispositio testatoris de feudo nullo a modo valeat. Text. in c. 1. de successione feud. ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente. Et hæc est communis regula, vt dicit Socia. iun. consil. 72. post num. 40. lib. 1. Curt. iunior de feud. in 4. parte principal. in 1. regula, in penultima questione. Cum enim vasallus non sit dominus feudi, nisi donec vixerit, merito non debet posse de eo disponere, in præiudicium eorum, quibus ex prouidentia primi acquirentis post eius mortem feudum debetur.

Sed quia hæc materia à Doctores aliquantulum confuse tractatur, ideo distinguendi sunt aliqui casus pro eius intelligētia. Aut enim loquimur † in feudo simpliciter, & absolute hereditario: & tunc dicendum est, quod potest testator de eo disponere ad sui libitum, & illud relinquere cui voluerit. Ex quo tale feudum est alienabile & transitorium ad quoscunq; heredes, etiam extraneos, nihil prohibet, quo minus etiam de eo in specie possit vasallus in testamento suo disponere. Vide quæ dixi supra. q. 9. vers. Hoc præmissis, & supra q. 31. vers. vlt. quæro. Aut vero, & secundo, loquimur in feudo mixto, quod scilicet est hereditarium, & est etiam ex pacto & prouidentia, prout est feudum receptum pro se, & filiis, & heredibus. Et hoc casu dicunt aliqui, quod ex quo filius non potest habere feudum, nisi etiam sit heres, vt dixi in ead. quæ. 9. vers. Quandoque, & tertio, heres autem non potest contrahere facti defuncti: propterea dispositio testatoris de ipso feudo valebit, quia per ipsum heredem infringi non poterit. Sed hic est aduertendum, quia hæc conclusio, dato quod esset vera, procederet solummodo, vbi ageretur de præiudicio filiorum vel agnatorum, sed quo ad præiudicium ipsius domini directi, non habetur in consideratione, an feudum sit simpliciter ex pacto, & prouidentia, an mixtum, vel an sit nouum, vel antiquum: & ideo, modo feudum non sit simpliciter & absolute hereditarium, tene, qd omnis dispositio de feudo facta per vasallum testantem, quoad præiudicium domini, est nullius valoris & momenti. Præterea hæc conclusio, etiam quoad præiudicium filii, vel agnati, non videtur vera, saltem quando filius vel agnatus adiuissent hereditatem vasalli, de feudo testantis, cum beneficio inuentarii. Nā talis confessio inuentarii conseruat filio vel agnato heredi iura sua, vt possit, non obstante aditione, alienationem de feudo factam per defunctum reuocare, etiam quod tale feudum esset hereditarium, secundū vnā opin. quam ego tenui infra. q. 42. vers. Successive. Tertio etiam hæc conclusio non satisfacit. Nam solummodo haberet locum in filio vasalli, qui omnino cogitur acceptare hereditatem patris, si vult feudum retinere, de quo tamen dixi infra. question. 76. lecus autem in agnato. Sufficit enim, quod agnatus sit heres primi recipientis, neque requiritur, quod sit heres vasalli vltimo defuncti, vt dixi in supra allegata quæst. 9. vers. Sed quæro. & sic in eo cessat fundamentum conclusionis. Facienda est ergo generalis regula, quod siue feudum sit simpliciter ex pacto & prouidentia, siue mixtum, non potest vasallus in præiudicium agnatorum de feudo testari. Bene verum est, quod

si filius vel agnatus adirent hereditatem vasalli, qui de feudo testatus est, sine beneficio inuentarii, non possent talem alienationem in testamento factam reuocare, quia eo casu non possent facti defuncti contrahere, & hoc, non quia alienatio per conualidatur, sed quia iste adeundo sibi affectus. Et nota, quia hoc est maximi effectum cum ista aditio non præiudicet nisi adeunti, & non filio, vel agnato adeuntis, ad quem feudum spectaret, virtute inuestituræ ipsa aditione non obstante, alienationem ipsam reuocare.

Sed quæro, nunquid hæc † conclusio ita declarata, quæ habet, quod vasallus non potest de feudo testari, habeat locum generaliter in omni feudo, scilicet siue sit antiquum, siue sit nouum, id est acquisitum ab ipso vasallo testante? Resp. qd quantum ad præiudicium domini vt supra dixi, non habetur in consideratione, an feudum sit antiquum, vel nouum, quia vtroq; casu non potest per vasallum alienari sine consensu ipsius domini: sed quantum ad præiudicium filiorum, vel agnatorum multum interest. Nam si est feudum antiquum vel paternum, non poterit vasallus de eo testari in præiudicium eorum, qui sunt vocati ex tenore inuestituræ. Si vero sit nouum, vtique poterit de eo testari, interueniente consensu domini. Est enim generalis regula; Quod potest vasallus de feudo nouo ad libitum suum disponere, sub quocunq; tenore receptum sit, etiam si in præiudicium filii, vel agnati, vel ex tenore inuestituræ successurus fuisset in feudo, vt dixi infra. q. 41. vers. Et hæc quidem.

Ex hac conclusione, quod vasallus † non potest de feudo testari, Primo infertur, quod non poterit testator illud legare, etiam pro anima. \* Text. est in c. 1. §. Donare. qualiter olim feud alien. po. Sed quæro, an legato feudo, debeatur saltem æstimatio, prout debetur quādo legatur res aliena? Resp. quod non debetur neque res, neque æstimatio. Ita tenet Bald. in d. §. Donare. nu. 3. & est communis opin. vt dicit Soc. iun. consil. 72. n. 60. lib. 1. & consil. 74. n. 20. & seq. eod. vol. Quando enim aliquis habens ius in re, quod est morte periturum, illam legat alteri, censetur legasse solummodo illud ius quod habebat, neque debetur aliqua æstimatio, vt dixi supra lib. proximo §. legatum.

Secundo infertur, quod non poterit † pater habens filios, plus assignare in feudo vni ex filiis, quam alteri. Et ita est communis opin. vt dicit Zas. de feud. in 8. parte, in 3. particula, vers. & hanc partem. Est enim prouidentia legis constitutum, vt omnes filii æqualiter in feudis succedant. Multo minus ergo poterit totū ipsum feudum prælegare vni ex filiis suis. Dicit Alex. in leg. apud Iulianum, quam legit cum l. cum seruis. §. si quis alicui, n. 4. in fin. ff. de leg. 1. quod magis communis opin. videtur inclinare in hanc partem. Et hanc opin. tenere communiter Doctores attestatur Iō. Rayn. in c. Imperialem. §. habito col. 7. de prohib. seu. alie. per Frid. quem refert Iac. in verbo, & cum pacto, quod de ipso feudo. nu. 2. in fin. Hanc etiam dicit esse communem Ruin. consil. 25. n. 13. lib. 1.

Quæ omnia de plano procedunt in feudo antiquo, & paterno: illud enim proculdubio non potest pater vni ex filiis suis prælegare. Et ita esse communem opin. dicit Ruin. consil. 9. in fin. lib. 1. & hoc pro indubitato præsupponit Soc. iun. consil. 160. n. 44. lib. 2. Cū enim tale feudum virtute inuestituræ debeat ad omnes eius filios æqualiter peruenire ex prouidentia concedentis, merito non potest vasallus per suam dispositionem

tionem alterare naturam feudi, in præiudicium aliorum, & sic illud relinquere vni ex filiis suis, etiam si sit ex comprehensis in inuestitura. Et ita solet communiter concludi, vt dicit Soc. iun. in d. conf. 72. numer. 33. Sed quid in feudo ¶ nouo, id est, acquisito per ipsum met vasallum testantem pro se, & filiis, vel pro se & liberis? Et in hoc variæ sunt Doctorum opiniones, quas late refert Curt. iun. de feud. in 4. parte, in vltima causa amissionis feudi. q. 30. vers. Ex prædicta regula. Aliqui enim dicunt, quod etiam feudum nouum non potest pater vni ex filiis prælegare. Et hanc opin. dicit videri magis communem Soc. iun. in d. conf. 72. n. 35. & conf. 160. n. 44. lib. 2. Alii vero dicunt, quod potest. Et hanc dicit videri communem Barb. inter conf. Alex. conf. 55. col. pen. vers. Et si quispiam. lib. 4. quæ etiam mihi magis placet. Est enim valde rationabile, vt quod iure meo quæsiui, etiam arbitrio meo alienare possim. Et certe mirum est, quod Doctores in hoc articulo adeo inter se repugnent: nam aut loquimur quoad præiudicium domini, & certum est, quod quando prælegatur vni ex comprehensis in inuestitura, non dicitur agi de aliquo præiudicio ipsius domini. Aut loquimur quantum ad præiudicium aliorum, & pariter non videtur agi de aliquo eorum præiudicio. Si enim vera est decisio Andr. de Iler. quam retuli in d. q. 41. vers. Et hæc quidem, quod scilicet vasallus de feudo nouo possit cum consensu domini ad sui libitum disponere, nescio videre qua ratione, si vasallus possit tale feudum alienare, etiam in extraneum, non possit etiam illud vni ex filiis suis prælegare. Et ita, si casus contingeret, consulere & iudicare. Vide tamen in hoc proposito ea, quæ dixi supra hoc eod. lib. §. emphyreusis. q. 16.

## ADDITIONES.

2 Nullo modo. Pro & contra diuersa consil. omnino vide inter consilia Feudal. conf. 41. Et adde, nisi ex tenore inuestituræ apparet illi fuisse concessam potestatem testandi. Ita per Iacob. de S. Georg. in tract. de feud. in verbo, Marchio in Italia. sub n. 2. vbi dat istam maximam in materia feudali, quod à tenore inuestituræ nõ est recedendum. Item quod inuestituræ tenor semper inspiciendus sit, habetur late per Caphal. in conf. 3. n. 1. Et eius qualitas omnino seruanda, per eundem conf. 133. n. 4. & eius tenor plurimum intueri debet, ibi num. 46. qui omnino est sequendus per eund. in conf. 150. n. 4. Et primæ inuestituræ tenor est inspiciendus per eund. in conf. 152. nu. 60. Et iste attendendus per eund. conf. 173. num. 32. & potius inspiciendus est tenor, quam feudi natura, ibid. n. 16. Item quod vasallus haud possit testari de rebus feudilibus, etiam pro anima, commune per Rolan. vide in consil. 1. n. 4. vol. 4. & plene in collect. mea commun. opin. in verb. vasallus, num. 11. Idem etiam vide per Rolan. conf. 79. vol. 2. col. 1. & 2. & in conf. 71. numer. 10. & 11. eod. vol. Fallit in inuestito de feudo franco, quia de eo potest disponere, & fideicommissum inducere. Idem in illo, qui habet feudum cum clausula pro se & heredibus quibuscunque: quia potest heredem instituere & substituere, & fideicommissum facere de feudo, adeo vt veniat in restitutione fideicommissi. Vide per Roland. in conf. 10. in 2. c. consultationis, vol. 3.

\* Illud intellige de iure ciuili, secus de iure Canon. secundum Hostiens. in tit. de immun. eccles. §. in quantum. vers. sed necilla, & ratio est, quia magnū præiudicium fieret domino, quia Ecclesia nunquam moritur, & propterea nunquam esset spes, quod reuerteretur ad dominum. Vide Lud. Roma. smg. 533. & ibi addition. Gabriel. Saraya.

QVÆSTIO XLII.  
SVMARIA.

- 1 Vasallus an possit cum consensu domini alienare feudum in præiudicium agnatorum?
- 2 Et quid si feudum sit antiquum?
- 3 Et quid si sit hereditarium?

Dixi supra q. 31. in princ. quod non potest vasallus feudum alienare \* sine consensu domini. Quæro nunc, an possit ¶ vasallus cum consensu domini feudum alienare a in præiudicium agnatorum? Resp. 3 quod non. Et est communis conclusio, vt attestatur Curt. iun. de feud. in 4. parte, in vltima particula, in 1. reg. col. 3. vers. Stat. ergo ex præmissis.

Et hæc quidem regula de plano procedit in feudo antiquo ¶ seu paterno. Nam tale feudum proculdubio non potest per vasallum alienari in præiudicium agnatorum, etiam cum domini consensu. Et hæc est com. opin. vt attestatur Alua. in c. 1. post n. 4. vers. Oppono ab extra. quemad. feud. ad fæ. perti. & clarius post eum collegium Bonon. inter consilia Curt. seni. conf. 50. nu. 21. refert & sequitur Paris. conf. 17. n. 16. lib. 1. Cū enim sit ius quæsitum descendantibus, ex tenore primæ inuestituræ: merito nõ potest tolli per aliquem ex successoribus primi inuestiti. Et hæc est communis omnium conclusio, vt dicit Curt. iun. conf. 171. n. 5. Et est valde rationabile, vt in huiusmodi feudis, quæ à maioribus suis pueniunt, non possit vasallus aliquo modo filiis suis præiudicare, quia ad feuda ipsa veniunt, non ex facto ipsius patris, sed ex antiquorum suorum prouisione. Ita dicit And. de Iler. in c. 1. §. Quid ergo. de inuestit. de re alie. facta. Et hæc est verissima, communis & ab omnibus approbata conclusio, vt dicit Soc. iun. conf. 112. n. 1. lib. 2. subdens, quod hoc est apud Doctores nostros indubitatū. Sed in feudo nouo secus est. Nam feudum nouum, sub quocunque tenore receptū sit, nisi fuisset expresse conceptū contemplatione alicuius filii, specialiter & proprio nomine in ipsa inuestitura nominati, semper potest ad libitū alienari per feudatarium cum consensu domini, nec requiritur cōsentus filii primogeniti, vel alterius agnati, qui successurus esset in feudo. Et hæc est dec. And. de Iler. in c. 1. n. 3. de alie. feudi pater. quæ dicit esse per omnes approbatam Sigil. consil. feu. 52. n. 1. vbi etiam subdit, quod omnes eam sequuntur nemine discrepante; quia id, quod ego acquirō, possum pro mea voluntate alienare. Et hæc decisio semper mihi placuit, licet Doctores super hoc articulo varie scripserint.

Sunt a. nonnulli, qui non ita ¶ passim admittunt 3 hanc conclusionē, quod vasallus non possit de feudo b antiquo, seu paterno disponere, in præiudicium agnatorum: sed putant, distinguendū esse inter feudum hereditarium, & feudum non hereditarium, dicentes quod in feudo non hereditario bene procedit supra dicta conclusio, & ideo si feudum sit receptū pro se, & descendantibus masculis, quod non poterit vasallus de eo disponere in præiudicium descendantium masculorum. Et hanc dicit esse communē omnium conclusionē Curt. iun. in d. conf. 171. n. 6. Sed in feudo hereditario, etiam si sit antiquum, tenent, quod possit vasallus præiudicare agnatis, & sic, quod in feudo recepto pro se, & heredibus, factum vnius ascendens, tempore, quo feudū est apud ipsum, præiudicet non solū sibi, sed etiā posteris suis heredibus cum censeatur quid hereditarium. Et dicit Alex. conf. 13. n. 11. lib. 5. quod hæc est communis conclusio Doctorum vbiq; quam etiam post eum dicit esse cōmunem Paris. conf. 16. n. 44. lib. 1. Ias. conf. 56. col. fin. vers. Secundo respondetur, lib. 3. Tu vero hic aduerte, nā si loquimur in feudo simpliciter & absolute hereditario, puta recepto, p se, & heredibus, quibuscunque; vel pro se, & quibus dederit, vera est cōclusio, quod potest alienari etiam in extraneum sine cōsensu domini, & sine consensu agnatorum, quia tale

tale feudum æquiparatur bonis allodialibus, & transit ad quoscunque heredes, vt sæpius dixi. Et in tali feudo non consideratur vtrum sit antiquum, vel nouum. Si vero loquimur in hereditario mixto, puta, recepto pro se & filiis, & heredibus, non est hæc conclusio absolute vera, per ea quæ dixi supra, q. 40. vers. Sed quia. Quæ hoc loco non repeto, quia optime possunt accommodari ad hanc conclusionem.

## ADDITIONES.

a *Alienare in præiudicium agnatorum.* Hic cadunt etiam multe pulcherrimæ dubitationes. Prima est, an liceat vni alienare partem sui feudi per fraudem, vt scilicet ex proposito impediret agnatos in eo succedere. Secunda, An fraus sit probanda, & quomodo. Tertia an sufficiat quod fraus sit commissa ex sola persona alienantis: An etiam requiratur ex parte emptoris. De his plene vide nouissime per Menoc. *conf. 226.* vbi etiam an respectu prædiorum pro quibus decimæ præstantur aliis, sit necesse habere licentiam ab ipsis: qua haud obtenta, an prædia dicta deuoluantur ad ipsos vel ad agnatos.

b *De feudo antiquo.* Quicquid sit de hac quæstione, aduerte ad vnum. Quod si vasallus alienet feudum remotiori agnato, poterit proximus secundum communem illud reuocare, dummodo reuocatio fiat intra annum à die scientiæ: alias lapsa anno excluditur à reuocatione. Vide per Rol. plene alios allegantem, & de communi attestantes, in *conf. 57. num. 67. 68. volum. 3. qui num. 69.* admonet agnatos, ne patiantur labi aonum: quia per illius lapsum excludantur a dicta reuocatione. Vide per eum, & dixi in *d. collect. mea verbo, vasallus, num. 51.*

\* Feudi alienatio licet prohibita sit, licite tamen fieri potest irrequisito domino, si in proximiorum fiat, dummodo tamen illud feudum antiquum sit, aut paternum, vt per Tiraq. in *præfat. lib. 1. n. 52.*

## QVÆSTIO XLII.

## SVMARIA.

- 1 Alienatio feudi facta per vasallum in præiudicium agnatorum an sit ipso iure nulla, vel detur agnato reuocatio?
- 2 Et quid in feudo mere hereditario?
- 3 Et quando feudum dicatur alienari iure permittente?
- 4 Et quid si alienatio fiat in agnatum proximiorum, & qui omnino erat in feudo successurus?
- 5 Et quid si fiat in remotiorem?
- 6 Et nunquid agnatus proximior possit reuocare etiam viuo alienante?
- 7 Et an eo casu teneatur precium emptori restituere?
- 8 Et quid si vasallus alienans habet filios?
- 9 Et quid si alienatio facta sit in penitus extraneum?
- 10 Et infra quantum tempus possit hoc casu fieri reuocatio?
- 11 Et an pendente hoc termino ad reuocandum, stet etiam in pendenti tempus petendi inuestituram à domino?
- 12 Et quid si agnatus proximior consentiat alienationi, an talis consensus præiudicabit eius filius?
- 13 Et an præiudicet agnatis in sequenti gradu?
- 14 Et an filius vel agnatus ipsius vasalli admittantur ad huiusmodi reuocationem, etiam si sint heredes ipsiusmet vasalli alienantis?

**D**ixi supra q. 1. quod non potest ¶ vasallus alienare feudum antiquum in præiudicium proximioris agnati, sine ipsius consensu: Quæro modo, nūquid si illud alienet, talis alienatio sit ipso iure nulla? Resp. quod quatenus alienatio rei feudalis est in præiudicium domini facta sine eius consensu, nulla est difficultas, quin sit ipso iure nulla. Text. est in *c. Imperiale. de prohib. feud. ali. per Frid.* Sed quatenus respicit præiudicium agnatorum, non est ipso iure nulla, sed bene potest per filios vel agnatos alienantis reuocari. Et in hac materia habemus text. notab. in *c. 1. §. Titius filios. si de feudo defun. contentio fuerit*, quod filius vasalli potest

alienationem feudi per patrem factam reuocare, etiam ipso patre viuo, sed tenetur eo casu restituere precium emptori. Agnatus autem non tenetur precium restituere, sed sine precio reuocat, mortuo tamen prius alienante, vt *ibi.*

Sed quia hæc materia habet plura capita, ideo distinguendum est. Aut enim loquimur in feudo mere hereditario, ¶ & non datur aliquo modo reuocatio, 2 quia, vt sæpius dixi, tale feudum est alienabile ad instar bonorum allodialium. Aut loquimur in feudo simpliciter ex pacto, & prouidentia, vel etiam mixto, & tunc, aut feudum est nouum, & non datur reuocatio, quia licite potest per vasallum in quemcunq; alienari, vt dixi sup. q. prox. vers. Et hæc quidem. Aut est feudum antiquum, seu paternum, & hoc casu potest per agnatos alienantis reuocari. Et sic habes pro absoluto in hac materia præsupponere, quod nūquam admittitur agnatus, vel filius, ad reuocationem alienationis feudi, nisi hæ duæ qualitates concurrant, sc. quod feudum sit ex pacto & prouidentia, vel absolute, vel mixtum, & quod sit feudum antiquum.

Est etiam pro intelligentia præmittendum, quod feudum aliquando ¶ dicitur alienari iure permittente, 3 aliquando vero dicitur alienari iure non permittente. Iure permittente alienatur feudum, puta, si interueniat consensus domini: nam hoc casu valet alienatio ipsius feudi. Idem alienatur iure permittente, quando vasallus illud alteri in feudum cōcedit, quod quidem facere potest etiam sine domini consensu, vt dixi supra, q. 32. Item quando vasalla nubens dat feudum in dotem, quod pariter ei permittitur, vt dixi supra, q. 36. Iure autem non permittente, dicitur feudum alienari, quando alienatur sine domini consensu, in casibus à iure vel consuetudine feudorum non permittis.

Hoc præmissis, explicandi sunt plures casus, prout pluribus modis potest hæc quæstio contingere. Aliquando enim vasallus alienat feudum in ¶ agnatum 4 proximiorum, & qui omnino post mortem alienantis esset in feudum successurus, & tunc aliis agnatis non datur reuocatio, quia eorum nihil interest, ex quo, etiam non facta alienatione, feudum erat peruenturum in illum. Ita dicit Iac. de Beluis. in *c. Imperiale. de prohib. feud. alien. per Frid.* Et hanc conclusionem firmant Dd. vt dicit Iacob. de feud. in verb. Et cum pacto, de non alie. n. 33.

Aliquando, & secundo, vasallus ¶ alienat feudum 5 in agnatum remotiorem: & tunc distinguendum est. Nam aut iste vasallus alienans habet filios, & possunt ipsi talem alienationem reuocare. Sed si volunt eam reuocare viuo patre, tenentur precium emptori restituere. Mortuo autem patre, possunt etiam sine precio feudum a recuperare. d. §. Titius filios. Si vero vasallus non habeat filios, potest agnatus proximior 6 reuocare talem alienationem, vt *ibi.*

Sed nunquid poterit agnatus ¶ proximior huiusmodi 6 alienationem reuocare, etiam viuo agnato, qui alienauit? Respon. quod si alienatio est facta iure permittente, non potest illam reuocare, nisi post mortem ipsius alienantis: si vero sit facta iure non permittente poterit agnatus eam reuocare etiam ante eius mortem, vt in *d. §. Titius filios.* Quando autem dicatur facta alienatio iure permittente, vel non, dixi supra vers. Est etiam. Et hæc conclusio procedit sine difficultate, tenendo illam opinionem, quod feudum antiquum propter alienationem non aperiatur domino, sed a-

- gnatis, quam ego tenui tanquam veriore, infra qu. 66. vers. Sed quid si vassallus.
- 7 Sed an in præmissis casibus tenebitur iste agnatus proximior precium emptori restituere? Resp. quod non. d. §. Titius filios. ex quo enim in omnem casum feudum ad ipsum agnatum deuoluebatur ex prouidentia primi inuestiti, non videretur æquum, ut ipse teneretur rem suam precio redimere.
- 8 Sed pone, quod iste vassallus, alienans feudum in remotiorem agnatum, habet filios; Quæto quis erit præferendus in huiusmodi reuocatione, an filius ipsius alienantis, an vero alius agnatus proximior? Res. quod si alienatio facta fuit iure permittente, tunc filius præfertur agnato: si vero facta fuit iure refragante, agnatus præfertur filio. Et ista conclusio approbatur à Doctoribus, ut dicit Iac. in d. verb. Et cum pacto. de non alienando. n. 35. & dicit Curt. iun. de feud. in 4. parte, in 3. regula, vers. Quarto circa præmissa. quod ita intelligunt & declarant communiter Feudistæ. Et sic vides, quod quando alienatio est facta iure permittente, melior est conditio filii, quam agnati. Nam (ut dixi) filius potest, etiam viuo patre, eam reuocare restituto precio: agnatus autem non potest, nisi secuta morte alienantis. E conuerso a. quando alienatio est facta iure non permittente, melior est conditio agnati, quàm filii: quia agnatus in reuocatione præfertur filio, ut sup. dictum est, & harum decisionum difficile est, iudicio meo, assignare aliquam concludentem rationem, nisi quia ita vetustis feudorum moribus receptum est, licet Doctoribus in hoc multum laborent.
- 9 Aliquando, & tertio, alienatio fit in tunc penitus extraneum, & tunc dicendum est, quod pariter admittuntur filii, & etiam agnati, ad reuocandam huiusmodi alienationem, prout quando facta est in agnatum remotiorem. Et in hoc proposito intellige extraneum eum, qui non sit ex comprehensis in inuestitura, dato quod alias esset agnatus ipsius alienantis.
- 10 Scias tamen, quod in vno tunc differt hic casus ab illo, quia quando alienatio fit in agnatum remotiorem, tunc si proximior agnatus taceat per annum, penitus excluditur ab ipso feudo, sed si alienatio facta sit in extraneum, tunc ad hoc, ut proximior agnatus excludatur, requiritur cursus saltem triginta annorum. Ita tenet gl. in d. §. Titius filios. in verb. per annum. quæ in hoc est communiter approbata, ut dicit Alex. cons. 15. n. 10. lib. 5. Dec. cons. 395. in fin. Iac. in verb. Et cum pacto. de non alie. n. 18. Bal. de rescrip. in 4. par. prin. q. 12. n. 19. in fin. Et dicit Dec. cons. 238. n. 4. quod Dd. illam communiter sequuntur. Dicit etiam Aluaro. in d. §. Titius filios. post nu. 4. vers. Oppo. cum gl. fin. quod ita tenetur per Dd. communiter. Idem dicit Præpos. in d. §. Titius filios. col. 3. vers. Oppo. cum gl. Facilius enim præsumitur consensus inter coniunctos, quam inter extraneos.
- 11 Quæ autem sit ratio, cur sit præfixum tunc tempus anni agnato proximiori ad reuocandam alienationem feudi factam in remotiorem, & non maius vel minus tempus, multa dici possent. Sed forte melior ratio est, vel saltem magis colorata, quia inter illud tempus anni tenetur vassallus petere à domino inuestituram, ut dixi infra, q. 49. unde, ex quo intra illud tempus non reuocat, neque petit inuestituram, merito excluditur à feudo. Sed quæto, an pendente hoc tempore ad reuocandum, stet etiam in pendenti tempus ad petendam inuestituram à domino? Respond. quod non. Sed omnino debet petere inuestituram à domino
- intra annum à die alienationis, alias cadit à feudo. Ita sentire videtur Bald. in d. §. Titius filios. in fin. verb. Et hanc opin. dicit esse communem Gozad. cons. 71. n. 3. Quæ tamen mihi semper visa fuit dura, tanto magis, quia regulariter tempus anni ad petendum inuestituram non currit nisi possidenti, ut dixi infra q. 49. vers. Item quid si forte vassallus. & forte etiam intentio Bald. non fuit hæc, ad quam allegatur. Sed pro nunc nihil determino.
- Dixi, quod si agnatus proximior tacuerit per annum, vel per triginta annos, quando alienatio est facta in extraneum, excluditur per hanc taciturnitatem, ex qua resultare videtur consensus. Certe multo magis, si agnatus expresse alienationi consenserit, censetur à feudo exclusus, neque poterit illam alienationem reuocare. Et hoc parum habet difficultatis, & ideo cautela est, quod vassallus volens feudum alienare, faciat, quod agnati consentiant b alienationi.
- Sed quæto, pone, quod agnatus tunc proximior consenserit alienationi feudi factæ per vassallum, nunquid talis consensus præiudicabit filio ipsius consentientis, quo minus possit ipsum feudum recuperare? Resp. Aut iste filius est heres patris, qui consensit, vel est aliquid habiturus ex eius hereditate. Et hoc casu cum non possit retractare defuncti voluntatem, non poterit talem alienationem reuocare: si vero non est heres patris, neque aliquid est habiturus ex eius hereditate, utique poterit, non obstante consensu per patrem præstito, feudum alienatum recuperare. Ita solent Feudistæ communiter distinguere, ut dicit Curt. iun. in d. 4. parte. in vlti. causa amissionis feudi, in 3. reg. vers. Secunda cadit. quod tamen intellige, ut dicam infra. in vers. Successiue.
- Sed maior videtur tunc dubitatio, si extent agnati, tunc proximiores, remotiores, & medi gradus ipsius alienantis, & agnatus proximior consentiat quod feudum alienetur in remotiorem, an talis consensus præiudicet agnatis medi gradus, quo minus possint ipsi talem alienationem reuocare. Est ardua quæstio, in qua alias inter se contrarium consuluerunt collegium Mediolan. & collegium Bonon. sed tenenda est opin. quod talis consensus eis non præiudicet. Cum enim eis sit ius quæsitum ex tenore primæ inuestituræ, non debet posse illis auferri sine eorum culpa, aut facto. Et hæc est etiam magis communis, ut dicit Curt. iun. in d. 4. parte, in vltim. causa amissionis feudi, circa princ. 3. regula, subdens, quod iudicio suo non habet multum dubitationis.
- Successiue quæto, nunquid filius tunc vel agnatus ipsiusmet vassalli alienantis, admittatur ad huiusmodi reuocationem, etiam si sint heredes ipsius vassalli? Respond. quod si adiuit hereditatem sine beneficio inuentarii, non poterit talem alienationem reuocare: tunc enim proprie representat personam defuncti, & ideo non potest eius facto contrauenire: sed si fecit inuentarium, bene poterit reuocare. Ita tenent communiter Feudistæ, ut dicit Curt. iun. in dict. reg. 3. col. 3. vers. Limitate prædictam. quem refert Paris. consil. 10. numer. 8. lib. 1. Nam beneficium inuentarii conseruat heredi omnia iura sua, & actiones, perinde ac si non adiuisset hereditatem. Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando feudum non est hereditarium. Nam eo casu proculdubio potest filius vel agnatus heres, facto inuentario, reuocare huiusmodi alienationem. Et ita concludunt omnes, ut di-

vt dicit Decius *conf. 135. nu. 1. circa fin.* nam in hoc casu vassallus habet feudum ex simplici prouidentia primi inuestiti, non autem tanquam heres. Sed quid si sit hereditarium, quo casu non potest habere feudum, nisi tanquam heres? Resp. quod in hoc Doctores sunt vati. Nam aliqui tenent, quod inuentarium nihil prodest ad hoc, vt possit alienationem ipsam reuocare. Et hanc opin. tanquam communem sequitur Gratus *conf. 9. nu. 18. lib. 1. vbi etiam refert Curt. iun. conf. 138. colum. 6.* attestantem illam esse magis communem. Sed ego non reperio Curt. in allegato consilio, maxime nu. 16. vbi loquimur in hoc proposito, attestantem de communi. Aliqui vero tenent, quod imo etiã in tali feudo hereditario possit filius vel agnatus heres vassalli cum beneficio inuentarii, reuocare alienationẽ feudi per eum factam. Et hanc opin. videtur admittere tanquam veriorem, & magis communiter approbatam Socin. iun. *conf. 112. nu. 13. lib. 2.* Reuera si loquimur in feudo mere hereditario, credo, quod confectio inuentarii nihil prodest ad reuocandum, quia (vt supra dixi) in tali feudo non datur reuocatio, ex quo de eo iudicatur, vt de aliqua quacunque hereditaria: sed si loquimur in feudo, quod est partim hereditarium, & partim etiam est ex pacto & prouidentia, mihi magis placet secunda opinio, quod scilicet confectio inuentarii conferuet ius reuocandi alienationem. Vocationem enim eo casu agnatus ad feudum, non simpliciter tanquam heres vassalli, qui alienauit, sed etiam ex pacto, & prouidentia primi inuestiti. Quæ opinio multo magis tenenda esset, vbi iste agnatus, qui vult feudum alienatum reuocare, posset dicere se heredem primi acquirentis, aliter quam mediante persona illius vassalli, qui alienauit, quod sufficeret, secundum opin. quam tenui supra q. 9. vers. Sed quero. tunc enim ex quo posset habere feudum alia via, & sic tanquam heres istius alienantis, crederem omnino confectio inuentarii ei prodesse debere.

ADDITIONES.

<sup>a</sup> Reciperare.) Intellige intra annum à die scientiæ, vt dixi in q. præced.

<sup>b</sup> Consentiant alienationi.) Adde quia tunc sibi præiudicat. Communæ dixi in collecta mea commun. opin. in verbo feudum. num. 77.

QVÆSTIO XLIII.

SVMARIA.

<sup>1</sup> Filius, penes quem est feudum paternum, vel emphyteusis, an teneatur creditoribus paternis satisfacere de ipso feudo, vel emphyteusi?

<sup>2</sup> Et quid si adiit paternam hereditatem?

<sup>1</sup> QVÆRO, nunquid filius, penes quem est feudum paternum, vel emphyteusis, teneatur creditoribus paternis satisfacere de ipso feudo, vel emphyteusi? Resp. quod si quidem filius paternam hereditatem nõ adiit, non tenetur illis satisfacere. Et hoc est iudicio meo indubitatum.

<sup>2</sup> Sed quid si adiit? Resp. quod hoc casu distinguendum est inter feudum vel emphyteusin, quæ sint hereditaria, & inter non hereditaria. Nam filius accipiens feudum aut emphyteusin non hereditariam, & simul etiam hereditatem patris adiens, cum beneficio tamen inuentarii, non tenetur ultra vires hereditatis paternæ creditoribus satisfacere ex ipso feudo, vel emphyteusi: quia habet feudum ex pacto & prouidentia primi acquirentis, non autem tanquam heres. Nec aditio hereditatis debet ei obesse, ex quo cõ-

fectio inuentarii omnia iura sua intègra conseruat, vt dixi in questione præcedenti, vers. Successiue. secus autem, si feudum aut emphyteusis sit hereditaria. Nam eo casu, ex quo illam habet tanquam heres, merito, etiam si solemniter inuentarium confecerit, tenetur ipsis creditoribus ex ipso feudo vel emphyteusi satisfacere. Et ita communi omnium consensu receptum esse attestatur Didac. lib. 2. resolutionum cap. 17. post nu. 4. vers. Octauo insertur. Et hæc quidem conclusio, si intelligatur, vt procedat in feudo simpliciter, & absolute hereditario, mihi satis placet. Nam cum tale feudum sit ad instar aliorum bonorum hereditariorum alodialium, certum est, quod in bonis hereditariis confectio inuentarii prodest heredi. Sed si esset feudum nõ absolute hereditarium, sed etiam ex pacto & prouidentia primi acquirentis, teneo, quod confectio inuentarii prodest heredi, prout etiam tenui in quest. præced. in allegato vers. Successiue.

QVÆSTIO XLIII.

SVMARIA.

<sup>1</sup> Feuda an possint diuidi?

<sup>2</sup> Et quid de consuetudine obseruetur?

QVÆRO, nunquid feudum possit diuidi? <sup>a</sup> Resp. quod feuda maiora, prout est feudum Ducatus Marchiæ, vel Comitatus, quod habet dignitatem annexam, non possunt diuidi, etiam consentientibus consortibus. Et ita se habet <sup>b</sup> communis opinio, vt attestatur Socin. *conf. 67. post nu. 25. vers. Tertio confirmatur. lib. 1. quod est duplicatum in consil. 165. lib. 2.* Idem etiã dicit Socin. *conf. 278. nu. 1. lib. 2.* Et dicit Curt. iun. de feu. in 4. parte principali, in vltima causa priuationis feudi, quest. 30. in princ. quod ita concludunt omnes in hoc absque disputatione. Et videtur text. in cap. 1. §. præterea Ducatus. de prohib. feu. alien. per Frider. Inferiora feuda, quæ non habent dignitatem annexam, vtique diuidi possunt, vt est text. in d. §. præterea Ducatus. & hoc etiam si huiusmodi feuda inferiora sint feuda iurisdictionis. Ita tenet Specula. de feudis. §. quoniam. vers. 34. & est communis opinio, vt dicit Soc. in allegato *conf. 67. post num. 45. vers. Septimo dato.* Et hoc videtur inductum in fauorem & honorem Imperii, ne scilicet feuda maiora, quorum dignitatis titulus prouenit ab Imperatore, diminuatur, & ad destructionem deducantur, quæ ratio non militat in feudis inferioribus, non habentibus dignitatem annexam.

Scias tamen, quod quicquid sit de iure communitè in Italia, & in certis partibus Alemanicæ, & cæterarum Prouinciarum, omnia feuda, etiam dignitatum, præter regales diuiduntur: de qua consuetudine attestatur Ioan. And. in addit. ad Specul. de feu. super Rubric. colum. pen. vers. Non omitam. quem refert Gratus consilio 4. nu. 29. lib. 1. Et hæc consuetudo seruanda esset, in illi, tamen feudis, quæ solita essent diuidi, nõ autem in aliis.

ADDITIONES.

<sup>a</sup> Possit diuidi.) Hic scias in diuisione feudi idem ius esse quod in emphyteusi, quæ irrequisito domino bene potest fieri. Magis commune ex Alex. attestatur Roland. in *conf. 80. num. 47.* & dixi in collect. mea commun. opin. in verb. feudum, sub num. 6. vbi etiam retuli Socin. reg. 186. ponentem regulam negatiuam, quod feuda sint indiuidua, cum fallentis, quas vide apud eum.

<sup>b</sup> Et ita se habet communis opin.) Adde atque de ista communi vide in dict. collect. mea num. 67. cum duobus sequentibus. Et dominus Soci. d. *conf. 278.* ponit quinque casus, in quibus permittitur diuisio. Nec potest vassallus etiam disponere vt

vnus filiorum habeat duas partes in feudo, alter vero tertiã, vt per Rolan. *conf. 1. nu. 14. vol. 3.* Item quod feuda Ducatus, Marchionatus, & Comitatus secundum generalem consuetudinem Italiae diuidantur, vide plenius per Roland. *conf. 80. nu. 9.* alios citantem.

\* Feudum vt iuris. potest diuidi, vt per Alex. *consil. 7. lib. 5.* vide Boer. in *lib. consuetu. Bituric. tit. de feud. §. 1. c. 2.* qui refert ita decreto Senatus iudicatum in causa domini Franc. de Lade, Gastorus de Liste eius filium, contra magistrum Ioan. de Poncat. die 29. Nouemb. 1537. vide eundem Boer. *decif. 46.*

### QVÆSTIO XLV.

#### S V M M A R I A.

- 1 Feudum an præscribi possit?
- 2 Et an contra dominum?
- 3 Et quid inter priuatos?
- 4 Et quid si sit alienatum sine consensu domini?

1 **Q**VÆRO, an feudum præscribi a\* possit? Hæc est intricata quæst. propterea procedendo per singulos casus, dic: Aut quæritur de præscribendo directo dominio, vel per vnum dominum contra aliũ, vel per priuatum contra dominum, & in hoc remitto te ad ea, quæ dixi infra *lib. 7. §. præscriptio.* Aut quæritur de præscribenda concessione feudali, per priuatum contra dominũ, & dico quod si quis diuturno tempore, id est, per decennium, possedit aliquam rem, vt feudalem, præsumitur per talem cursum decennii præcessisse solemnem concessio feudalis, vt dixi supra, *q. 9. vers. Sed pone.* Aut vero quæritur de præscribendo titulo vasallagii, per dominum contra priuatum, & non sufficit cursus decennii, sed requiritur tempus 30. ann. vt dixi in *alleg. q. 19. in princ.*

2 Si autem quæritur de præscribendo ¶ vtili dominio contra dominum, puta, quia vasallus habens feudum illud alienauit, & ille, in quem feudum fuit alienatum, illud possedit, nunquid si postea dominus velit recuperare feudum tanquã sibi apertum propter alienationem sine suo consensu factam, poterit iste vasallus possessor feudi opponere decursam esse præscriptionem? Resp. quod alienatio est adeo nulla, quod non potest feudum etiam longissimo tempore præscribi. Ita colligitur ex text. in *c. Imperialem. ibi, nullius temporis præscriptione, de prohib. feud. alien. per Frideric.* vbi hoc expresse tenet And. de Isern. quem sequuntur communiter Doctor. vt ait Curt. iun. *de feud. in 4. parte. in vltima causa amissionis feud. colum. 1. vers. Prima ergo. & in l. 1. in fin. verb. Cod. de ser. fugit.* Et licet glo. in *c. 1. §. præterea. in verbo, Præscriptione. de cap. Conrad. tenuerit, quod illa verba, Nulla præscriptione obstante, nõ comprehendant præscriptionem 40. ann. tamen illa gl. communiter reprobat, vt dicit Afflic. *ibi nu. 24. & seq.* & sic tene, quod possessio rei feudalis alienata irrequisito domino, non potest illam præscribere contra dominum, nisi concurrat tempus 100. annorum. Ratio est, quia possidens, cui ius commune resistit, non est audiendus, etiam si alleget præscriptionem, nisi de legitimo titulo constet.*

3 Sed quid inter ¶ priuatos, nunquid poterit vnus b priuatus contra b alium præscribere vtile dominium ipsius feudi? Resp. quod sic, modo concurrant tempus 30. ann. & bona fides præscribentis. Et ad hoc pariter allegatur glo. in *d. §. præterea. in verbo, Præscriptione.* Et dicit Paris. *conf. 15. nu. 13. lib. 1.* quod in hoc omnes Scribentes illam sequuntur. Quam etiam opin. attestatur esse communem idem Paris. *conf. 27. nu. 91. lib. 1. & conf. 1. nu. 123. eod. vol. vbi dicit, quod ita communiter concluditur, & refert Balb. de præscript. pariter at-*

testantem hanc esse communem opin. vt *ibi per eum.*

Vt vides, Doctores in hoc articulo ¶ varie loquuntur. Aliqui enim intelligunt illam gl. loqui inter dominum & priuatum, alii inter duos priuatos, cum tamen appareat eam loqui, quando priuatus opponit præscriptionem contra dominum, alias enim non posset applicari ad illum text. qui loquitur de reuocatione alienationum faciendã per dominos. Quidquid sit, mihi placet hæc resolutio, quam etiam credo esse magis communem, quod scilicet contra dominum non possit vtile dominium alienatum præscribi spacio 30. nec 40. ann. sed solummodo per cursum centum annorũ, sed inter priuatos, quod currat præscriptio feudi interueniente bona fide, cum spacio 30. annorum, cum aliis requisitis, in *c. 1. §. si quis per triginta. si de feud. defuncti, & c.* Quæ conclusio non multum haberet difficultatis, vbi feudum peruenisset in istum vasallum cum consensu domini. Secus autem si sine domini consensu. Nam cum eo casu prohibita sit omnis alienatio, & præscriptio rei feudalis, non videtur audiendus allegans præscriptionem, siue agatur inter dominum & priuatum, siue inter priuatos. Et ita videtur iudicasse cons. Neapo. vt per Afflic. *decif. 254.* Ego tamẽ prima facie sentio contrarium, nam illa constitutio annullans omnem alienationem, & præscriptionem rei feudalis sine consensu domini, fuit facta in fauorem domini, non autem in fauorem priuatorum, & ideo videmus, quod alienatio feudi sine consensu domini, licet sit nulla, quo ad præiudicium ipsius Domini, valet tamen in præiudicium agnatorum, nisi intra debitum tempus illam reuocauerint, vt dixi sup. *q. 42.* Merito omni casu crederem teneri posse, quod inter priuatos vtile dominium feudi possit spacio 30. annorum præscribi, vt supra dixi.

#### A D D I T I O N E S.

a *Præscribi possit.* Adde & vide per Iacob. de S. Georg. in  *suis quæst. feudilib. quæst. 38. nu. 48. & quæ dixi sup. quæst. 10.* Item si quis per triginta annos tanquam vasallus, & feudatarius alicuius principis præstiterit seruitia debita pro re ab eo possessa, tale ius feudum videtur præscriptisse. Text. est in *c. 1. §. si quis per triginta. si de feud. defuncti.* & vide per Mari. Anguissol. in *conf. 79. per totum.* Et an ex consuetudine vel temporis diuturnitate acquiratur domino ius compellendi subditos ad Roidas siue Rosias, & similes, vide plura in materia per Ambros. Vignat. *inter consilia Feuda. diuersorum, conf. 50 octauo dubio.*

b *Contra alium* Et istam communem, vide etiam in  *collect. mea in verbo, vasallus, nu. 43. & num. seq.* limitationem posui, quod mala fides nullam præscriptionem potest validare: & *num. 45.* sublimitati alias in bona fide, quæ præsumitur propter possessionem longissimam etiam sine titulo, & eo magis quando non apparet alius antiquus possessor. commune ex eodem Parisi.

c *Sed solummodo cursu centum annorum.* Adde & vide per Roland. in *conf. 3. nu. 98.* vbi non competere restitutionem in integrum Marchioni Saluciarum, dicit & loquitur de præscriptione 40. annorum, vel præscriptione immemorabili, in qua nullus Doctor in mundo reperitur, qui aliter tenuerit, nec quis sani capitis, qui auderet attentare dari restitutionem aduersum eam.

\* Dominum posse præscribere aduersus vasallum tenet Bald. in *c. 1. §. si quis per triginta. vers. Et ista q. est utilis, si de feud. conten. sit inter dom. & agn. volens feudum ad dominum reuersum, & bona fide sine contradictione vasalli possessum, posse ratione directi domini, quod habet in feudo, præscribere titulo pro suo spacio 30. an. alle. l. heres. 2. ff. ad Treb.*

Gul. de Cu. in  *l. si quis emptiois, in 2. quæstion. C. de præscr. 30. vel 40. ann.*

QVÆSTIO XLVI.

SVMARIA.

- 1 Feudum an imputari debeat filio in legitimam?
- 2 Et quid si sit ex pacto, & providentia?

**QVÆRO**, nunquid feudum ꝑ imputetur filio in legitimam? Resp. Hæc quæstio potest dupliciter considerari. Primo, an filius cui feudum defertur, puta, quia ex tenore investituræ feudum spectet primogenito, teneatur illud imputare in legitimam, siue portionem sibi contingentem ex hereditate, seu bonis paternis. Secundo, an feudum sit computandum in bonis defuncti, quando tractatur de assignanda legitima, siue eius supplemento, alicui ex filiis, cui nõ debeatur pars feudi, an autem sit detrahendũ, prout etiam detrahitur æs alienum, quod habebat defunctus. Dicunt ergo Doctores, quod si feudum est paternum, scilicet acquisitum ab ipso patre, de cuius hereditate agitur, tenetur filius illud in legitimam imputare. Si vero feudum prouenit ab auo, tunc ex quo censetur quid aduentitium, non debet imputari. Et hanc conclusionem dicit esse communem Ruin. in repet. l. in quartam. post num. 17. vers. Prima conclusio. ff. ad leg. Falcidiam.

Quæ quidem conclusio de plano procedit, vbi feudum fuisse concessum patri simpliciter pro se, & heredibus, quo casu dicitur feudum hereditarium, & proculdubio est in legitimam imputandum. Et ita sentit Bar. in l. 1. §. nec castrense. nu. 6. ff. de collac. bonorum. & dicit esse communem sententiam Ripa in d. l. in quartam. nu. 178. & seq. Sed quid si fuerit concessum pro se, & liberis, quo casu dicitur absolute ex pacto & providentia? Respond. quod nihilominus, si est quæsitum à patre, debet in legitimam imputari, & de eo debetur legitima, secundum magis communem opin. attestatur Alex. cons. 29. post num. 4. lib. 5. dicens, quod ita etiam est de mente Bart. in d. §. nec castrense, si bene aduertatur. Et ratio est: nam cum feudum acquisitum à patre dicebatur feudum nouum, & si de eo pater libere disponere poterat, etiam in extraneũ, siue esset quæsitum pro se, & heredibus, siue pro se, & filiis, vt dixi supra quæst. 41. vers. Et hæc quidem. merito filii illud habere dicuntur beneficio paterno, & sic debent illud in legitimam imputare. Qua ratione etiam dicendũ est, quod si esset feudum simpliciter, & absolute hereditarium, puta, quia esset quæsitum pro se, & heredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit, esset proculdubio imputandum in legitimam, & de eo detrahenda legitima, quia de huiusmodi feudo dicatur, vt de cæteris rebus hereditariis, & allodialibus, vt sæpius dixi, & hoc siue esset quæsitum à patre, siue ab auo, vel etiam superiori ascendente: quia in veroque casu militat eadem ratio.

QVÆSTIO XLVII.

SVMARIUM.

Vasallus an possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali?

**QVÆRO**, nunquid vasallus ꝑ possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali? Resp. quod non. Ita tenet Bart. in l. diuortio. §. si fundum, in fin. verbis. ff. solu. matr. Et cum Bart. tenent omnes antiqui, & moder. vt dicit Ias. in d. §. fundum post num. 3. versic. Circa secundam. Licet enim vasallus sit dominus utilis rei feudalis, non tamen est absolute & irreuocabiliter dominus, quia post mortem tenetur feudũ restituere

successori, qui ex tenore investituræ vocatus est ad feudum. Et hinc infero, quod in casu, in quo vasallus possit absolute de feudo disponere, puta, quia feudum esset absolute, & simpliciter hereditarium, vel quia esset feudum nouum, possit etiam incidere arbores fructiferas. Nam cui licet quod est plus, multo magis licere debet quod est minus. Et hæc omnia intellige, quantum ad præiudicium filiorum, vel agnatorum, qui successuri essent in feudo. Sed quoad præiudicium domini directi, caueat vasallus, ne male versetur in re feudali, quia ex ea causa poterit feudo priuari, vt dixi infra q. 56.

ADDITIO.

1 Incidere arbores fructiferas. Vide plene per Tirac. de re tract. conuentio. §. 3. gl. x. num. 25. usque ad fin. per tot. & commun. per Rolan. in cons. 49. num. 9. volum. 4. & dixi in collecta mea commun. opin. in verbo, vasallus, num. 7. vbi ampliaui & limitaui.

QVÆSTIO XLVIII.

SVMARIA.

- 1 Vasallus committens adulterium cum vxore domini, priuatur feudo?
- 2 Et quid si post mortem domini cum ipsa vidua stuprum committat? ibid.

**TV** scis, quod vasallus committens ꝑ adulterium cum vxore domini directi, priuatur feudo. Text. est expressus in c. 1. §. quib. mod. feud. amit. Quæro, quid si ꝑ post mortem domini committat stuprum cum eius vxore vidua, an pariter sit feudo priuandus? Resp. quod sic. Ita tenet And. de Her. in d. §. 1. & est magis communis opin. vt dicit Io. Garo. in l. 1. C. de secunda nupt. in text. num. 61. Videtur enim ipsa adhuc esse in primo matrimonio. Propterea dicunt Doctores, quod si transflet ad secunda vota, & vasallus cum ea coiret, non caderet à feudo: cessat enim eo casu ratio reuerentiæ, quam vasallus domino præstare tenetur.

ADDITIONES.

1 Stuprum. Item quod vasallus feudum amittat, si cum vxore domini viui siue mortui concubuerit, commune dicit Ofa. dec. 77. num. 17. Idem si commiserit stuprum cum relicta domini: magis commune vide & limita per Rolan. consil. 86. num. 40. volum. 2. Et de istis duabus dixi in collect. mea commun. opin. verbo, vasallus item stuprum. Quid si committat incestum, quod perdat feudum, mox dixi. Adde & vide per Bal. in l. 1. ff. de rerum diuis. vbi etiam licet Papa dispenset quo ad matrimonium: tamen vasallus haud recuperabit feudum: per allegat. a ibi. per eum, cuius quæstionem reassumit Bald. sequens Iacobin. de S. Georgio in suis quæstionib. feudalis. qu. 17. & num. 15. Quid si se commiscuerit cum concubina domini? Item, quid si cognouerit pedilequam domini? vide per eundem Iacobin. de feud. in versic. qui quidam inuesti, num. 19. & 20. Et quibus causis debeat vasallus feudo priuari? vide ibid. per totum.

\* Fallit si nesciat eam esse vxorem Domini sui, quia non priuatur feudo, vt per Alex. in ad. ad Bart. in l. item apud, §. si quis virgines. ff. de iniur.

QVÆSTIO XLIX.

SVMARIA.

- 1 Vasallus tenetur infra annum & diem à morte domini petere renouationem investituræ.
- 2 Et quid in militibus vasallis?
- 3 Et an hoc tempus currat à die scientiæ?
- 4 Et an currat impuberi?
- 5 Et an minor aduersus lapsum huius termini possit petere restitutionem in integrum?
- 6 Et an requiratur sententia declaratoria?

- 7 Et quid si dominus inuestituram concedere noluerit?  
 8 Et quid si vasallus eo tempore non possidebat feudum?  
 9 Et an vasallus possit purgare moram?  
 10 Et quid si dominus post annum & mensem recepit vasallum ad solita seruitia, an censeatur illi remisisse?  
 11 Et quid si dominus reliquerit plures heredes, an teneatur vasallus ab omnibus petere inuestituram?  
 12 Et an ille, qui prius habebat partem feudi, si aliam acquirat, teneatur pro eo nouam inuestituram petere?  
 13 Et an iuramentum fidelitatis possit praestari per procuratorem?

**M**ORTVO domino tenetur ꝑ vasallus intra annum & diem à morte ipsius domini petere ab eius successore renouationem inuestituræ, & debitum fidelitatis iuramentum exhibere, alias priuatur a feudo. Itemque si domino superstitite vasallus moriatur, tenetur eius filius intra dictum tempus idem facere, alias cadit à feudo. Text. est expressus in c. 1. in princ. qua sue. pri. causa benef. amit. & est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. de feud. in 4. parte, in 23. causa amiss. feu. Quæ tamen non seruatur in hoc Ducatu Mediolani, vt ibi. Ratio autem huius conclusionis est secundum communiter Scribentes, vt dicit Curt. ibi: quia petere inuestituram, est signum deuotionis & reuerentiæ, quam vasallus domino debet. Ego vero alia ratione dicebam illud fuisse introductum, quia scilicet virtus iuramenti non transit ad heredes, neq; egreditur personam iurantis, ideo hæc renouatio iuramenti, & recognitionis fuit necessaria, ad hoc vt specialius, & magis efficaciter ex proprio iuramento filius domino obligaretur. Nam licet vasallus mortuus iurasset fidelitatem pro se, & successoribus suis, adhuc est necessaria renouatio iuramenti fidelitatis. Et ita tenent communiter Canon. vt dicit Curt. iun. in d. 4. parte, 24. causa priuationis, vers. Secundo extende. Sic etiam respectu successoris in directo dominio, nisi specialiter præstetur iuramentum domino, & eius successoribus, non obligatur vasallus successori, nisi renouetur iuramentum. Bene verum est, quod si iuramentum fuisset præstitum domino, & successoribus, non esset necessaria renouatio iuramenti, sed bene esset renouanda inuestitura in signum recognitionis, vt scilicet vasallus agnoscat illum in dominum, & iste illum in vasallum. Ratio autem cur præfixum sit tempus anni, & diei; non autem maius nec minus tempus, nulla potest (iudicio meo) melior assignari, quam quia ita moribus receptum est.

Intellige tamen illud, quod dictum est de termino anni, & diei, quia locum habet solummodo in priuatis vasallis. Milites autem vasalli habent ꝑ annum & mensem. Text. est expressus in cap. 1. quo tempore miles. Et ita concludunt omnes Scribentes, vt dicit Curt. in d. 23. causa vers. Tertio limitanda. Et dicit Alua. in d. cap. 1. post num. 7. vers. Oppo. cum glos. 4. quod ita tenent Doctores communiter omnes.

Scias etiam, quod hoc tempus non incipit currere, nisi à die ꝑ scientiæ probabilis. Ita tenet gl. in d. c. 1. in glos. 2. quo tempore miles, quam omnes sequuntur, vt dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 1. glos. 7. num. 4. & sic iste annus à principio est utilis, & post scientiam continuus. Addit etiam Molin. quod non currit, nisi à die hereditatis aditæ, sed hoc glos. illa non dicit, neque credo quod sit verum, licet multi hoc teneant, maxime si essemus in feudo, quod agnatus vel etiam filius posset habere, etiam si non esset heres vasalli vltimo loco defuncti, propterea ego dicerem,

hunc annum & diem esse computandum à die, quo vasallus adeptus est possessionem ipsius rei feudalis, & probabiliter sciuit vel scire potuit ipsam rem esse feudalem: & nisi hæc duo concurrerent, facile eum excusarem ab amissione feudi, ob non petitam inuestituram.

Item scias, quod hoc ꝑ tempus non currat impuberi d. text. est in cap. si minori, secundum communem intellectum, si de feudo defuncti, & c. & sic requiritur, quod vasallus sit maior 14. an. Sed quid in femina, nunquid hoc tempus illi currere incipiet statim post pubertatem, & sic post 12. annum? Respon. quod non: sed solum post 14. annum, sicut in masculo. Ita dicit Bald. in c. Imperialem. §. præterea, si quis. num. 2. de prohib. feu. alien. per Frid. cuius opin. sequuntur ceteri Scribentes, vt ait Iaco. de feu. in verbo, Qui quidem inuestiturum. 43. Debet enim latior fieri interpretatio, vbi agitur de euitanda pœna priuationis.

Sed quæro, pone, quod ꝑ vasallus e minor 25. annis, non petierit huiusmodi renouationem inuestituræ intra tempus debitum, nunquid poterit petere restitutionem in integrum aduersus lapsum huius termini, à lege præfixi? Respon. quod sic. Ita tenet gl. in d. §. præterea, si quis. in verbo, Annus. & est communis opinio, vt attestatur Brunus consilio feud. 100. num. 1. & dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 1. gl. 7. nu. 2, quod ita tenent omnes.

Item quæro, an ex hac causa non petita renouationis inuestituræ, vasallus cadat ipso iure à feudo, an ꝑ autem requiratur sententia g declaratoria? Respon. quod requiritur sententia. Ita tenet Paul. de Cast. consil. 84. num. 3. lib. 2. Et dicit Curt. iun. consil. 242. num. 11. quod ita tenent communiter Feudistæ. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem Soci. iun. consil. 115. num. 22. lib. 2. Guid. Papæ consil. 38. num. 14. in fin. vide quæ dixi infra q. 62.

Sed quid si vasallus intra debitum ꝑ tempus petierit à domino renouationem inuestituræ, dominus autem illam facere noluerit, nunquid hoc oberit vasallo? Respon. quod non. Ita tenet gl. in c. 1. in gl. in fin. vers. Quid ergo. per quos fiat inuestitura. vbi plus dicit, quod tunc dominus propter hoc priuabitur proprietate feudi. Et hanc opin. quod dominus hoc casu priuetur feudi proprietate, omnes sequuntur, vt dicit Guid. Papæ decis. 168. num. 2. Dicit etiam Iaco. de feud. in verbo, Qui quidem inuestitur. post nu. 40. quod hæc est communis conclusio, quæ tamen mihi videtur nimis rigorosa, tanto magis, cum pœna priuationis, secundum communes regulas, non debeat imponi, nisi in casibus à iure expressis.

Item quid si forte vasallus ꝑ intra dictum tempus anni & diei non possideat feudum, an si non petierit inuestituram, erit nihilominus feudo priuandus? Respon. quod non. Ita determinat Guliel. de Arimi. in i. solemnibus. c. de rei vend. quem sequuntur communiter Scribentes, vt ait Curt. iun. in d. 23. causa. vers. Septimo limitanda. Et pro hac opin. videtur facere text. in c. 1. per quos fiat inuestitur. qui expresse loquitur in possidente. Vide tamen quæ dixi supra quæst. 82. vers. Quæ autem.

Sed nunquid ꝑ vasallus, qui per annum & diem ꝑ fuit negligens in petenda renouatione inuestituræ, poterit breui tempore purgare moram, ad exemplum emphyteutæ? Respon. quod non. Ita tenet Bald. in d. c. 1. in princip. num. 3. quo tempore miles, cuius opin. ceteri sequuntur, vt dicit Iacob. in verbo, Qui quidem inuesti-

*uestiri, num. 37.* Ego tamen, si casus contingeret, facile inclinarem in contrariam partem, quæ est æquior, & ex quacunque causa excusationis admitterem k vafallum ad purgandam hanc moram intra breue tempus, non obstantibus argumentis, quibus Bald. mouetur, ad quæ scilicet posset responderi, tanto magis præsupposito, quod pœna priuationis hoc casu non incurratur ipso iure, sed requiratur sententia, vt dixi supra versic. Item quero.

20 Sed pone, quod dominus post annum, & mensem, recipit vafallum ad solita seruitia, & secundum vsum consuetum, nunquid censetur illi remissæ esse hanc quasi ingratitude? Respon. quod sic. Ita tenet gl. in d. c. 1. in verbo, Et mensem. & in glos. si. quo tempore miles. & ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Aluar. in cod. c. col. 4. quem refert Curt. iun. in d. 23. causa. versic. Sexto limitatur. & in d. conf. 142. n. 14. Hanc etiam gl. dicit esse communiter approbatam Alexan. conf. 14. post nu. 10. versic. Ergo questionem. lib. 2. Socin. conf. 67. post nu. 19. versic. Sexto ista. lib. 3. Et hanc opin. dicit esse communem Socin. iun. in d. conf. 115. num. 12 lib. 2. Videtur enim dominus illum recipiendo vt vafallum, tacite iuri suo renunciaffe.

21 Quero nunc in proposito § huius materiae. Pone dominus feudi decessit relictis pluribus heredibus, nunquid tenetur vafallus ab omnibus petere inuestituram, & omnibus præstare iuramentum fidelitatis? Respon. in hoc articulo variæ fuerunt opiniones. Nam gl. in l. si cuius. §. 1. qui in libro meo non est. §. sed lex. incipiens, si vsus fructus. in verb. Oportere. ff. de vs. si vultu tenet, quod omnibus heredibus domini faciendum sit iuramentum fidelitatis. Et hanc opin. dicit esse communem Zaf. de feud. in 7. parte. versic. Caterum si dominus. dicens, quod illam cum Pyleo tenet gloss. in cap. 1. §. omnes filii. si de feud. defuncti. & c. Sed in hoc iudicio meo fallitur, quia imo gl. in d. §. omnes. in fi. residet in alia opin. quod scil. nõ teneatur facere fidelitatem nisi vni, quam dicit esse communem Albe. in d. l. si cuius, in prin. versic. vlt. Et hanc sententiam, quod non teneatur nisi vni iurare, & quod sit in electione vafalli cui iuret, dicit Aretin. in l. ex his. in 2. notabili. ff. de verbor. oblig. quod sequeremur in practica, quia est communis, quem refert & dicit esse magnam verbum lat. in l. de pupillo. §. si plurium. nu. 6. ff. de oper. nou. nunc. Dicit etiam Iacob. in verbo, Qui quidem inuestiti. nu. 82. quod hæc sententia, quod vni tantum ex pluribus heredibus sit præstandum iuramentum fidelitatis, tanquam magis communis seruatur in practica. Hanc etiam dicit esse communem Apostil. ad Dec. in l. ea qua in partes. ff. de reg. iur. Et dicit Molin. in consuet. feud. §. 2. glos. 4. nu. 35. in fin. quod ita obseruamus. Et ita etiam seruari in specie apud Germanos attestatur Zaf. in loco supr. alleg. Ego semper vidi seruari, quod vafallus vnum tantum habet dominum, neq; plures habere cogi potest, vt dicitur in tex. in c. Imperialem. §. præterea datus. de prohib. feud. alien. per Frid. quia vt plurimum illi domini supremi, vel vnum ex pluribus filiis relinquunt heredem in eorum titulo supremo, & iure superioritatis: vel si plures relinquunt, adiudicant singulis suas prouincias, vel ciuitates, cum iure superioritatis eis spectante, occasione illius prouinciæ vel ciuitatis, ita quod quilibet eorum vafallus habiturus est suum certum dominum, & nunquam vidi plures heredes possidere tale ius superioritatis pro indiuiso; si tamen casus contingeret, credo, quod posset vafallus ab eis petere, & vnus tantum ex ipsis sibi assignaretur in dominum, &

si id non facerent, posset deinde ipse, quem mallet ex eis sibi in dominum eligere, & ei iurare, iuxta communem opinionem, de qua supra. Sed quod ipse, nulla præcedente requisitione, possit vnum ex pluribus, quem ipse malit, eligere, non credo esse in iure verum, neque seruari in practica, saltem in istis regionibus; tamen vbi ita seruaretur, non esset recedendum à communi obseruantia.

Præterea quero, pone, quod vnus agnatus transfert partem suam feudi antiqui in alium agnatum habentem partem eiusdem feudi, nunquid iste tenebitur à domino petere inuestituram pro ea parte, quam de nouo acquisiuit? Respon. aut iste agnatus acquirit portionem alterius agnati per ius accrescendi, puta, quia agnatus nondum agnata sua portione feudi decessit, vel ob non petita intra debitum tempus inuestituram illam amisit: & hoc casu non tenetur pro ista ratione facere se inuestiri. Ex quo enim est potius augmentum, quam noua portio, idem iudicari debet de augmento, quod de principali. Aut vero isti duo agnati iam receperant à domino inuestituram de eorum portionibus, & præstiterant domino iuramentum fidelitatis, & hoc casu acquirens partem consocii tenetur infra annum & diem pro ea petere nouam inuestituram: est enim noua portio, & ideo pro illa etiam est præstandum iuramentum fidelitatis. Et hæc distinctio traditur communiter per Scribentes, vt dicit Curt. iun. in d. 4. part. in vltim. causa amissionis feudi, in 3. regula. colum. 3. versic. Circa hanc tertiam. Quæ quidem mihi placet, quantum ad hoc, vt vafallus post factum excularetur, sed ante factum consulerem, quod vafallus, qui pro parte tantum fuisset à domino recognitus, & pro ea iurasset, quomodocunque ei noua portio deferretur, pro ea procuraret tempore debito recognosci, & inuestiri, & offerret nouum fidelitatis iuramentum pro ea domino præstare.

Succellius quero, an iuramentum § fidelitatis possit præstari domino à vafallo per n procuratorem? Respon. quod sic. Ita tenet Bald. in c. 1. §. 1. nu. 6. quo tempore miles. & est magis communis opinio, vt dicit Iacob. in verbo, Qui quidem inuestiti. nu. 10. Quam ego etiam sequor, dummodo iste procurator habeat ad hoc speciale mandatum ab ipso vafallo, prout est de mente omnium Scribentium in hac materia, & prout etiam dicit esse magis communem opinionem Iacob. in d. verbo, Qui quidem inuestiti. nu. 22. in fin. Et ita vbique obseruatur.

## A. D. D. I. T. I. O. N. E. S.

a Priuatur feudo. Hæc cadunt septem pulcherrimæ dubitationes. Prima, An vafallus non possidens, si renouationem inuestituræ haud petierit, feudo priuari debeat? vide Iac. eod. tract. verbo, qui quidem inuestiti. nu. 32. Secunda est, an ignorans rem esse feudalem veniat feudo priuandus, si intra annum & diem inuestituram non petat? vide per eund. ibid. nu. 41. Tercia est, si vafallus, qui debebat petere renouationem inuestituræ; decessit intra tempus anni & diei, forsitan in nono mente, vtrum successor illius habeat integrum annum & diem ad petendum renouationem; an autem solum illud tempus quod supererat defuncto? vide ibid. nu. 34. vbi distinguit, & vera est sua distinctio, & rationes per eum allegatæ concludunt. Quarta est, sub qua forma debeat vafallus petere à domino renouationem inuestituræ, & an debeat offerre fidelitatem? nu. 39. Quinta est, vtrum vafallus intra tempus statutum ad petendum renouationem inuestituræ teneatur præstare seruitium domino; & si interim non præstet, vel offendat dominum, feudo priuetur? vide ibid. nu. 44. Sexta est, quid si adfuit filius præteritus, vide nu. 45. Septima est, An vafallo non petente inuestiri feudu deuoluatur ad ipsius vafalli agnatos, an vero ad feudi dominum? vide per eund. ibid. nu. 46.

b *Milites autem.*) Vide etiam per Iac. vbi supra nu. 33. fufus, ibique dicit se habuisse de facto. Item vafallus haud tenetur petere inueftituram à domino directo minore carente curatore, per Afflic. in c. 1. §. *fancimus.* sub num. 66. quo temp. mil. & per Rol. conf. 64. nu. 26.

c *Tempus.*) Hic aduerte, quod vbi tempus est de fubftantia, illud debet probari, vide per Rol. in conf. 11. num. 21. lib. 4. vide conf. 44. nu. 8. l. b. 3.

d *Impuberi.*) Adde sic etiam quod ei haud currit tempus appellandi & perfequendi, per Iacobi. in l. fin. nu. 3. C. si aduer. rem ind. ca.

e *Minor.*) Adde & vide per Iacobi. vbi supra sub num. 43. vbi quod potest petere restitutionem in integrum: & respondet contrariis.

f *Petere restitutionem.*) Quinimo quod restituatur ad petendum inueftituram aduertus lapsum dicti temporis, communem dixi in collect. mea verb. vafallus, nu. 28.

*Sententia*) Item an vafallus non petens inueftituram seu renouationem inueftituræ intra annū & diem amittat feudum ipfo iure, an vero requiratur sententia priuatiua? Adde atque vide per Iacobin. de feud. in verb. qui quidem inueftiti. num. 42.

h *Est communis conclusio*) Adde & vide pro illius limitatione per eundem Iacob. ibi: & pro communi vide per Caphal. conf. 241. col. 5.

i *Quod non.*) Adde vt per Iac. vbi sup. in princ. Item quod vafallus, qui non petit inueftituram intra annum & diem, excusetur, si vult sit diligentia in recuperando feudum à tertio possessore, quia in eo non est dolus, qui requiritur in amiffione, per Rol. d. conf. 40. nu. 15.

k *Admitterem*) Dicit tamen Afflic. relatus à Rolan. conf. 18. nu. 20. quod vafallus impeditus ob inimicitias ipfis cessantibus si steterit post annum, aut annum & diem, priuabitur feudo.

l *Remiffisse*) Adde atque limita per Iac. vbi sup. nu. 38. Item vide sup. in Emphy. eufis q. 10. per tot. vbi plenius.

m *Iacobin.*) Vide omnino per eundem, qui istam communem comprobat, deinde concludendum esse dicit cum opin. Ioan. Raynut. quam illic recitat, quæ mihi mirum in modū quadrat, & est palpabilis, rectis oculis intuentibus, & secundum eam alias consului, in casu tamen in quo haud aderant considerata ab Auctore hic.

n *Per procuratorem.*) Dixi infra sub quest. 53. Sed an, qui semel iurauit, tenetur iterum iurare successori domino mortuo? omnino vide per Iacobi. vbi supra col. 11. qui num. 36. dicit, quod quamuis vafallus iurasset fidelitatem pro se, & successoribus suis, tamen mortuo ipso vafallo, eius successor tenetur iterato iurare, ex quo iuramentum eius respectu est personale.

\* Intellige nisi sit aliqua mixta causa, ex qua ipse dominus sit motus ad differendum, cum ad paria iudicentur, vt in c. 1. de form. fidelit. in fin. vt per Guid. Pap. hic alleg.

\*\* Contrarium tenet idem Bald. in l. 1. ff. de ver. diuis. & probatur, in c. 1. de statu regul. v. lib. 6. vide Bouer. in sing. verb. iuramentum. nu. 1.

### QVÆSTIO L.

#### SVMMARIVM.

Vafallus alienans feudum sine consensu domini, an priuetur feudo?

QVÆRO, an vafallus alienans feudum sine domini consensu, priuetur feudo? Respon. quod sic. Dixi late sup. q. 31.

### QVÆSTIO LI.

#### SVMMARIVM.

Vafallus cessans per triennium à solutione pensionis, an cadat à feudo?

QVÆRO, aliquis habet feudum, pro quo tenetur præstare certam pensionem, nunquid si cessauerit per biennium vel triennium à præstatione huius canonis, vel pensionis, cadet à feudo, ad exemplum emphyteutæ? Resp. quod non. Ita tenet Spec. de locato §. nunc aliqua vers. 85. Est communis opinio, vt dicit Alex. conf. 9. nu. 3. lib. 3. quem refert Marfil,

singul. 446. \* magna profecto. & Cassador. decis. 2. de iureiur. nu. 6. licet in libro meo ambo illum corrupte sub alio numero allegent. Hanc etiam dicit esse communem Deci. in Authent. qui rem. nu. 7. C. de sacrosan. Eccles. & conf. 138. nu. 5. Cuius iun. de feud. in 4. parte. in 23. causa priuationis feudi, in 4. limitatione. Ial. in praludiu feudorū, nu. 57. & seq. Hæc enim causa priuationis non est à iure posita in vafallo. Cum ergo ita non sit iure cautum, neque nos id dicere debemus. Est enim feudum de sui natura cōcessio gratiosa, & species beneficii, quod his caducitatis regulis recipientem non astringit.

#### ADDITIONES.

a *Certam pensionem.*) Obiter hic scias, quod quando pro feudo haud præstatur seruitium personale, sed census annuus, puta certa quantitas pecuniæ vel frumenti, vel vna spalia porci (vt faciunt Lombardi, qui non curant de seruitiis personalibus, sed de redditibus bursalibus) quod tunc in huiusmodi feudo succedit etiam mutus & furdus. Vide per Bal. de pac. Constan. vide Libellarium, & Iac. de S. Georg. in l. si filiusfam. nu. 5. ff. si certum petat.

\* Adde eundem Mari. sing. 95. contractus censuales, alleg. text. cum gloss. in c. constitutus, de relig. domib. & not. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de public. & Bald. in tit. de pac. Constan. ver. perfoluere scilicet.

### QVÆSTIO LII.

#### SVMMARIVM.

Vafallus non alens dominum, an priuetur feudo?

QVÆRO, nunquid vafallus non præstans alimenta domino egeno, vel eum in carceribus, vel captiuitate existentem liberare non curans, priuetur feudo? dixi supra q. 23. & 24.

### QVÆSTIO LIII.

#### SVMMARIA.

1 Vafallus faciens contra iuramentum fidelitatis priuatur feudo?

2 Et quid si habeat feudum à pluribus, & delinquat tantum contrarium?

TVcis, quod vafallus, qui delinquendo facit contra contenta in iuramento a fidelitatis, potest a feudo priuari. Ita dicit gloss. in c. 1. §. similiter. in verbo, Sciens, quib. mod. feud. amitt. quæ est communiter approbata, vt dicit Alex. conf. 18. nu. 16. lib. 6. Modo vnus vafallus habens rem in feudo à pluribus, delinquit contra vnum ex dominis; Quæro, an cadat in totū à feudo, an autem pro parte tantum? Respond. quod cadit pro parte tantum. Ita colligitur ex text. in c. 1. de vafallo qui contra constitutionem Lothar. & c. & ita communiter dicitur, vt ait Alexand. in l. communis. n. 10. ff. de in ius voc. Videtur enim solum pro parte deliquisse, ex quo eum tantum offendit, quem pro parte duntaxat in dominum recognoscit: & ideo vbi teneret feudum à pluribus in solidum, res non transfiret sine difficultate.

#### ADDITIONES.

a *Fidelitatis.*) Quid si vltra 150. annos recepit iuramentum à subditis, quod postea per annos 100. non est petitum, nec præstitum, nunquid præscribatur, vt vafalli non teneantur? vide per Bald. conf. 518. Hic cadit alia dubitatio, vt cum in sacramento fidelitatis comprehendatur aliud, quam illud quod habetur in c. 11. de forma fide. ac in c. 1. de noua for. fide. per Iac. in suis questionib. feud. lib. 3. q. 39. Et an possit præstare per procuratorem? quod non, & quare vide per eund. ibi q. 25. qui in hoc fuit sibi parum constans.

### QVÆSTIO LIV.

#### SVMMARIVM.

Vafallus an possit feudo priuari propter amicitiam contrariam cum inimicis domini?

QVÆ-

**Q**VÆRO, an vasallus possit priuari propter amicitiam contractam cum inimicis domini? Respon. quod sic. Ita dicit gloss. in c. 1. in verbo, *Concubuerit, quib. mod. feud. amit.* & in l. 1. §. cum patronus. in verbo, *Cum inimicis. ff. de offic. prefect. urb.* quas glossas sequuntur communiter Dd. ut ait Gratus *conf. 1. num. 81. lib. 1.* Non enim videtur domino fidelis, qui cum eius inimicis amicitiam contrahit. Hanc tamen conclusionem intellige, ut procedat, quando talis amicitia fuit per vasallum contracta in perniciem domini, alias autem propter solam amicitiam contractam cum inimico domini ad alium effectum, non esset vasallus feudo priuandus. Ita dicit gloss. in cap. 1. §. porro. in verbo, *Assalierit, qua. fue. prima causa benefic. amit.* & in cap. 1. in verbo, *Scienter. hic potest esse rit. quib. mod. feud. amit.* quam sequuntur communiter Feudistæ, ut dicit Curt. iun. *de feud. in 4. parte, in 15. causa priuationis feudi.*

ADDITIO.

<sup>a</sup> *Quod sic.* Ad idem adde etiam per lac. de S. Georg. in suis *questio. feud. lib. 9. nu. 23.* vbi tamen hoc limitat, nisi vasallus ita fecisset iusto timore motus: nam tunc excusatur, ut per *num.* Item ad excusationem vide per Roland. *conf. 1. volum. 3. in 2. c. per totum.* vbi tamen *nu. 82. & 83.* declarat, feudo vasallum priuari ob amicitiam contractam cum inimico domini, si sic contracta amicitia in perniciem seu damnum domini, alias secus. Adde, ut per Afflic. *decis. 391. nu. 28.*

QVÆSTIO LV.  
SUMMARIUM.

*Vasallus relinquens dominum in pralio, an priuetur feudo?*

**Q**VÆRO, an vasallus relinquens dominum in pralio, priuetur feudo? Respon. quod sic, si dominus non sit mortuus, nec ad mortem vulneratus. Text. est in c. 1. in prin. quib. mod. feud. amit. tenetur enim vasallus dominum adiuuare, dixi supra q. 21.

ADDITIO.

<sup>a</sup> *Vasallus relinquens.* Et quod vasallus teneatur sequi dominum in bello, si vult esse saluus, siue moueat bellum, siue moueatur sibi illicite, vide per Roland. *conf. 48. num. 42. 43. volum. 4.*

QVÆSTIO LVI.  
SUMMARIUM.

*Vasallus deteriorans rem feudalem, an possit feudo priuari?*

**Q**VÆRO, si vasallus notabiliter abutatur re feudali, illam deteriorando, nunquid erit sufficiens causa, ut possit feudo priuari? Respon. quod sic. Et ita tenent omnes, ut dicit Molin. in *consuetud. Paris. feud. §. 80. nu. 166.* moti exemplo emphyteutæ, qui propter deteriorationem potest à re emphyteutica expelli. Hæc tamen conclusio nunquam mihi placuit, quia argumentum de emphyteuta ad vasallum non procedit ad infligendam pœnam priuationis, ut dicunt omnes Dd. per me allegati, supra in *quest. 51.* id eo nisi vasallus dissiparet, vel dilapidaret maiorem vel meliorem partem rei feudalis, tenerem, quod non posset feudo priuari. Est enim feudum quasi donatio, saltem respectu utilis domini; merito non debet esse in consideratione etiam notabile detrimentum, quod vasallus faciat in re feudali, citra tamen præiudicium ipsius directi domini.

ADDITIO.

<sup>a</sup> *Quæro.* Adde videndum per Roland. *conf. 40. per totum, volum. 4.*

QVÆSTIO LVII.

SUMMARIUM.

- 1 *Vasallus sciens imminere periculum domino, si eum nec certiorauerit, an cadat à feudo?*
- 2 *Et quid si non potuit illum certiorare?*
- 3 *Et quid si potuit obuiare periculo domini, & non fecit?*

**Q**VÆRO, nunquid vasallus sciens imminere periculum domino, siue circa personam, siue circa grauem iacturam bonorum, si dominum non certiorauerit, possit feudo priuari? Respon. quod sic. Et de hoc est text. expressus in cap. 1. §. præterea. qua. fuerit pri. cau. benefic. amit.

Hæc tamen conclusio intelligenda est, ut procedat, quando vasallus potuit dominum certiorare, & non fecit, alias autem si non potuit dominum certiorare, non est puniendus. Ita colligitur expresse ex verbis illius textus, dum dicit, quam citius potest. Et ita concludit gl. *ibi, in verbo, Certiorare,* quam dicit esse communiter approbatam Curt. iun. *de feud. in d. quarta parte, in 26. causa. versic. Secundo limita.* Valde enim iniquum esset, ut pro eo quod quis absque culpa facere omisit, puniretur.

Sed quid si tunc quidem cum sciuit, non potuit certiorare, postea vero potuit facere resistantiam, & obuiare huiusmodi periculo & damno domini, & non fecit? Respon. quod hoc casu non est excusandus à priuatione feudi. Ita dicit gloss. in d. §. præterea. in verbo, *Certiorare.* Et ita sublimitant communiter Scribentes, ut dicit Curt. iun. in d. 26. causa, in fin. Videtur enim quodammodo consentire delicto, qui cum posset delinquere volenti resistere, non resistit. Et licet regulariter quis non teneatur obuiare delicto; tamen quando id commodè facere potest, & sine sui periculo, utique tenetur, ut dixi infra lib. 5. §. fin. q. 87. *versic. Dicitur est.* & in proposito huius conclusionis videnda sunt quæ dixi in ead. q. 87. circa princip.

ADDITIONES.

<sup>o</sup> *Vasallus.* Hic scias, quod vasallus sciens domino imminere magnum periculum, & ei non præstans auxilium, ad quod tenetur ex iuramento fidelitatis, dicitur esse in mora, per Marin. Anguissol. *conf. 27. sub nu. 6.* Et de vasallo conscio de morte domini sui, vel de turbatione ciuitatis suæ, vel de alio commisso in ciuitate sua, quod puniatur pena vltimi supplicii, & in confiscatione bonorum, ob non reuelationem, quando tamen coniurationem probare poterat, alias non, vide per Rol. plene in *conf. 88. vol. 2.*

\* Adde Io. Igneum in l. 1. §. serui. nu. 131. *Et seq. ff. ad Syl. Apostil. ad Dec. in cap. 1. de offic. deleg. Alb. in l. metum. §. sed licet. ff. quod mor. cau. Felin. in d. c. 1. ver. conclude ergo. Iaf. in l. ut vim. ff. de iur. Sunt tamen casus traditi per Bartol. & alios in d. l. ut vim. in quibus quis tenetur obuiare delicto.*

QVÆSTIO LVIII.

SUMMARIUM.

*Vasallus occidens seipsum, an feudo priuetur?*

**Q**VÆRO, nunquid vasallus occidens seipsum priuetur feudo? Respon. quod non. Ita determinat Bald. in cap. 1. quib. mod. feud. amit. prout illum refert Iacob. *de feud. in verbo. Dicitur, vasalli promiserunt. el. 1. num. 19.* vbi dicit, quod cæteri Doctores cum sequuntur. Est enim hoc delictum vasalli nullo modo concernens offensionem domini, merito propter illud non debet vasallus, neque eius heredes feudo priuari.

## QVÆSTIO LIX.

## S V M M A R I A.

- 1 Vasallus an possit priuari feudo sine causa?
- 2 Vasallus negans tenere feudum à domino, illud amittit.
- 3 Et quid si neget tantum partem, an cadat à toto?
- 4 Et quid si simpliciter negauit narrata prout narrantur?

1 QVÆRO, an vasallus possit feudo priuari sine causa? Respon. quod non, etiam de plenitudine potestatis. Et ista est communis resolutio Doctorum, vt dicit Crau. de antiq. tempor. in 1. parte, sect. 1. num. 17. Cum enim vasallus sit utilis dominus feudi, non potest Princeps, etiam Imperator, illud dominiũ sine causa ei auferre, tanto magis, cum feudum sit contractus, & secundum communes regulas, Princeps ex contractu obligetur, sicut priuatus.

Vndecim autem causas, propter quas potest vasallus feudo priuari, vidisti sup. in proximis q. Adde quod vasallus b negans tenere feudum à domino amittit 2 feudum. Text. est in c. 1. §. vasallus si feudum si de seu. defuncti contentio.

3 Sed quid si vasallus neget tantum partem feudi, vel certa prædia, nunquid cadet à toto feudo, an autem tantum à parte negata? Respond. quod cadet tantum à parte vel re negata. Ita tenet glos. in d. §. vasallus si feudum. in verb. scientia. Et licet Petr. de Ceruo tenuerit contrarium, quod scilicet cadat à toto feudo: tamen eius sententia ab omnibus Feudistis reuocatur, vt dicit Molin. in consuetud. Paris. feud. §. 30. n. 6.

4 Sed quæro, pone, vasallus non negauit in specie feudum, sed litem contestando negauit narrata, prout narrantur, &c. vt solet fieri, nunquid diceretur negasse feudum, ita quod incidat in pœnam priuationis? Resp. quod non. Argumento eius, quod dicit Bart. in l. si dubitetur. §. ita demum, in fin. ff. de fideius. Et ita tenet Iac. de feud. in verb. Distig. vasal. el. 1. nu. 35. & ita practicitur, vt dicit Mod. in d. §. 30. nu. 8.

## A D D I T I O N E S.

a Sine causa.) Adde & vide per Roland. conf. 3. vbi dicit n. 136. istud procedere de ordinaria Principis potestate, non autem de absoluta, secundum quam Imperator haud ligatur.

b Negans.) Item quod negans se vasallum, perdat ius, quod habet, vide per Iac. in pralu. feu. col. 19. in fin. & dixi etiam alibi.

## QVÆSTIO LX.

## S V M M A R I V M.

Quot testes requirantur ad probandum ingratitudinem siue feloniam contra vasallum?

1 QVÆRO, quot testes requirantur ad probandum ingratitudinem, siue feloniam a contra vasallum? Respon. de hoc habemus text. expressum in cap. 1. quot testes sint necess. ad proband. &c. quod requirantur quinque, qui sint omni exceptione maiores. Sed punctus est, quia Molin. post nonnullos alios dicit, quod ille text. non est authenticus, & non seruatur. Tu dic, quod imo est authenticus, & est lex, & pro lege seruari debet, & ita tenent omnes Scribentes, vt dicit Iac. in verbo, Distig. vasal. el. 1. nu. 55. Et dicit Bertran. conf. 115. nu. 31. lib. 2. in 2. parte, quod ita tenent communiter Doctores.

## A D D I T I O.

a Feloniam.) Hic scias, quod tamen vasallus commiserit feloniam contra dominum, non tamen heredes domini possunt eum feudo priuare, si dominus illam sciebat: secus si ignorabat; per Marin. Anguiss. in conf. 94. nu. 22. & vide sup.

quest. 31. sub apostil. signata litera B. priuatur. & similiter si pateat vasallus commisit feloniam, eius heres haud potest priuari; per Iac. in l. fin. ultimo not. C. de iur. emphyt. Vbi Clericus venit priuandus propter prodicionem factam contra dominum: tunc pares curiæ nec alius iudex secularis possunt de tali prodicione cognoscere, sed solus ordinarius clerici; per Roland. conf. 4. n. 35. 36. 37. vide tamen in fr. g. fin. versis. & hac quidem. Hic etiam scias quod feloniam committenti confiscantur nedum bona allodialia, sed etiam feudalia etiam in præiudicium agnatorum, quoniam delictum tam graue officit nedum delinquentibus & filiis, verum etiam agnatis: per Rol. conf. 1. colum. 2. vol. 3.

## QVÆSTIO LXI.

## S V M M A R I A.

- 1 Vasallus qui coactus aliquid fecit contra dominum, an debeat feudo priuari?
- 2 Et quid si illud fecit per metum?

QVÆRO, vasallus fecit aliquid propter quod est feudo priuandus, nunquid si illud fecit coactus, debet nihilominus feudum amittere? Respon. quod non. Ita dicit glos. in c. 1. §. porro. in verbo, Perdit. que fuer. prima causa benef. amit. quam sequuntur communiter Scribentes, vt dicit Gratus conf. 5. num. 13. lib. 2. non enim dicitur delinquere, qui aliquid coactus facit.

Sed quid si illud fecerit per a metum? Respon. 2 quod pariter excusabitur. Ita sentit gl. in c. 1. §. similiter. in verbo, Priuabitur. de consuet. recti feud. quam sequuntur communiter Doctores, vt ait Gram. conf. 13. nu. 30. Quod tamen intelligo, vt procedat in iusto metu, & qui cadit in constantem virum. Dico etiam, quod si cessaret vis, aut causa metus, & vasallus nihilominus perseueraret in offensione domini, tunc reputaretur voluntarie delinquere; & ideo non esset excusandus à priuatione feudi.

## A D D I T I O.

2 Per metum.) Adde commune etiam per Roland. conf. 1. num. 10. & dixi in collecta mea commun. opin. in verb. vasallus. num. 18.

## QVÆSTIO LXII.

## S V M M A R I V M.

Vasallus propter ingratitudinem, vel aliam causam priuationis, an cadat ipso iure à feudo, vel sit per sententiam priuandus?

QVÆRO, an in casibus, in quibus vasallus incurrit pœnam priuationis feudi, priuetur a feudo ipso iure, an autem requiratur sententia? Resp. quod regulariter non priuatur feudo ipso iure, sed post conuictam culpam, & sic secuta sententia. Ita tenet glos. in cap. 1. in verbo, iure feudi, quib. mod. feud. amit. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Alex. conf. 124. num. 1. lib. 1. Et est communis opin. vt ait Curt. iun. de feud. in 4. parte, in vltima parti. ula, in 1. dubitatione. Zaf. de feud. in 10. parte, in fin. prima particula. Et dicit Molin. in consuetud. Paris. feud. §. 30. num. 25. hanc esse communem, & veram omnium sententiam, quod propter quamcunque causam amittendi feudum, siue propter negationem, siue propter non petitam inuestituram infra tempus debitum, siue etiam propter feloniam, nunquam amittitur feudum ipso iure, sed tantum post sententiam, excepto solo casu alienationis & traditionis factæ domino irrequisito, quo casu feudum amittitur, & ad dominum reuertitur ipso iure.

ADDITIO.

<sup>a</sup> Priuatur feudo.) Hic scias etiam quod vafallus, qui commisit feloniam, lege feudi solum priuatur feudo, vide per Cephal. in conf. 18. num. 42. an & quando bonis vafalli publicatis bona feudalia comprehendantur in bonorum publicatione? vide per Bosli. tit. de bono publicat. sub num. 53. quod dixi alias & plenius.

QVÆSTIO LXIII.

SVMMARIVM.

Dominus recipiens seruitia à vafallo, an censeatur illi remittere caducitatem, quam prius incurrerat?

<sup>1</sup> QVÆRO, nunquid ÷ dominus, qui post ingratitude vafalli recepit ab eo seruitium, censeatur illi remississe ingratitude, & pœnam? Resp. quod si ignorabat vafallum à feudo cecidisse, non censeatur illi remississe caducitatem. Et hoc approbant communiter Dd. vt ait Grat. conf. 2. num. 75. lib. 1. Nam ignorantis nulla est voluntas. Si vero sciebat eum cecidisse, tene, quod censeatur remississe, nisi in receptione seruitii fuerit a protestatus, se id recipere saluo iure caducitatis. Vide in hoc proposito quæ dixi supra q. 49. vers. Sed pone.

ADDITIO.

<sup>a</sup> Fuerit protestatus.) Hic etiam nota, quod si dominus recipiat ab emphyteuta canonem reseruando sibi ius caducitatis, ipsum ius caducitatis sibi conseruatur, per Ial. in l. fin. post moram, col. 8. circa fin. ff. de eo quod cer. loco, si vero receperit pro eo anno, pro quo ratione solutionis, vult rem ipsam ibi incidisse in commissum, sibi præiudicat: commune dixi pleac in mea collecta in verbo, Dominus. vide ibi.

QVÆSTIO LXIV.

SVMMARIA.

- 1 Ius priuandi vafallum feudo an transeat ad heredes domini?
- 2 Et quid si culpa erat talis, propter quam vafallus ipso iure cecidisset à feudo?

<sup>1</sup> PONE, vafallus commisit causam, propter quam poterat feudo priuari, dominus autem priusquam querelaret, decessit; Querō nunquid ÷ ius priuandi vafallum transeat a ad heredes ipsius domini? Resp. quod si dominus in vita non querelauit, tale ius non transit ad heredes. Ita dicit gl. in c. 1. §. in verbo, Concuuerit. quib. mod. feud. amit. & est communis Dd. sententia, vt dicit Curt. iun. de feud. in 4. part. in vlt. particula, in 2. dubitatione. Hanc etiam sententiam dicit esse communiter receptam Ripa in l. fin. num. 237. C. de reuoca. donat. Quæ tamen intelligenda est, vt procedat quando dominus sciuit culpam vafalli, & de ea conquestus non est: secus b autem si non sciuiisset. Nam eo casu vtique transit ad heredes. Et hæc fuit doctrina Iacob. de Beluis. in d. §. 1. quam omnes Dd. sequuntur, vt ait Iaco. in verb. Dictiq. vafalli. el. 1. nu. 51. faciunt quæ dixi supra q. precedenti.

<sup>2</sup> Sed quid si culpa erat talis, pro qua ÷ vafallus esset ipso iure priuatus feudo? Resp. quod idem dicendum est. Adhuc enim si dominus sciens querelam non fecerit, sed tacuerit, non transmittit ad heredem ius reuocandi feudum. Et ita tenent omnes Scribentes, vt dicit Mol. in consuet. Paris. feud. §. 30. nu. 127. in fin. Nam conclusio Doctorum solummodo fundatur in coniecturata mente domini, qui ex quo non querelauit, videtur remississe: quæ ratio pariter militat, siue ipso iure, siue per sententiam priuetur feudo. Et ideo vbi-  
cunque apparet de voluntate domini in contra-

rium, puta quia reuocasset iniuriam ad animum, vel huiusmodi, tenendum esset, quod transmitteret ius priuationis ad heredes.

ADDITIONES.

<sup>a</sup> Transeat ad heredes.) De ista communi opin. vide etiam per Senatum Pedemon. decif. 77. nu. 11.

<sup>b</sup> Secus.) Aduerte, quod vbi Princeps hæud potest disuestire vafallos, quod potest tamen in tali feudo nouum modum & formam succedendi adhibere, per Rolan. in conf. 3. nu. 137. & 138. lib. 1. Item aduerte quod vbi vafallus commisit delictum, ob quod feudum reuertitur ad dominum immediatæ, si post declarationem restituatur à Principe, quod intelligatur restitutus ad feudi recuperationem, per Alex. in l. Gausib. §. Et quid si tantum. ante num. 29. ff. de lib. & posth.

QVÆSTIO LXV.

SVMMARIVM.

Ius priuandi vafallum feudo, an transeat contra heredes vafalli?

<sup>1</sup> QVÆRO nunc quid econuerso: Pone, vafallus commisit feloniam, vel aliquid aliud, propter quod ceciderat à feudo, sed tamen priusquam dominus querelam contra eum institueret, decessit, nunquid poterit dominus huiusmodi querelam proponere contra heredem a ipsius vafalli, & cum feudo a priuare? Resp. quod non, nisi essemus in calibus, in quibus vafallus priuatur feudo ipso iure, vel ex dispositione iuris, vel ex forma pacti appositæ b in inæstituta; tunc enim bene posset querela proponi contra heredem. Ita dicit Bald. in c. Imperialem. §. in super. num. 7. de prohib. seu. alie. per Frid. quem omnes sequuntur, vt dicit Iacob. de seu. in verbo, Dictiq. vafalli. el. 1. nu. 53. circa fin. Quam opin. ego sequerer, vbi delictum esset adeo notorium & inexcusabile, quod nullo pacto negari aut defendi posset. Sed si egeret aliqua probatione, vel posset aliquo colore excusari, mihi nunquam placuit, quod feudum posset hoc casu ab herede vafalli reuocari: est enim valde iniquum, vt de delicto mortui, qui se defendere non potest, agatur ad præiudicium heredis, qui non deliquit. Et cum semel iste casus in facto contigisset, ita consului. Dicebam etiam, quod licet ille esset casus, in quo vafallus erat ipso iure priuatus feudo, neque requirebatur sententia, tamen ex quo agebatur contra heredem, vel agnatum qui erat vocatus ex tenore inuestituræ, non poterat ab eo auferri feudum, nisi precedente sententia, & processu, ex quo ille est tanquam tertius possessor. Et tandem post longam litem res fuit composita, feudo remanente apud filium ipsius vafalli, qui deliquerat.

ADDITIONES.

<sup>a</sup> Contra heredem.) Dixi supra ad quest. 60. sub 1. apostilla ex Iaso.

<sup>b</sup> Pacti appositæ in inuestitura.) Insurgit hic vna pulcherrima questio. Pone vafallus alium contigit in eadem re, & secundus vafallus feloniam committit, vel culpam priuatione feudi dignam: modo queritur, ad quem eorum reuertatur feudum? dic ad primum. Vide per Alex. in l. possideri. §. ex contrariis. nu. 38. ff. de acquir. poss.

QVÆSTIO LXVI.

SVMMARIA.

- 1 Feudum priuato vafallo, an aperiatur domino, vel agnatis?
- 2 Et quid in feudo nouo?
- 3 Et quid si sit antiquum?  
Et quid in agnatis collateralibus ipsius vafalli delinquentis?

- 2 Et quid si feudum sit concessum pluribus aequè principaliter?
- 5 Et quid si vasallus priuatur feudo ex aliquo delicto, non concernente directo personam domini?
- 6 Et an aperiatur omnibus agnatis indistincte?
- 7 Et quid si priuatur propter alienationem ipsius feudi domino irrequisito factam?
- 8 Et quid si priuatur ex eo, quod fuerit contumax in assocatione Imperatoris Romam proficiscentis ad suscipiendam coronam Imperii?

**Q**UÆRO, quando vasallus priuatur feudo, cui aperiatur ipsum feudum, scilicet an domino, vel agnatis? Resp. Debes scire, quod quatuor modis principaliter feuda finiuntur, scilicet morte vasalli, siue sine lineæ; renunciatione, delicto, & alienatione. Si feudum finitur morte vasalli, quia scilicet eius linea, seu progenies in ipso deficiat, nulli dubium est, quod aperiatur domino. An autem agnati proximiores vasalli defuncti possint petere se de ipso feudo inuestiri, dixi infra q. 87. Si finitur renunciatione vasalli, cui eo casu feudum aperiatur, dixi supra q. 34. Restat ergo ut videamus, quando feudum finitur delicto, vel alienatione, cui applicetur? Et hoc casu, secundum Dd. distinguendum est inter species delicti. Nam si culpa aut delictum, propter quod vasallus priuatur feudo, est tale quod de directo offendat dominum, tunc feudum reuertitur ad ipsum dominum, exclusis filiis, vel agnatis ipsius vasalli delinquentis.

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando feudum est nouum. Nam hoc casu proculdubio aperiatur domino, exclusis agnatis & descendentes ipsius vasalli. Et in hoc consentiunt omnes Dd. ut dicit Aluar. in cap. 1. §. denique. post num. 8. versic. Et prima conclusio. qua sue causa benef. amit. Et dicit Iacob. de feud. in verbo, Dictiq; vasalli, et 1. num. 58. quod hanc conclusionem communiter sequuntur Dd. Dicit etiam Curtius iun. de feud. in 5. parte, in 1. conclusione, quod in feudo nouo hæc conclusio est per omnes indifferenter approbata, quem refert Paris. conf. 1. nu. 17. lib. 1.

3 Sed si feudum sit antiquum, tunc si queratur de filiis, aut descendentes ipsius vasalli delinquentis, fere omnes in hoc conueniunt, quod eis exclusis, feudum reuertatur ad dominum, & est magis communis opin. ut attestatur Alexand. conf. 30. num. 4. lib. 6. quod est duplicatum conf. 60. lib. 3. Sed in agnatis collateralibus vasalli delinquentis, Doctores sunt varii. Nam multi tenuerunt, quod hoc casu feudum non aperiatur domino, sed agnatis. Et ita tenuit And. de Iser. in d. §. denique. Multi vero tenuerunt contrarium, quod scilicet etiam huiusmodi feudum hoc casu aperiatur domino, non agnatis. Et hæc est communis conclusio, ut attestatur Curt. iun. in d. 1. conclusione, quem refert Gratus conf. 2. nu. 15. lib. 1. Hanc etiam esse communem & veram doctrinam, affirmat Ioan. de Ana. conf. 32. nu. 5. Dec. conf. 44. nu. 30. Gozad. conf. 34. nu. 3. Hæc tamen opin. mihi nunquam placuit. Videtur enim iniquum, quod vasallus possit delinquendo excludere agnatos à feudo eis debito virtute primæ inuestiturae, absq; aliquo eorum facto aut culpa. Nihilominus in practica, forte propter auctoritatem Dd. illa obtineret.

4 Sed in omnem casum ista conclusio non haberet locum, quando tale feudum ita esset concessum: Titio, & eius heredibus, de vno ad alterum reuertendo, vel Titio, Seio & Caio, omnibus principaliter, vel

in solidum, vel attentis meritis singulorum: nam his casibus, ex quo vnusquisque de per se principaliter consideratur, vnus culpa aliis nocet. Ita tenet Bald. in d. §. denique. num. 1. quem post omnes sequuntur, ut ait Iacob. in d. verbo, Dictiq; vasalli, post num. 58. versic. Quarto limitabitur. Et post eum dicit Zas. de feud. in 10. parte, in 2. part. concl. 4. versic. Tertio fallit. quod hanc doctrinam tenent communiter Dd.

Aut vero vasallus priuatur feudo ex alio delicto, vel culpa, non concernente directo personam domini, & hoc casu si feudum est nouum, applicatur domino, & in hoc nemo discrepat, ut dicit Curt. iun. in d. 5. parte, in 2. conclus. Si vero est antiquum, reuertitur ad agnatos, non autem ad dominum. Ita tenet And. de Iser. in d. §. denique. Et ista conclusio est per omnes approbata, ut dicit Curt. iun. in d. 5. parte, in tertia conclusione. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. colum. 15. ff. de damno infect. prout illum refert Dec. conf. 252. post num. 6. licet ego non reperiam Alexand. ibi hoc attestantem. Ita etiam dicit communiter teneri Præpositus in d. c. 1. §. pen. quem refert Zas. de feud. in d. 10. parte, in 2. partisula, in 5. concl.

6 Sed quæro, an hoc casu aperiatur omnibus agnatis indistincte? Resp. quod non, sed excluduntur filii, & omnes descendentes, item etiam transuersales agnati, intra quartum gradum. Ita tenet Iacob. de Beluis. in cap. 1. §. si vasallus culpam. si de feudo fuer. controuers. Et est communis opin. ut dicit Ruin. conf. 23. num. 32. lib. 5. Quæ opinio mihi semper visa fuit dura, ut dixi supra versic. Sed si feudum. Tamen præsupposito, quod sit vera, recipit vnã singularem limitationem, ut scilicet non procedat, nisi in feudo simpliciter recepto, quod aliqui appellant informe, puta, concedo tibi hoc castrum in feudum. Secus autem si feudum fuisset receptum à patre vel auctore ipsius delinquentis, expresse, pro se, & liberis, vel pro se, & filiis, vel huiusmodi. Nam eo casu admittuntur indistincte omnes agnati, & filii ipsius delinquentis. Ita tenet Cyn. in l. 2. C. de liber. & eor. lib. quem in hoc cæteri Scribentes sequuntur, ut dicit Alex. in d. §. si de vectigalibus, nu. 29.

7 Sed quid si vasallus cadat à feudo, eo quia ipsum feudum irrequisito domino alienauerit, nunquid hoc casu feudum deuoluetur ad dominum, an autem ad agnatos? Resp. in hoc articulo variæ fuerunt Doctorum opin. Nam aliqui simpliciter dicunt, quod defertur domino, non autem filiis, vel agnatis. Et hanc opinionem dicit esse magis communem Aretin. conf. 14. post num. 11. versic. venio ad secundum. quem refert Socin. iun. conf. 77. nu. 139. lib. 1. Alii vero distinguunt inter filios & agnatos, & dicunt, quod factum vasalli alienantis, irrequisito domino nocet filiis, sed non nocet aliis agnatis. Et hanc opinionem dicit esse communem Ruin. conf. 214. num. 16. lib. 1. & conf. 11. num. 10. lib. 4. Alii vero aliter distinguunt, scilicet inter feudum nouum & feudum antiquum, & dicunt, quod si feudum est nouum, reuertitur ad dominum: si vero antiquum, reuertitur ad agnatos. Et hanc opin. dicit Curt. iun. in d. 5. parte, in 4. conclusione, quod tenet gloss. in c. 1. §. hoc quoque. de success. feudi. quam dicit esse per omnes approbatam. Et hæc quidem distinctio satis bona ratione sustinetur. Nam in feudo nouo ex quacunque causa vasallus eo priuatur, etiam si non concernat iniuriam domini, tamen ipsum feudum semper ad dominum reuertitur, exclusis descendentes & agna-

agnatis omnibus. Et hæc est clara & expedita conclusio, vt dicit Curt. iun. *in dict. 5. parte, in 2. conclusione*, subdens, quod ab ea nullum inuenit discrepantem. Pro qua facit conclusio And. de Iser. de qua supra pluries facta est mentio, maxime *in quest. 41. versic. Et hæc quidem*, quod scilicet de feudo nouo potest vasallus ad sui libitum disponere in præiudicium agnatorum. Ergo & delinquendo vel alienando, poterit eis præiudicare. Secus autem est in feudo antiquo, in quo vasallus non potest agnatis alienando aut delinquendo præiudicare, vt dixi supra. Ideo si illud alienet, non domino, sed ipsis agnatis deferri debet. Et hanc opin. quod scilicet deferatur agnatis, nõ autem domino, quam (vt dixi) tenuit gloss. *in d. §. hoc quoque*, dicit esse veram & magis communem Bald. *in d. cap. 1. §. denique. quæ sue. pri. causa benef. amir.* prout illum refert Ruin. *conf. 166. num. 5. lib. 1.* Ego tamen non reperio Baldum ibi attestari de communi, licet dicat, quod hæc opinio vera est. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem Ioan. Rayn. *in cap. Imperialem. §. pœna. de prohib. feud. alien. per Frider.* quem refert Iacob. *de feud. in verbo, Et cum pacto de non alien. num. 30.* Alexand. *consil. 30. num. 17. in fin. lib. 1. quod est duplicatum consil. 2. in 5. volum. quem refert Ruin. consil. 7. num. 12. lib. 1. & consil. 45. num. 19. eod. volum.* Curt. iun. *in d. 4. conclusione, in fin. verb. Ruin. consil. 2. post num. 2. lib. 1. Zas. de feud. in 10. parte, in 2. particula, versic. Quarta conclusio*, vbi dicit, quod ita communiter tenetur. Et hæc conclusio necdum habet locum, si talis alienatio facta sit per vasallum in actu inter viuos, sed etiam si facta sit per viam legati. Et ita hanc opin. dicit esse magis communem Alexand. *in d. cons. 30. num. 17.* Hanc etiam opin. quod scilicet deferatur agnatis, sequitur Socin. iunior, *consil. 112. num. 2. lib. 2.* dicens, istam esse communem & verissimam conclusionem, quod feudum antiquum alienatum per vasallum sine consensu domini, non ipsi domino aperitur, sed filiis aut agnatis ipsius vasalli, vt sic ipsi saltem post mortem alienantis possint illud recuperare. Quam conclusionem attestatur esse magis communiter approbatam idem Socin. iun. *in d. cons. 77. nu. 121. lib. 1. & consil. 101. nu. 6. lib. 2.*

Ego alias in illa causa, de qua supra mentionem feci, consului, quod indistincte & ex quacunque culpa vasallus feudo priuetur, tam alienationis, quam felonix, vel alias si feudum est tale, de quo vasallus possit libere disponere in præiudicium agnatorum, semper feudum aperitur domino, non autem filiis, vel agnatis. Si vero vasallus non potest de feudo in præiudicium agnatorum disponere, nunquam feudum aperitur domino, sed ipsis agnatis, quibus iam ex tenore inuestituræ erat ius quæsitum. Neque scio videre aliquam bonam rationem differentix, cur qui non potest mihi præiudicare alienando, etiam cum consensu domini, debeat posse mihi præiudicare alienando sine eius consensu, vel aliter delinquendo: & text. *in §. denique* posset euitari tenendo, quod procedat solummodo in feudo antiquo informi, scilicet concessum simpliciter alicui, nulla facta mentione filiorum, aut descendentium. Secus autem in feudo antiquo quod esset expresse ex pacto, & prouidentia. Et hæc opin. iudicio meo est verior, & æquior, licet forte propter commun. opin. Dd. difficile esset illam sustinere in practica.

Non omitto etiam, quod est vnus casus, in quo delictum siue iniuria non respicit principaliter dominum, & tamen vasallus priuatur feudo, & feudum

deuoluitur ad dominum, exclusis agnatis omnibus. Quando scilicet vasallus requisitus, vt associet Imperatorem proficiscentem Romam, pro suscipienda Corona Imperii, fuit contumax † & inobediens. Ita † dixit gl. *in c. 1. §. fin. in gl. si. de pace iuramen. firman. licet* in libro meo sit sub Rubrica *de allodiis*, & male, quam glo. sequuntur communiter Scribentes, vt dicit Curt. iun. *in d. 5. parte, in 1. conclusione, colum. 2. versic. Hanc primam.* quam tamen ego non sequer in feudo antiquo, quod esset ex pacto, & prouidentia, vt sup. dixi.

## QVÆSTIO LXVII.

## S V M M A R I V M.

*Ingratitudo Prælati an noceat Ecclesie?*

**QVÆRO**, an propter a ingratitude Prælati a feudum concessum † Ecclesie, reuertatur ad dominum? Respon. quod sic: solummodo tamen ad vitam ipsius Prælati ingrati, & quatenus spectabat ad eius mensam. Ita tenent omnes Scribentes vbiq̃, vt dicit Molin. *in consuet. Paris. feud. §. 30. nu. 62.* vbi etiam dicit, quod ita obseruatur. Et est iudicio meo rationi consentaneum, ne Ecclesia & successor sine culpa ob alterius ingratitude damnum patiantur.

## A D D I T I O.

*a Propter ingratitude.* Aduerte ad vnum, quod nec pæres curiæ, nec iudex secularis possunt esse iudices: dixi *supr. ad quest. 60.* in contrarium tamen vide per Clar. *in fr. q. 90. versic. sed quid si dominus.*

## QVÆSTIO LXVIII.

## S V M M A R I V M.

*Dominus qui non facit iustitiam vasallo, an priuetur proprietate feudi?*

**QVÆRO**, nunquid dominus, qui non facit iustitiam † vasallo, priuetur proprietate feudi? Respon. quod sic. Ita tenet gl. *in c. 1. §. item qui domino, in verbo, iustitiam. que fuit prima causa benef. amir.* & illam glof. Doctores sequuntur, vt dicit Iacob. *de feud. in verbo, Dictiq̃, vasalli, el. 1. nu. 24.* Ex quo enim ex tali causa vasallus priuatur feudo, vt est text. expresse *in d. §. item qui domino.* pariter etiam dominus debet proprietate priuari, quod tamen argumentum mihi non placet, vt sæpe dixi.

## QVÆSTIO LXIX.

## S V M M A R I V M.

*Dominus negans inuestire vasallum de feudo, an cadat a proprietate feudi?*

**QVÆRO**, an dominus a denegans inuestire vasallum, qui tempore debito petit ab eo inuestituram, cadat † a proprietate feudi? dixi supra *qu. 49. versic. Sed quid si vasallus.*

## A D D I T I O.

*a Dominus denegans inuestire.* Occurrit notab. quæstio, An Imperator possit imponere onera locis prius infeudatis retenta fidelitate, & maxime quando imponit onera pro necessitate belli. Vide per Cæphal. *consil. 354.*

## QVÆSTIO LXX.

## S V M M A R I V M.

*Dominus an teneatur iurare fidelitatem vasallo, sicut vasallus domino?*

**Q**VÆRO, nunquid dominus teneatur ¶ iurare fidelitatem vasallo, vt vasallus domino? \* Resp. quod non. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Iacob. *de feud. in verbo, Qui quidem inuestiti, num. 16.* Licet enim dominus æquiparetur vasallo; tamen hæc æquiparatio non semper procedit, vt in nonnullis exemplis ibi demonstrat Iac. Cum ergo non reperiat iure cautum, quod dominus vasallo fidelitatem iuret, neque nos id dicere debemus, & ita seruat totus mundus.

## A D D I T I O.

\* Licet dominus & vasallus sint correlatiua, & quod statuitur in vno, intelligatur etiam statutum in alio; hoc tamen fallit in homagio & fidelitate, quam præstat vasallus domino, secundum Boer. *in comment. ad consuetud. Biturig. in tit. de feud. §. 15. in gl. ult.*

## Q V Æ S T I O L X X I.

## S V M M A R I V M.

*Dominus alienans vasallos inuitos in alium, an priuetur proprietate feudi?*

**Q**VÆRO, an dominus alienans ¶ vasallos inuitos in alium, priuetur proprietate feudi? dixi supra q. 28. *vers. Sed quæro.*

## Q V Æ S T I O L X X I I.

## S V M M A R I V M.

*Proprietas feudi, quando dominus illa priuatur, cui applicetur?*

**Q**VÆRO, quando dominus ¶ propter aliquam eius culpam priuatur proprietate feudi, cui illa applicetur, an vasallo, an superiori domino, an agnatis ipsius inferioris domini? Resp. quod in hoc variæ fuerunt opin. Dd. sed gl. *in cap. 1. in glos. 1. quali. do. feud. prop. priue. tenet, quod directum dominium consolidetur cum vtili, & sic, quod applicetur vasallo. Et dicit Sylua. de feud. recognit. quæst. 32. quod hæc videtur receptior opin. Ego credo, quod hæc opinio non sit vera, & forte etiam non sit communis, neque obseruetur in practica, & ideo semper tenui, quod si iste dominus habet illum dominum superiorem, applicetur id domino superiori, nisi adessent agnati illius domini inferioris, qui essent vocati ad ipsum feudum ex tenore inuestituræ: nam eo casu crederem feudum ad ipsos deuolui. Si vero non adessent neque agnati, neque dominus superior; bene posset procedere illa opin. quod scilicet consolidaretur directum cum vtili. Et superioribus annis cum quidam Marchio fuisset priuatus feudo, propter iniustitiam erga subditos, consuluerunt multi Doctores, quod feudum erat applicandum agnatis, qui erant vocati ex tenore inuestituræ, non autem Casari. Et ita credo fuisse iudicatum per Consilium Cæsareum.*

## Q V Æ S T I O L X X I I I.

## S V M M A R I A.

- 1 *Fœmina an succedat in feudo?*
- 2 *Et quid si bona non sint feudalia, habeant tamen annexam dignitatem, & iurisdictionem?*
- 3 *Et quid si expresse sint vocata fœmina in inuestitura?*
- 4 *Et quid intersit, an inuestitura concepta sit per verba, masculis & fœminis, vel masculis cum fœminis?*
- 5 *Et quid si feudum fuerit à principio concessum fœminis?*
- 6 *Et quid in feudo empto?*

- 7 *Et quid in feudo pro quo nullum seruitium præstatur?*
- 8 *Et quid si seruitium ita possit præstari per fœminam, sicut per masculum?*
- 9 *Et quid si statuto, vel consuetudine introductum fuerit, vt fœmine in feudis succedant?*

**Q**VÆRO, an fœmina a succedat ¶ in feudo? Respon. quod regulariter non succedat, \* text. est *in cap. 1. §. hoc autem. de his qui feud. dare poss. & est communis regula, vt dicit Dec. cons. 139. vers. Sed tamen. & ita moribus feudorum receptum est, vt ait Zas. de feud. in 8. parte, vers. Super secunda partic. Ratio autem, quare fœmina reputetur inhabilis ad feudum est, quia non potest dominum iurare, nec pugnam facere. Ita dicit glos. *in d. §. hoc autem, in verbo à successione feudi, quæ in hoc est communiter approbata, vt ait Alexan. consil. 10. post nu. 6. lib. 5. cons. 98. nu. 9. lib. 6. Ruin. cons. 18. n. 13. lib. 1. quæ tamen ratio mihi plane non satisfacit, pro ut etiam non satisfacit ipsi glos. quæ propterea subdit, quod fuit pro ratione voluntas.**

Sed quæro, quid si bona non sint ¶ feudalia, habeant tamen annexam dignitatem, & administrationem cum mero & mixto Imperio, nunquid fœmina erit eorum capax? Respon. quod non. Ita tenet Bart. *in l. 2. circa med. ff. de reg. iur. & est communis opin. vt dicit Soc. iun. cons. 68. num. 26. lib. 1. Ruin. cons. 99. post num. 15. vers. Solum igitur. lib. 1. Sed tamen quicquid sit de iure, videmus de consuetudine contrarium obseruari, quia mulieres quotidie succedunt in Comitatibus, & aliis dignitatibus, & etiam in regnis.*

Item quæro, quid si fœminæ ¶ expresse sint vocatæ in inuestitura, quia scilicet feudum concessum sit pro masculis, & fœminis? Respon. quod hoc casu deficientibus b masculis, fœminæ admittuntur. Et ita omnes communiter concludunt, vt dicit Paris. *consil. 12. num. 33. libr. 1. & hoc modicam habet difficultatem.*

Et in hoc proposito aduerte ad vnum, super quo proximis diebus consului, quod plurimum interest, an ¶ inuestitura sit concepta, *pro masculis & fœminis, an autem pro masculis cum fœminis*, quia si feudum concessum sit pro masculis cū fœminis, venient ad successionem feudi masculi & fœminæ, simul & semel: si vero sit concessum pro masculis & fœminis, veniet ordine successiuo, scilicet prius masculi: deinde masculis deficientibus \* fœminæ. Ita dixit notab. Bald. *in l. quoties. nu. 3. C. de suis & leg. & dicit Iaf. in l. Gallus. §. quidam recte, nu. 32. ff. de lib. & posthu.* quod ita tenent omnes. Et hanc opin. dicit esse communem Paris. *in d. consil. 12. nu. 17. & seq. lib. 1.*

Præterea quæro, quid si feudum sit ¶ maternum, siue fœmineum, scilicet à principio concessum vni fœminæ, nunquid postea ad tale feudum etiam aliæ fœminæ admittantur? Respon. quod sic. Ita probat text. *in c. 1. de nat. success. feud.* Sed hoc intellige vt procedat, vbi masculi non extarent; & ita procedat text. qui videtur aperte contrariari, *in cap. 1. de benef. fœmin.* secundum communem intellectum, vt dicit Curr. *in d. feud. in 3. parte principali, in 1. regula, vers. Secundo singulari: et limitate & Zas. de feud. in 8. parte in 2. particula. vers. Supradicta conclusio.* subdens, quod ita tenent communiter Dd. Et ratio est quia ex quo tale feudum in fœminis originem habuit, non est inconueniens, quod successiuè etiam fœminæ ad illud admittantur.

Sed quid in ¶ feudo empto, nunquid fœmina succedat?

succedit? Resp. quod in hoc sunt opin. inter Dd. varia. Nam And. de Iher. in d. c. 1. §. hoc autem. tenuit quod etiam in feudo empto fœminæ non succedant. Et hanc esse communem opin. attestatur Brun. conf. feudali 18. num. 9. Contrariam autem sententiam, quod imo à successione huiusmodi feudi fœmina non excludatur, tenuit Odofred. in summa, qui possint succedere in feud. & hanc dicit esse communem Dec. conf. 390. n. 7. Paris. conf. 4. n. 39. lib. 1. referens Curt. iun. attestari in dict. 1. reg. 1. vers. Sexto limitate. Et hæc opin. Odofred. mihi magis placet, quam etiam credo esse magis communem, & veriore, quia reuera tale feudum emptum non habet propriam naturam feudi, vt dixi supra q. 16. vers. Sed quero. Quam tamen intelligo, vt procedat, nisi ex inuestituræ ipsius tenore essent expresse vocati masculi, non autem fœminæ. Nam eo casu credere fœminas esse excludendas, etiam si masculi non extarent: principaliter enim in successione feudorum attendimus tenorem inuestituræ, in qua si solum essent nominati masculi, appareret de mente concedentis, quod fœminæ non admitterentur. Addunt alii, quod ad hoc vt fœmina possit in feudo empto succedere, duo requiruntur. Primum, quod feudum fuerit iusto precio emptum. Secundum, quod pro ipso feudo nullum seruitium sit præstandum. Et hanc dicit esse communem opin. Soc. iun. conf. 65. post n. 16. vers. vel tertio. lib. 1. Sed hæc declaratio in secundo requisito mihi non placet, quia eam tenendo, redditur omnino superflua, & inanis prædicta conclusio, Nam fœmina semper est capax feudi, quando pro eo nullum seruitium præstat, siue sit emptum, siue non, vt statim dicam.

7 Vltius quero, an mulier sit capax feudi, pro quo nullum præstat seruitium? Resp. quod sic. Ita tenet Bal. in c. 1. §. & quia, n. 19. qui feud. dare poss. & hanc opin. dicit esse communem Curt. iun. in d. 1. reg. vers. 5. limitate. prout illum refert Paris. conf. 4. num. 19. lib. 1. & conf. 12. nu. 27. eod. vol. & conf. 23. nu. 30. eod. vol. nisi tamen verba inuestituræ repugnant.

8 Item quid si feudum concessum sit pro certo seruitio, quod ita potest præstari per fœminam sicut per masculum, nunquid ad tale feudum fœmina admittetur? Resp. quod sic. Ita tenet Iac. de Beluis. in c. 1. §. quinetiam, in titulo, Episcopum, vel Abbatem, quem sequuntur omnes Feudistæ, vt dicit Goz. conf. 56. n. 18. Et est communis limitatio, vt dicit Curt. iun. in d. prima regula, vers. Nonofallit. Et licet hæc duæ conclusiones forte in puncto iuris paterentur aliquam difficultatem, ex quo non sola præstatio seruitii est causa excludendi fœminas à successione feudorum, tamen in practica non esset ab eis recedendum, nisi (vt dixi) verba inuestituræ repugnant, vel consuetudo contrariam interpretationem recepisset, à qua, præsertim in causis feudalibus, nullo modo est recedendum, vt statim dicam.

9 Sed quid si adsit consuetudo in aliqua prouincia, vel statutum disponens, quod fœminæ possint in feudis succedere, nunquid in ipsa prouincia fœminæ erunt ad successionem feudorum admittendæ? Resp. quod sic. Et ita communiter concluditur, vt ait Paris. conf. 21. n. 13. lib. 1. Nam in successione feudorum potissime attendimus consuetudinem. Cum n. feuda ipsa à principio introducta fuerint per consuetudinem; merito debent etiam ab ipsa consuetudine regulari. Sed pone, quod Princeps vel Imperator velit dispensare, quod fœmina possit in feudo succedere, quero

an possit hoc facere in præiudicium agnatorum, qui successuri essent in feudo? Resp. quod non. Et ita communiter concludunt Dd. vt dicit Soc. iun. conf. 76. n. 18. lib. 1. Non enim potest Princeps auferre ius alteri quæsitum, sed dato quod posset, saltem non deberet hoc Princeps facere.

## A D D I T I O N E S.

a Fœmina. Hic nota quod fœmina à feudo pluribus rationibus videtur exclusa, quam sit clericus, vt per Soc. post alios quos citat conf. 257. n. 2. item quod fœmina excludatur communiter à successione feudali, quia incapax, communè plene dixi in collect. mea commun. opinio. in verbo, Fœmina, vbi vide numer. 12. & multis sequen. & numer. 10. & numer. 11. vbi limitauit. Et quinque rationes, ob quas regulariter fœminæ excluduntur à feudo, assignat Bald. in l. quoties. C. de suis & legit.

b Deficientib. masculis. Adde vt per Ioan. Caph. in conf. 258. n. 15. vbi alios concordantes allegat.

c Feudo empto. Vide per Rol. nouissime in conf. 41. volu. 4. & conf. 40. eod. vbi plenius. Et fœmina quædo sit capax feudi empti, vide per Caph. in conf. 172. n. 12. vbi dicit fœminas esse capaces, si feudum simpliciter esset emptum integro precio, nec aliud seruitium esset præstandum. Sed istud secundum requisitum non placet auctori.

d Nullum præstat seruitium. Vide & plenius de communi illa opinione per Rol. in conf. 23. n. 10. qui sub n. 18. quid vbi requiritur iuramentum fidelitatis, & filius nu. 35. cum iurib. seq. vbi loquitur in clerico beneficiato.

\* De iure communi fœminæ succedunt in omnibus bonis immobilibus, seu hereditariis, & in regnis, ducatus, comitatibus, iurisdictionibus, feudis, &c. secundum consuetudines diuersorum locorum, vt not. Im. Pet. de Anch. Philipp. Franc. in c. grandi, de supp. negl. pral. & Bal. & Card. Alex. in c. 1. §. hoc autem, qui feud. dare poss. vide Boet. conf. 10. n. 3.

\*\* Nam quam diu superest masculus, fœmina non admittitur, secundum communem per Burl. conf. 63. n. 7. & 9. lib. 1.

## Q V Æ S T I O LXXIV.

## S V M M A R I V M.

Filius exheredatus, an succedat in feudo?

Q V Æ R O, an filius exheredatus a possit in feudo succedere? Resp. secundum Iacob. Ardizo. in summa, de successione feudi, sub Rubric. an filius exhered. in feudo. quod si filius fuit iniuste exheredatus, potest in feudo succedere, rumpendo testamentum per querelam in officiosi, si vero sit iuste exheredatus, non succedit in feudo. Et hanc opin. dicit esse communè Curt. iun. de feud. in 3. parte principali, in materia successions descendentiæ, q. 3. quem refert Paris. conf. 1. n. 7. lib. 1. Et in proposito facere videtur quod dicit Zas. de feu. in 8. parte, vers. De exheredato, quod est consequentia in feudis recepta, ex quibus causis filius potest exheredari, ex eisdem potest etiam feudo priuari. c. 1. §. prædictis modis, qua fuit prima causa ben. amit. Resolutio huius quæstionis pendet ab illa, nunquid filius possit feudum retinere sine hereditate paterna, propterea dicit: Aut exhereditatio est nulla, & non est in consideratione: Aut est valida, & tunc, aut sumus in casibus in quibus filius potest habere feudum, etiam si non sit heres patris, & pariter exhereditatio non est in consideratione, quoad successionem feudi: Aut sumus in casibus in quibus requiritur, quod sit etiam heres ipsius patris, & tunc iste filius iuste exheredatus non potest in feudo succedere. Neque §. prædictis modis, facit in proposito: quia aliud est dicere, quod dominus potest vasallum feudo priuare, ex omnibus causis, ex quibus patet potest filium exheredare, vt ibi, aliud est dicere, quod pater potest exheredando priuare filium feudo, quia si esset feudum ex pacto & prouidentia maiorum suorum acquisitum, non posset vasallus de eo aliquo modo in testamento disponere, vt dixi supra, quæst. 40.

## ADDITIO.

<sup>a</sup> *Exheredatus.* Hic etiam scias, quod filius non potest habere legitimam in feudis, in quibus primogenitus succedit. Commune vide per Cardin. Paris. in *conf. 13. num. 30. lib. 2. & in collecta mea comm. opin. verb. filius, n. 61.*

## QVÆSTIO LXXV.

## SVMARIA.

- 1 Filii fratrum in feudis an succedant in stirpes, vel in capita?
- 2 Et quid si vocentur sine patris?

**QVÆRO**, ultimo loco moriens reliquit nepotes ex multis eius fratribus prædefunctis, nunquid isti filii & fratrum succedant in capita, an autem in stirpes? Hæc quæstio in aliis successioneibus ab intestato multum inter Doctores controuertitur, ut dixi supra, *lib. 3. §. 1.* ubi tenui magis communem opinionem esse, quod succedant in stirpes, & non in capita. Sed quid dicemus in feudis? Resp. quod si isti filii fratrum veniant ad successionem feudi simul cum patris, scilicet cum fratre vasalli defuncti, veniunt in stirpes, & non in capita, idemque si veniant ad successionem aut simul cum patris, & hoc est indubitatum secundum omnes, ut attestatur *Alu. in c. 1. in princ. n. 2. de succ. es. feud.*

- 2 <sup>a</sup> Difficultas est quando vocantur sine patris, & hoc casu sunt opin. inter Doctores. Nam *Iac. Ardizo. in summa*, tenuit quod succedant in capita, & dicit *Bald. in Authent. cessante. post n. 2. vers. Sed hæc ratio. Cod. de legi. her.* quod ita communiter determinatur, quem refert *Iac. de feud. in verbo, Præsentes, & recipientes, nu. 13.* Hanc etiam conclusionem, quod in feudis diuisio fiat secundum capita, dicit communiter teneri *Rapha. Cuma. in Auth. post fratres, la 2. C. de legi. her. & post eum Corn. ibi in final. verbis.* Contrariam autem opinionem scilicet, quod imo succedant in stirpes, tenuit *Bald. in c. 1. §. his vero, n. 2. de success. frat. vel de grad. success. in feudo.* Et hanc opinionem dicit esse communem *Præpos. in c. 1. §. & quia. de his qui feud. dare poss.* prout illum refert *Ruin. conf. 8. in final. verbis, lib. 1.* Sed ego non reperio *Præpos. ibi, maxime post num. 37.* ubi tractat hunc articulum, attestari in specie de communi opin. in materia feudali, licet ipse teneat hanc opin. & referat etiam aliquot attestantes de communi opin. in successioneibus allodialibus. Tamen reuera ego credo, quod *Bald. in dict. Authent. cessante*, errauerit, dicendo communiter determinari in feudis, quod succedant in capita, & ita eum deridet *Barb. in consil. suo posito inter consilia Alex. in 4. volum. conf. 55. nu. 28.* ubi dicit, quod sciret libenter, quis spiritus reuelauerit *Bald.* quod Doct. ita communiter tenent, &c. Ego dico, quod si feudum esset hereditarium, procederet de plano secunda opin. scilicet, quod succederent in stirpes, quã in hoc casu videtur attestari esse magis communem *Ruin. conf. 25. num. 23. lib. 1.* & intelligo simpliciter hereditarium. Nam tale feudum reputatur pars hereditatis, & de eo iudicandum est, ut de reliquo hereditatis. Sed si esset feudum ex pacto, & prouidentia, vel absolute, vel mixtum, forte esset verior opin. *Iacob. Ardizo.* quia ad illud veniunt nepotes, non iure hereditario, sed virtute inuestituræ, & sic cessat fundamentum tenentium contrarium. Hoc tamen absolute pro nunc non affirmo, quia eget pleniori discussione.

## ADDITIO.

<sup>a</sup> *Quando vocantur sine patris.* Adde & vide per *Rimian. in consil. 410.*

## QVÆSTIO LXXVI.

## SVMARIA.

- 1 Filius, vel agnatus, an possit repudiare hereditatem & retinere feudum?
- 2 Et quid in feudo simpliciter recepto?
- 3 Et quid in feudo mixto?

**PONE**, aliquis vasallus decedit relicto feudo & etiam relictis aliis bonis allodialibus, quero nunquid poterit eius filius vel agnatus retinere feudum, & repudiare hereditatem, quæ forte esset onerata ære alieno? Resp. quod in hoc est differentia inter filium, & agnatum. Nam agnatus potest repudiare hereditatem vasalli, & retinere feudum. Filius autem cogitur vel acceptare vtrunq; scilicet hereditatem, & feudum, vel vtrunque repudiare. Et de hoc est text. expressus *in c. 1. an agna. vel filius.* & sic in hoc sunt deteriores conditionis filii, quam agnati. Doctores multum laborant circa intellectum illius cap. Sed breuiter tu scis, quod varia sunt genera feudorum. Aut ergo feudum, de quo agitur, est feudum nouum, & tene, quod siue sit agnatus, siue sit filius, nunquam poterit repudiare hereditatem, & retinere feudum, quia cum vasallus de huiusmodi feudo possit libere disponere, ut supra multoties dixi, *maxime in q. 41. vers. Et hæc quidem.* successor dicitur habere feudum ex mero beneficio ipsius vasalli acquirentis, & hoc siue huiusmodi feudum ex tenore inuestituræ sit hereditarium, siue ex facto & prouidentia, merito non potest repudiare eius hereditatem, & feudum retinere.

Aut est feudum antiquum, sed mere, & simpliciter hereditarium, & pariter dicendum est, quod non poterit neq; filius, neq; agnatus hereditatem repudiare, & retinere feudum, quia de huiusmodi feudo idem iudicatur, quod de cæteris allodialibus bonis vasalli, ut supra sepius dixi. Aut est feudum antiquum, informe scilicet receptum simpliciter, nulla facta mentione filiorum neq; heredum, & hoc casu dicendum est, quod habeat locum distinctio *d. c.* ut scilicet filius non possit retinere tale feudum, & repudiare hereditatem, agnatus autem possit. Et ita ab omnibus receptum esse attestatur *Didac. lib. 2. resolutionum c. 17. post n. 4. vers. Primum simpliciter.* & intellexi alias in Senatu conclusum fuisse, dispositionem illius *c. non habere locum nisi in huiusmodi feudo informi,* & ita tenendo cessarent fere omnes difficultates in hoc articulo per *Dd. excitatæ.*

Aut vero feudum antiquum est mixtum, scilicet hereditarium, & ex pacto & prouidentia, puta, quia est concessum pro se & heredibus, vel pro se, & filiis, & heredibus. Et hoc casu videtur, quod non possit habere locum dispositio *d. cap.* Nam huiusmodi feudum siue sit filius, siue sit agnatus, non potest habere, nisi etiam sit heres, nam vtraque qualitas requiritur, ut dixi supra *in d. q. 9. vers. Quandoque, & tertio.* Et propterea *And. de Ifern. in d. c. 1.* tenuit, quod dispositio illius text. procedat etiam in feudo non hereditario, & sic absolute ex pacto, & prouidentia, ut scilicet filius non possit illud retinere, repudiata hereditate patris. Et hanc opin. dicit esse communem, *Curiun. conf. 138. n. 29. Brun. conf. 24. in prin. Didac. lib. 3. resolut. 6. 18. post n. 4.* ubi etiam *vers. 2. subdit*, quod *Sal. & Imol. in lo-*

in locis, de quibus paulo post mentionem faciam, falso testantur communem opin. esse in contrarium. Bald. autem in d. c. n. 8. tenet contrarium, scilicet, quod imo dispositio illius c. solummodo locum habeat in feudo hereditario, vel simpliciter recepto, non autē in feudo absolute ex pacto, & prouidentia. Et dicit Salic. in l. 2. n. 5. in fin. C. de lib. & eorum liber. quod ita se habet communis opin. Idem dicit Imol. in c. ex parte, n. 29. de feud. quem refert & sequitur Iac. de feud. in verbo, Ita quod ipsi inuestiti, n. 2. Et hanc ego sequor tanquā veriorē. Neque obstat fundamentum tenentium contrarium, quia scilicet (vt ipsi dicunt) aliter intelligendo, dispositio illius cap. esset elusoria. Ex quo in feudo hereditario, siue sit filius, siue sit agnatus, semper requiritur, quod sit heres, ad hoc vt possit habere feudum, quia licet verum sit, quod in tali feudo requiratur, quod volens succedere sit etiam heres, non tamen est verum, quod requiratur volentem in tali feudo succedere, esse heredem vasalli vltimo loco defuncti, sed sufficit, quod sit heres primi acquirētis, vt dixi in d. q. 9. a. vers. Sed quero. & sic dispositio illius c. operabitur, quod in tali feudo pro se, & filiis, & heredibus recepto, quod est hereditarium, & ex pacto, & prouidentia, filius non poterit repudiare hereditatē paternam, & retinere feudum. Agnatus autem poterit retinere feudum, & repudiare hereditatem vasalli vltimo loco defuncti, modo alias possit ex aliqua parte esse heres primi acquirētis. Et hæc nota in practica, quia ista est notabilis, & quotidiana quæstio.

## ADDITIO.

<sup>a</sup> Dicit q. 9. Vbi dixi remissive.

QVÆSTIO LXXVII.  
SYMMARIA.

- 1 Ius accrescendi, an habeat locum in feudis?
- 2 Et an in feudis concessis ab Imperatore?
- 3 Et quid si concessa sint pluribus in solidum?
- 4 Et quid in feudis concessis ab aliis Principibus?
- 5 Et quid in feudis antiquis?
- 6 Et quid si in diuisionibus totum feudum obuenerit vni ex fratribus, qui deinde decesserit sine liberis, an accrescat alteri fratri?

<sup>t</sup> QVÆRO, an in successione † feudorum locum habeat ius accrescendi? Hæc est quotidiana quæstio & valde vtilis. Pro cuius resolutione fac regulam, quod in successione feudorum non habet locū ius accrescendi. Ita probat text. in cap. 1. §. & quia vidimus. vers. Si autem vnus de his qui feudum dare poss. & hæc est communis conclusio, vt attestatur Cur. iun. de feudis, in 2. parte principali, circa finem in 3. dubitatione principali, circa materiam acquisitionis feudi. Nam feudum est cōtractus, vt dixi supra, q. 6. In contractibus autem non est locus iuri accrescendi, vt dixi supra lib. 3. §. ius accrescendi.

Seias tamen in primis, quod secū dum aliquos hæc conclusio non habet † locum in feudo concessio ab Imperatore. Nam in eo multi tenent, quod habet locum ius accrescendi. Et hæc limitatio per eos colligitur ex text. in l. vnica. Cod. si liberali. Imper. socius, li. 10. vbi Imperator generaliter statuit, quod si quis ex his, vbi Imperator generaliter statuit, quod si quis ex his, quibus communiter aliquid ab eo donatum est, nullo herede relicto decesserit, ad consortem potius quā ad personam aliam pars decedentis perueniat: de quo ad personam aliam pars decedentis perueniat: de quo text. dixi in d. §. ius accrescendi. Sed punctus est videre, an dispositio d. l. vnica, quæ simpliciter loquitur de dona-

tionibus Imperatoris, habeat locum etiam in feudis, quæ communiter à principe aliquibus concessæ sunt. Et in hoc variæ sunt opin. Doctorum. Nam Bald. in l. vnica, n. 15. ff. de cad. tollen. tenet, quod sic: & hanc opin. dicit esse communem Ial. in l. si mihi & Titio, nu. 6. ff. de verbor. oblig. & cons. 117. col. 6. vers. Et tenendo, lib. 4. & consil. 136. n. 4. eod. vol. Curt. iun. in d. 3. dubitat. Gratus consil. 4. n. 14. lib. 1. Soc. iun. cons. 73. num. 22. & seq. lib. 1. Contrariam tamen sententiam, quod scilicet etiam in feudo à principe pluribus simul concessio, non habeat locū ius accrescendi, tenuit Cyn. in l. vnica, circa fin. Cod. quando non peten. par. quem multi sequuntur, quos recentet Moly. in Apostill. ad Alex. cons. 30. sub n. 8. lib. 1. affirmans, quod imo quidquid dixerint alii, hæc est crebrior opin.

Sed cerre credo, quod prima & opin. sit magis cōmunis, & etiam verior, quod scilicet in feudis à principe simul concessis habeat locum ius accrescendi. Cū enim in aliis concessionibus Principum ita reperiatr cautum de iure communi, illi standum est etiam in feudis, ex quo expresse non reperitur iure feudorū dispositum in contrarium. Quia tamen quæstio non est sine difficultate, ad euitandas opin. aliquando cōsului, quod in inuestitura apponerentur illa verba, cuiuslibet eorum in solidum. Vbicunque enim inuestitura concessa est duobus, & vnicique vel cuiuslibet eorum, eo casu proculdubio vno deficiente, alter habebit totum. Ita decidit Bald. in c. 1. §. fin. num. 4. de success. feud. & est communis conclusio, quæ non habet contradicentem, vt ait Curt. sen. cons. 49. n. 54. quem refert Bello cons. 20. n. 3. & dicit Sigif. cons. 15. feuda. n. 4. qd' ita præcedens cōclusio ab omnib. Doctorib. limitatur.

Et hæc quidem conclusio satis de plano procedere videtur in feudo concessio ab Imperatore, de quo loquitur text. in d. l. vnica. C. de liberali. Imper. vt scilicet in eo locum habeat ius accrescendi. Sed quid si fuerit concessum ab aliis Principibus? Respon. quod idem dicendum est etiam in feudo concessio à Regibus, secundum Bald. in l. 1. num. 2. de duob. fratrib. à Ca. inuestit. & etiam ab aliis Principibus non recognoscentibus superiorem. Et quod dispositio d. l. vnica. procedat in quocunque Principe, qui superiorem non recognoscat, dicit esse communem sententiam Curt. sen. in d. cons. 49. post n. 50. vers. Modo sic. Et ita etiam communiter teneri attestatur Soc. iun. in d. cons. 73. n. 7. & hæc opin. mihi placet, quia quilibet princeps non recognoscens superiorem, habet in suo dominio idem ius, quod habet Imperator in toto orbe, vt dixi supra lib. 2. §. princeps.

Quando autem quis † dicatur sine herede decessere, ad hoc vt in feudo sit locus dispositioni d. l. vnica, dixi in d. §. ius accrescendi.

Secundo principaliter seias, quod † ista conclusio quæ habet, quod in feudis non habet locum ius accrescendi, est intelligenda, vt procedat in feudo nouo. Nam in tali feudo verum est, quod non habet locum ius accrescendi. Et ista est communis regula, vt ait Paris. cons. 16. n. 2. lib. 4. Gratus in d. cons. 4. nu. 51. lib. 1. Sed quando feudum est antiquum, tunc inter descendentes à primo acquirente procedit successio, non quidem ex iure accrescendi, sed ex iure inuestituræ paternæ. Ita colligitur ex text. in capit. primo. vbi gloss. in verbo, Patris, vel auis. de feud. March. & est communis opin. vt dicit Alexand. consil. 21. numer. 5. lib. 5.

Sed pone, duo fratres successerunt † in feudo paterno,

terno, & in diuisionibus tale feudum obuenerit totum vni ex eis, qui deinde deceffit sine liberis, quæro nunquid feudum ipsum accrescet alteri fratri? Respond. Bald. in l. unica. nu. 33. C. quando non pet. part. tenet et quod non accrescet fratri, ex quo apud eum nulla portio feudi reperiebatur. Contrariam tamen opinionem tenuit idem Bald. in l. post. nume. 8. vers. 11. queritur. ff. de ver. diuis. & hæc opin. est magis communis, vt attestatur Aretin. in leg. qui Romæ. §. duo fratres, col. penult. vers. pro decisione huius questionis. ff. de verbor. obl. quem refert & sequitur Ruin. consil. 8. post. num. 11. lib. 1. & consil. 11. nu. 12. eo. vol. Ego credo Bald. in d. l. unica bene dixisse, quod scilicet feudum alteri non accrescit: nam in iure accrescendi portio accrescit portioni, non personæ, vt dixi in dict. §. ius accrescendi. Sed bene verum est, quod frater hoc casu nihilominus succedit in feudo, licet non prius accrescendi, sed tenore inuestituræ, & ita procedit secunda opin.

Sed quid si frater in diuisionibus renunciaffet omnium, &c. nunquid hoc casu, non obstante renunciatione, poterit venire ad feudum, si frater sine liberis decefferit? dixi infra hoc eod. lib. §. renunciatio.

#### ADDITIONES.

a Prima opin. &c. Et hanc opinionem tenet Alexand. in d. cons. 30. nu. 8. qui nu. 18. dicit, quod quicquid tamen sit, facit in feudis indiuiduis, vt per eum.

\* Intellige in feudis ab inferiore concessis, in quibus non habet locum ius accrescendi, sicut in concessis a principe superiorem non recognoscente, vt in Rege Francia, c. per venenabilem, qui fil. sint legit. Per quem text. dicit Bald. in l. unica. §. in primo. Cod. de cad. toll. & in cap. 1. de duob. fratrib. de no. ve. inuestit. quod si feudum concedatur a principe pluribus vno repudiante, vel sine herede mortuo, portio sua accrescit socio vti de Gul. Bened. in repet. c. Raynuitus. in pralud. numer. 147. ext. de testibus.

### QVÆSTIO LXXVIII.

#### SVMARIA.

- 1 Clericus vel monachus an succedat in feudo?
- 2 Et an ad hoc vt transeat perpetuo in Ecclesiam?
- 3 Et quid in feudis maioribus?
- 4 Et quid si præstetur seruitium personale?
- 5 Et quid in clerico constituto in sacris?

a QVÆRO, an clericus a\* succedat † in feudo? Hæc quæstio à Doctoribus satis cõsule tractatur, non distinguendo casus, in quibus posset in practica contingere, potest enim esse, quod habens feudum efficiatur monachus, aut clericus, vel quod feudum ipsum ad aliquem iam clericum iure inuestituræ, vel aliter deuoluatur. Dic ergo, quod quando vasallus efficitur b monachus, aut seruitium, quod præstatur p ipso feudo, est reale, quia scilicet præstatur res, vel pecunia, siue etiã est personale, quod tamen potest à clerico honeste præstari per se, vel per idoneum substitutum: & tunc feudum durat, & transit in monasterium, alias autem feudum non durat, sed finitur, & ad dominum directum reuertitur, & ingressus à sacramento fidelitatis absoluitur. Et hanc distinctionem tenent communiter Doctores, vt attestatur Salice. in Auth. ingress. nu. 11. C. de sacrosancta Ecclesia. quem refert Afflic. decis. 320. n. 2. & 3. & Dec. in c. in presentia. n. 74. de probatio. & Curt. iun. de feud. in 2. parte. 3. partu principalis. q. 10. & Iacob. de feud. in verbo, Et quibusunque heredibus. n. 4. Dicit etiam Alex. cons. 10. nu. 8. lib. 5. quod ita tenent omnes, quod consilium est duplicatum in consil. 98. lib. 6.

Quæ tamen opin. intelligenda est, vt procedat, non ad hoc, vt feudum † ipsum perpetuo remaneat 2 apud monasterium, sed tantum ad hoc, vt monasterium illud habeat durante vita feudatarii, quo ad cõmoditates ipsius feudi, Ita dicit Bald. in c. 1. n. 2. de milit. vasal. qui arma bellica, &c. & in hac opin. non datur contradictor, vt ait Capic. dec. 10. n. 10.

Sed hæc conclusio mihi † nunquam placuit, quod 3 scilicet feudum transeat in monasterium, si vasallus efficiatur monachus, quia hoc esset distrahere monachos ab instituto suæ religionis, quod est seruire Deo, & abstinere à negotiis & administrationibus secularibus. Propterea dicerem, quod si superessent alii vocati ex tenore inuestituræ, illi deberent succedere in feudo, perinde ac si vasallus esset naturaliter mortuus, & si isti non superessent, quod feudum reuertetur ad dominum directum. Et licet gl. in cap. 1. §. 1. versicul. Postposuerit, de feud. vel beneficio fami. absolute dicat, quod hoc casu feudum ad dominum reuertatur; tamen illa gl. debet intelligi, vbi agnati non superessent, vel vbi feudum esset nouum. Et ita illam intelligunt communiter Doctores, vt dicit Cur. iun. in dict. 10. quæst. in fin. Si tamen vellemus tenere communem opin. illa esset, iudicio meo; restringenda, vt procedat solummodo in feudis inferioribus, id est, non habentibus dignitatem annexam. Sed si filius Regis, Ducis, Marchionis, aut Comitis, efficietur monachus, non crederem, quod Regnum, Ducatus, Marchionatus vel Comitatus acquireretur monasterio. Et ita etiam de facto seruari attestatur Speculat. de statu monach. §. 1. n. 15. Saluo tamen semper iudicio sanctæ Ecclesiæ, cui me subiicio.

De clerico autem non videtur dubitandum, quin feudum capere possit: sunt enim de hoc text. aperti in cap. verum. & in c. ex transmissa. de foro compet. & ita communi opin. obtentum est, vt dicit Zal. de feud. in 5. part. circa fin. Dicit etiam Card. in c. 1. §. & quia, post prim. de his qui seu. dare poss. quod multi Doctores, & in specie Martinus Laud. ibi, inquit hanc esse communem opin. Quam tamen intellige vt procedat, modo pro tali feudo præstetur seruitium reale tantum, nam eo casu vtique clericus est capax feudi. Et ita est de mente omnium, vt ait Ruin. cons. 42. n. 10. lib. 1.

Sed si præstetur † seruitium personale, non modo 4 clericus non succedit in feudo ad eum deuoluto post clericatum, sed si post deuolutum feudum vasallus efficiatur clericus, amittit feudum. Et hæc est verior, & magis communis opin. vt dicit Ruin. in d. cons. 42. n. 9. Sed hoc rursus ego intelligo, vt procedat quando huiusmodi seruitium personale non posset explicari per substitutum secundum distinctionem, de qua supra in monacho dictum est. Et ita dicit esse communem opin. Crauetta cons. 203. post. num. 10. versic. Secundo respondeo.

Et hæc omnia de plano procedunt in clerico, qui sit tantum † p̄sma tonsuræ, & non in sacris constitutus. Nam talis proculdubio succedat in feudo. Ita dicit Bald. in cap. 1. §. qui clericus, numer. 7. si de feudo fuer. controuer. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Curt. iun. in d. q. 10. col. penult. vers. Secundo limita. Et hanc opin. quod clericus in minoribus constitutus non priuetur feudo, dicit teneri in practica iudicando & consulendo, Barb. de præstan. Cardi. in 5. quæst. basilic. 1. part. num. 5. quem refert Crauetta in dict. consil. 33. post. num. 7. Ceterum communiter seruatur, quod Episcopi & Cardinales retinent feuda in eis deuoluta

lata iure successionis, ne dignitas potius decemetur, quam incrementum eis attribuisse videatur: & si ne controversia admittuntur ad præstandum quodcunque seruitium per substitutum. Alii autem clerici, vel in sacris constituti, vel etiam in minoribus, si sunt beneficiati, non retinent feudum, pro quo sit præstandum seruitium personale: si vero sunt in minoribus constituti, & non beneficiati, admittuntur ad feudum sicut mere laici. Et ita etiam videtur esse communis mens Doctorum in hac materia scribentium, à qua recedendum non esset in practica.

ADDITIONES.

<sup>a</sup> *An clericus.*) Adde, quod clericus primæ tonsuræ est capax bonorum feudalium. Commun. Rol. conf. 23. num. 1. & vide fufius in collect. mea commun. opin. in verbo. clericus, numer. 22. Et e converso quod clericus in feudo haud succedat: commune per Crauet. conf. 303. & dixi fufius vbi supra num. 31. in feudo tamen conditionato bene succedit: commune per Salic. Auth. ingressi, col. fin. C. de sacros. Eccles. & dixi plenius, vbi supra num. 32.

<sup>b</sup> *Efficitur Monachus.*) Hic cadit pulcherrima dubitatio, nunquid comes factus Episcopus perdat castrum, quod obtinet vigore primogenituræ, vbi castrum feudale est? Vide per Caph. conf. 1. vbi plene ad partes discutit: & quod haud amittat, tener, contraria diluens.

\* Nota, quod clerici in feudis succedunt in his casibus, in quibus feminæ feudi sunt capaces, secundum Barb. in tract. de præstan. Card. q. 5. in fin. Ioan. Fab. Instit. de leg. patr. rur. in fin. idem esset per illum tex. vbi feudum esset paruum & exiguum, secundum Bald. vbi supra & in cap. 1. §. est & alia, qua sue. prima cau. be. amitt. vide per Gul. Bened. in repet. c. Raynuius. ver. Auis habens filias. n. 34. de testam.

QVÆSTIO LXIX.

SVMARIA.

- 1 Collaterales, an succedant in feudo?
- 2 Et quid in feudo nouo?
- 3 Et an succedant vsque in infinitum?
- 4 Et quid si concessum sit sacerdoti pro se, & heredibus?

<sup>a</sup> **H**ABES regulam in materia feudorum, quod quandiu sunt descendentes, a ipsi in infinitum succedunt. Est text. in c. 1. de succes. feu. & hæc conclusio est ab omnibus recepta vt dicit Zas. de feud. in 8. parte, vers. Secunda conclusio.

Si vero non extant descendentes, tunc admittuntur transuersales agnati, progeniti à primo ascendente. Est communis opin. consuetudine firmata, vt attestatur Zas. in d. 8. parte, vers. Tertia conclusio.

Sed quæro, an simpliciter & indistincte verum sit, quod collaterales † in feudo succedant? Resp. quod est distinguendum, tam respectu qualitatis feudi, quàm gradus agnationis. Aut enim loquimur in † feudo nouo, & non succedunt collaterales, nisi id expresse actum sit. Et ita tenet gl. in c. si quis miles, in gl. vnica, consistit feu. Loth. & c. quæ gl. tenetur per communiter Scribentes, vt dicit Aluar. in eo. c. si quis miles, n. 2. Et ideo, si duo fratres fuerint inuestiti de feudo pro se & filiis, & c. vnus eorum decedat sine liberis, superstite filio alterius fratris prædefuncti, portio istius fratris non pertinet ad dictum nepotem superstitem, quia ipsi fratres videntur prospexisse sibi tantum, & vnusquisque eorum filiis suis, non autem filiis alterius fratris. Et hanc dicit esse communem conclusionem Curt. sen. conf. 49. n. 11. Aut vero loquimur in feudo antiquo, & tunc bene procedit conclusio, quod agnati collaterales in feudo succedant.

Difficultas est, an succedant † solummodo vsq; ad 3<sup>o</sup> septimum b gradum, an etiam vsq; ad infinitum. Nā b in hoc articulo videntur esse tex. contrarii, quia in c. 1. §. & quia. de his qui feud dare possunt, expresse videtur pbari, quod agnati succedant solummodo vsq; ad septimum gradum. Tex. autem in c. 1. §. de natu succ. feudi, videtur probare, quod succedant etiam in infinitum. Sunt etiam inter Doctores variæ opin. Nā lac. de Bel. in c. 1. de feu. March. dicit, quod vbi agnati sint descendentes primi inuestiti, debet in infinitum succedere in ipso feudo, ex beneficio primæ inuestituræ. Et hæc opinionem, quod inter descendentes primi vasalli procedat successio, etiam vltra decimum gradum, dicit esse communiter receptam Did. libr. 3. resol. c. 5. post n. 4. vers. Quinto hinc. Quidam autem Dd. antiquus, qui appellatur Ioan. Fasoli, tenuit contrariam opinionem, quod sc. non admittantur collaterales vltra septimum gradum ad successionem feudi. Et dicit Bal. in d. c. 1. nu. 4. de feud. March. quod ita communiter tenetur, quem refert Ias. in l. certum, post n. 3. vers. Secundo principaliter. C. vnde legi. & Socin. iun. conf. 76. n. 73. lib. 1. Hanc etiam opin. dicit esse communem Mart. Laud. inter conf. feu. Bruni conf. 119. post n. 8. Paris. conf. 23. n. 262 lib. 1. Mihi autem placet prima opin. quod s. succedant vsq; in infinitum, & secundum illam, si casus contingeret, consulere; & iudicarem. Nam hoc casu non potest proprie dici, quod agatur de successione collateralium, sed de successione ascendens, delata virtute primæ inuestituræ. & credo quod ita etiam indistincte obseruetur, maxime in feudis regalibus. Et in specie de corona regni Franciæ attestatur ita se habere consuetudinem Boer. conf. 10. n. 16. vsque ad fin. conf.

Sed hic occurrit pulchra quæstio, pone † Princeps concedit feudum alicui existenti in sacris, pro se, & heredibus, certum est, quod illud verbum, *Heredibus* quod in materia feudali intelligitur de filiis, siue descendens, nō potest hoc casu verificari in filiis, quia talis constitutus in sacris, nisi eos suscepisset ante clericatum, nō posset habere filios habiles ad successionem feudorum. Nunquid ergo hoc casu censetur feudum concessum etiam pro agnatis collateralibus ipsius inuestiti? Resp. quod sic. ita dicit Bald. in l. 1. §. naturales, post n. 8. si de feudo fue. contr. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Curt. iun. de feud. in 3. parte, in materia successionis descendens, in 1. regula. qu. 17. in fin. Quod nota, quia de facili quis responderet prima facie contrarium.

ADDITIONES.

<sup>a</sup> *Descendentes.*) Adde vt per Bald. in text. allegato, & per Caphal. conf. 133. n. 28.

<sup>b</sup> *Ad septimum gradum.*) Adde & per Ioan. Cap. eo. conf. 133. num. 28.

QVÆSTIO LXXX.

SVMARIA.

- 1 Fœmina semel admissa ad feudum, an postea superueniente masculo excludatur?
- 2 Et quid e converso, an fœmina semel exclusa per existentiam masculi, semper remaneat exclusa?

**P**ONE, duæ sorores † nullis existentibus masculis, successerunt in feudo, intellige in casu, in quo poterant de iure succedere, de quo dixi supra, q. 73. per totam quæst. Modo vna ipsarum suscepit filium masculum; Quæro an ille masculus stâte inuestitura, quæ velit masculos excludere fœminas, excludat etiam sororem matris suæ, quæ semel admissa fuit ad feud.

ad feudi successionem? Respond. Andr. de Ifern. in c. 1. de eo qui sibi, & hered. suis. tenet, quod illam excludat. Sed communis opin. est in contrarium, scilicet, quod imo femina semel admiffa ad successionem feudi propter non existentiam masculorum, si postea masculi superueniant, non excludatur. Et ita esse communem opin. attestatur Aluaro. in d. c. 1. numer. 5. quem refert Iacob. de feud. in verbo, Et feminis, num. 17. Zafius de feud. in 2. parte. in secunda particula, versic. Sed querat de casu. Curt. iun. in 1. regula, 3. partis principalis, in 28. quest. Nam lex regulariter non patitur, quod dominia rerum stent in suspensio, & ad hoc faciunt quæ dixi supra, lib. 1. statuto. In casu statuti excludentis feminas, extantibus masculis.

2 Sed quæro, quid si conuerfo, nunquid femina semel exclusa propter existentiam masculi, semper remanebit a exclusa, ita quod etiam mortuo masculo, qui eam exclusit, adhuc admitti non possit? Respon. quod sic. \* Et ad hoc allegatur tex. in c. 1. §. quinetiam Episcopum, vel Abb. secundum intellectum Andrea de Ifern. quem communiter Doctores sequuntur, vt ait Curt. iun. in d. 1. regula, q. 27. subdens, hanc esse communem opin. quæ tamen mihi semper visa fuit dura, saltem quando agitur inter feminam ipsam, quæ sola superest ex progenie primi inuestiti, & dominum. Bene posset procedere text. in d. §. Quinetiam, & communis opinio, quando ageretur inter feminam, & alium agnatum, in casu, in quo masculi & feminae essent vocati in inuestitura, secundum gradus proximitatum, vt proximis annis cõtigit disputari in quodam feudo in partibus Pedemontium: sed quoad ipsum dominum, crederem absolute, quod existente femina, licet per masculum semel exclusa, quæ esset ex vocatis in inuestitura, feudum non aperiretur domino. Nec facit argumentum, quod ita etiam statutum sit in successione bonorum allodialium, quia longa est ratio differentia, nam illa portio, à qua femina excluditur, stante statuto, efficitur matrimonium masculi excludentis, & incorporatur eius bonis, ita quod non dicitur amplius agi de hereditate illius ascendentis, sed successoris. In feudis autem secus est. Nam vbi tractatur de vocatis in inuestitura, semper dicimus agi de successione primi inuestiti. Cogita.

Sed præsupposita communi opinione pro vera, Quæro, quid si ille masculus excludens statim moriatur? Respon. quod hoc casu femina est admittenda, & ita prædicta conclusionem limitat gl. ind. §. qui etiam. in verbo, non admittuntur, & dicit Curt. iun. in d. quest. 27. col. 2. vers. retent. aigitur. quod Doctores communiter sequuntur hanc limitationem. Non enim videtur extitisse, qui statim defecit.

#### ADDITIONES.

\* Exclusa. Et de ista quæst. adde atque vide in collecta mea com. opin. verb. feudum, n. 173. & plenius in verbo, Femina, nu. 18. cum multis sequentibus.

\* Adde Burs. conf. 63. n. 17. lib. 1. qui hanc dicit communem, etiam si masculus in continenti decedat.

#### QUESTIO LXXXI.

##### SVMMARIVM.

In feudis dignitatum an requiratur noua concessio?

1 QVÆRO, an in feudis si dignitatum, puta Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, requiratur noua concessio, ad hoc vt descendentes inuestiti in ipsis feudis succedant? Respond. quod de iure vtique requirebatur noua concessio, ex quo huiusmodi feu-

da potius electione, quam successione obueniunt. Et ita colligi videtur ex text. in c. 1. de feudo March. Sed tamen consuetudo contrarium vsurpauit, quia hodie in istis feudis sicut in aliis habet locum successio. Et hæc est communis doctrina Doctorum, vt dicit Zaf. de feud. in 8. part. vers. Super tertio principali. Hanc etiam dicit esse communem sententiam Iacob. de feud. in verb. Dux. vers. quid si Rex, n. 2. & seq. Intellige quando huiusmodi feudum conceditur alicui in proprietatem, alias secus, & intellige etiam, vt transeat ad primogenitum tantum, & non ad alios heredes. Et ita quotidie obseruatur, vt dicit Iacob. in loco præallegato.

#### QUESTIO LXXXII.

##### SVMMARIA.

- 1 Filius naturalis an succedat in feudo?  
Et quid si sit legitimatus ad feuda?
- 2 Et quid si talis legitimatus sit spurius?
- 3 Et quid si legitimatio facta sit à Comite Palatino?
- 4 Et quid in legitimatedo per subsequens matrimonium?
- 7 Et quid si feudum receptum sit pro se, & filii legitime natis?

FILIUS naturalis a non succedit in feudo etiam si sit legitimatus. Tex. est expressus in c. 1. §. naturales, si de feudo defuncti, & c. Sed quæro, quid si à Principe sit legitimatus expresse ad feuda? Respon. quod talis bene succedit in feudo, & excludit ceteros agnatos remotiores. Et ita dixit gl. in dict. §. naturales. in verb. Legitimi. quam dicit esse communiter approbatam Paris. conf. 1. n. 76. lib. 2. Ruin. conf. 36. n. 18. lib. 1. Curt. iun. conf. 136. n. 1. & est magis communis opin. vt attestatur Boer. dec. 123. n. 6. Curt. iun. conf. 167. n. 28. illam etiam gl. dicit esse per omnes communiter approbatam Curt. iunior de feud. in 3. parte in materia successionis descendentium. q. 17. in prim. subdens, quod secundum Dd. communiter sufficit, quod Princeps legitimet in genere, ad successionem feudorum, licet non exprimat in specie, ad talia & talia feuda.

Et nota, quod licet gl. in d. §. naturales, loquatur tantum de naturalibus simpliciter: tamen idem est etiam in filiis spuris, & in aliis illegitimis, secundum omnes, 2 vt dicit Cuman. conf. 168. n. 4. vbi etiam subdit, quod ita quotidie de facto seruatur.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando talis legitimatio est facta ab ipso Principe, penes quem est plenitudo potestatis. Sed quid si facta sit à Comite si Palatino habente priuilegium legitimum? Respon. quod idem est dicendum, modo talis Comes habeat in priuilegio expressam potestatem legitimum ad feuda. Ita dicit Signor. conf. 220. n. 4. & seq. & est commun. opin. vt dicit Paris. in d. conf. 1. n. 123. lib. 2. Molin. in consuet. Paris. feud. §. 8. gl. 1. n. 38.

Item quæro, quid in eo, qui est legitimatus per subsequens si matrimonium? Respon. quod iste vtique b succedit in feudo. Ita tenet Andr. de Ifern. in d. §. naturales. Et ita communiter tenetur, vt dicit Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. el. 1. num. 18. in fin. ff. ad Trebell. quem refert Iaf. in l. generaliter. §. cum autem post numer. 10. C. de instit. & substit. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Curt. iun. conf. 136. nu. 1. Dec. conf. 155. post n. 3. quem refert Paris. conf. 13. n. 44. & seq. lib. 2. vbi etiam refert Soc. idem attestari conf. 3. n. 2. lib. 3. quem tamen ego in libro meo non reperi hoc attestantem licet,

licet in eo. *conf. n. 6.* videatur transire cum hac opinio. quam ego etiam sequor, quia huiusmodi legitimi fere in omnibus reputantur legitimi.

5 Sed quid si  $\dagger$  feudum sit receptum pro se, & filiis legitime natis, nunquid talis legitimatus per subsequens matrimonium succedet in feudo? Resp. quod sic. Et ita tenet Abb. *in c. in tanta. n. 7. qui filii sint legitimi.* ubi etiam dicit, quod ita tenent communiter Dd. & est commu. opi. ut dicit Card. Alex. *in d. c. tanta. Ripa in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. el. 1. post n. 48.* quia, ut dixi, æquiparantur legitime natis in omnibus, & per omnia.

ADDITIONES.

a *Naturales.*) Naturalis quis proprie dicatur, & quis large, vide supra §. *emphyteusis. q. 30 atq; in singul. mo 37 nec non in collect. mea commun. opin. in verb. naturalis nu. 1.* ubi declaratur. Item an fratres, feuda paterna, & hereditaria, iisque adiacentia, contra fratrem legitimatum, qui ad feudum se admitti petit, incapacitatem eius opponere possint, & eum ut extraneum repellere? vide Menoch. *in conf. 202.* ubi plene & pulchre Item quod filius legitimatus etiam specialiter succedat non solum in bonis allodialibus sed etiam feudalibus, commune vide per Soc. *conf. 3. n. 9. vol. 3.* & dixi in *collect. mea com. opin. in verb. filius. n. 81.*

b *Vtrique succedat.*) Adde de ista communi per Dec. *in d. c. cum in cunctis. nu. 10. de elect. & dixi in collect. mea com. opin. in verb. legitimatus. n. 31.*

QVÆSTIO LXXXIII.

SVMARIA.

1 Extranei heredes an succedant in feudo?

2 Et quid si receptum sit pro se & heredibus?

1 QVÆRO, an in feudo succedant  $\dagger$  extranei heredes. Resp. Omne feudum, quod potest alienari sine consensu domini, vel agnatorum, transit ad extraneos heredes: quia de tali feudo idem iudicatur, quod de aliis bonis allodialibus, & ideo si feudum sit novum, ex quo potest libere per vasallum alienari interueniente consensu domini, ut dixi supra *quest. 41. vers.* Et hac quidem poterunt etiam in eo cum licentia domini succedere extranei heredes. Si vero sit concessum pro se, & heredibus quibuscunque, tunc poterunt etiam sine licentia domini in eo succedere extranei. Idemque si sit concessum pro se, & quibus dederit, potest enim de eo vasallus libere disponere. Si vero feudum sit simpliciter receptum, nulla facta mentione filiorum, neque heredum, tunc ex providentia legis non vocantur ad feudum, nisi filii & descendentes ipsius inuestiti, ut dixi supra *q. 9. vers. Sed quid dicendum.* & ideo in tali feudo extranei heredes non succedunt. Aut vero feudum est receptum pro se & filiis, vel pro se & liberis, vel pro se & descendentibus, & in hoc non est difficultas, quia extraneus heres ad illud non admittitur. Aut est receptum pro se & filiis & heredibus, & idem est dicendum, scilicet, quod extraneus heres non succedat. Ad hoc enim, ut quis in tali feudo succedat, requiritur, quod in eo vtraque qualitas concurrat, ut dixi supra, *in d. q. 9. vers. Quandoque & tertio.*

2 Sed quid si feudum sit concessum  $\dagger$  simpliciter pro se & heredibus, nunquid in tali feudo admittentur extranei heredes? Resp. quod licet in hoc articulo inter Dd. variaz fuerint opi. tamen tenendum est, quod extranei heredes in tali feudo non succedant. Et ista est communis opin. ut dicit Bal. *in l. etiam, in sine principi. ff. de solut. matr.* quem refert Dec. *conf. 175. post num. 1. 72. vers. Vtrius etiam.* & *conf. 395. n. 8.* & Goza. *conf. 9. n.*

& Soc. *iun. conf. 112. n. 8. lib. 2.* & *conf. 27. n. 26. lib. 1.* Hanc etiam opin. dicit communiter teneri Cald. *conf. 16. sub tit. de verb. signif.* quem refert Gratus *conf. 4. nu. 32. lib. 1.* Et dicit Paril. *conf. 2. num. 32. lib. 1.* quod ita concludunt communiter omnes, & dicit Soc. *iun. conf. 108. n. 6. li. 2.* quod istud est commune dictum. Hanc etiam dicit esse commun. opin. Gozad. *conf. 26. nu. 30.* & ratio est, quia verbum, heredibus, in materia feudali recipit à lege hanc interpretationem, ut intelligatur solum de descendentes. Ita est communis opin. ut attestatur Rubeus *conf. 164. n. 11.* Gratus *conf. 29. n. 41. lib. 2.* Berous *q. 17. n. 3.* & dixi supra sæpius.

ADDITIONIO.

a *Filiis & heredibus.*) Item quod extranei non veniant in concessione f. Et pro se, filiis & heredibus: commune dixit Alex. *conf. 16. num. 3. vol. 2.* & dixi in *collect. mea commun. opin. in verb. extraneus. n. 3.*

QVÆSTIO LXXXIV.

SVMARIUM.

Fiscus an succedat in feudo?

QVÆRO, an fiscus succedat  $\dagger$  in feudo, & sic an in publicatis & bonis vasalli confiscetur etiam feudum? Resp. quod non. \* Ita tenet Bart. *in l. si finita. §. si de vectigalib. n. 3. ff. de damno infecto.* & est communis opin. ut dicit Roman. *in d. §. si de vectigalib.* quem refert Apollil. ad Ang. *de malef. in verb. presente Caio. post n. 40.* Alex. *in eo. §. si de vectigalib. n. 30. lac. de feud. b. in verbo. Di. b. lig. vasalli. el. 1. n. 61. & seq. Ruin. conf. 23. n. 23. lib. 5.* Curt. *iun. conf. 4. n. 20.* Rubeus *conf. 134. num. 3.* Boer. *decis. 374. num. 9.*

\* *Succedat in feudo.*) Adde quod nec etiam commoditates feudi, quæ saltim non transeunt etiam ad extraneos heredes, fiscus consequi aut habere potest, prout est communis opin. ut attestatur Bursat. *conf. 43. n. 16.*

Ego vero c aliquando dicebam, in hoc proposito considerari posse tria genera feudorum. Primum est, de quo vasallus non potest libere disponere sine licentia domini, & sine consensu agnatorum, eiusmodi est feudum antiquum ex pacto & providentia, & tale feudum, etiam quod vasallus delinquat, & eius bona fisco applicentur, nunquam venit in confiscatione bonorum, cuiuscunque generis sit delictum. Nam, ut dixi supra, *q. 66.* mihi semper visum fuit iniquum, & absurdum, quod vasallus possit delinquendo præiudicare domino, aut agnatis, quibus non posset præiudicare alienando, & cum ad huiusmodi feuda non admittatur extraneus heres, ut dixi *qu. prox.* ergo nec fiscus, qui hoc casu habetur loco extranei heredis, quæ consequentia apud me habet difficultatem. Quia hoc casu præferatur in ipso feudo, an dominus directus, an autem filii, vel agnati? dicendum est, quod si quidem delictum est tale, propter quod dominus non possit priuare vasallum feudo, semper præferuntur agnati. Si vero propter illud delictum vasallus posset feudo priuari, tunc ut scias quis præferatur, vide quæ dixi supra, *d. q. 66.* Secundum autem genus feudorum est, de quo vasallus potest cum consensu domini libere disponere, et in extraneum, in præiudicium filiorum, vel agnatorum, & huiusmodi est quodcunque feudum novum, sub quo cumque tenore receptum sit, ut dixi supra, *q. 41. vers. Et hæc quidem.* & hoc casu teneo, quod si vasallus delinquat, nullo modo feudum confiscetur, sed absolute & indistincte consolidetur vtile cum directo, &

fic applicetur domino, neque in hoc filii, aut agnati, qui non poterant ad feudum venire, nisi ex persona ipsius patris delinquentis, poterunt ius aliquod in feudo ipso præterdere, sed dominus iure suo, ex quo feudum est nouum, erit illis præferendus, prout etiã esset, si vasallus sine consensu domini illud alienasset, vt dixi in d. q. 66. vers. Sed quid si vasallus, vel aliter esset feudo priuandus, vt dixi in ea qu. vers. Et hæc quidem. Aut vero (& hoc est tertium genus feudorum) feudum erat tale, de quo vasallus, tam in præiudicium domini, quã in præiudicium agnatorum, poterat libere dispo- nere, puta, quia erat concessum pro se, & quibuscun- que heredibus, vel pro se, & quibuscunq; daret, &c. quæ omnia feuda possunt sine domini licentia, in quoscun- que etiam extraneos transferri, vt supra sæpius dixi; & tunc aut fiscus, cui reliqua bona vasalli applicantur, est idem, qui & domini directi, & proculdubio tenen- dum est, quod etiam feudum vna cum reliquis bonis vasalli illi applicatur: Aut vero est alius fiscus diuer- sus à fisco domini directi, & tunc aut delictum, pro quo bona vasalli confiscantur, est tale, propter quod dominus potest vasallum feudo priuare, & hoc casu dominus directus præfertur, & feudum illi applicatur. Aut non erat tale, propter quod posset feudo priuari, & tunc præfertur alius fiscus, qui tanquam heres extraneus, ita in ipso feudo sicut in aliis bonis vasalli delinquentis succedere potest. Et licet hæc prima facie videatur noua distinctio: tamen si recte ponderentur rationes & autoritates Doctorum in hac materia scribentium, reperies, quod ista est mera varietas.

#### ADDITIONES.

a *Publicatis.*) An & quando bonis vasalli publicatis bona feudalia comprehendantur in bonorum publicatione? vide per Bos. tit. de bonor. publicat. n. 53.

b *Incob. de feud.*) Adde vt per eund. in sua questio. feudali. q. 28. num. 36.

c *Ego vero.*) Tu vide per Crauet. in conf. 128. col. fin. circa secundum.

\* Nec etiam commoditates feudi, quæ non transeunt ad extraneos heredes, fiscus consequi non potest, secundum Butl. conf. 43. n. 16. lib. 1.

### QVÆSTIO LXXXV. SVMARIA

- 1 *Fideicommissarius an succedat in feudo?*
- 2 *Et quid in feudo hereditario?*
- 3 *Et quid si fideicommissarius sit ex vocatis in inuestitura?*

**QVÆRO**, nunquid fideicommissarius succedat in feudo, & sic an feudum veniat in restitutione fideicommissi? Potest autem casus in facto proponi, puta, quia vasallus habens plures filios rogauerit vnum ex eis, vel plures, vt partem suam restituant vni ex ipsismet filiis, vel alicui extraneo, vel agnato, an talis grauatus fideicommissio teneatur restituere etiam partem suam feudi, illi, cui reliquum hereditatis grauatus est restituere? Resp. quod regulariter feudum non venit in restitutione fideicommissi. Ita tenet Bar. in l. si patroni, in princ. n. 3. ad Trebell. & ita communiter Dd. vt dicit Rip. in l. ex facto. §. si quis ita. n. 17. ff. ad Trebell. Et est communis opi. vt dicit Cur. iun. conf. 171. n. 10. Et dicit Is. in preclud. seu. n. 46. quod ita communiter concluditur.

Scias tamen in primis, quod hæc conclusio intel- ligenda est, vt procedat in feudo ex pacto & prouidē- tia, secus autem in fideicommissio. Nam illud transit etiam in fideicommissarium: & ita solet communiter

distingui, vt ait Cur. iun. de feud. in 4. part. in materia alienationis feudi. q. 30. vers. Secunda decidi potest, quem refert Paris. conf. 2. n. 43. lib. 1. & conf. 3. n. 27. eod. vol. Sed hoc intelligo in feudo simpliciter & absolute hereditario quod (vt sæpius dixi) transit in extraneos heredes, & potest libere alienari. Secus autem in hereditario mixto. Et ita in proposito attestatur esse magis commu- nem opi. Soc. iun. conf. 72. n. 22. lib. 1.

Item scias, quod conclusio non habet locum, quã- do fideicommissarius fesset ex comprehensis in inue- stitura, & sic esset habilis ad succedendum ex tenore ipsius inuestituræ, nam eo casu feudum venit in restituitioe fideicommissi, & ista limitatio videtur communiter approbata, vt dicit Soc. iun. in d. conf. 72. n. 6. lib. 1. Quam tamen non ego credo veram, nisi qua- tenus ageretur de præiudicio domini, cuius non in- terest, apud quem ex vocatis sit feudum, sed si fidei- commissarius esset ex remotioribus agnatis, non vi- deo cur non posset proximior agnatus talem resti- tutionem impedire. Propterea iudicio meo hæc quæ- stio potest ita diffiniri, vt dicamus, quod in casibus, in quibus vasallus potest de feudo testari, in illis potest etiam de feudo facere fideicommissum. Quando au- tem possit testari, dixi sup. q. 40.

### QVÆSTIO LXXXVI.

#### SVMARIUM.

*Institutus in re certa an succedat in feudo?*

**QVÆRO**, vasallus habens plures filios, instituit vnum ex eis in re certa, nunquid iste filius in- stitutus in re certa succedat æqualiter cum aliis vni- uersaliter heredibus institutis? Resp. quod sic. Ita al- legatur tenuisse Bar. in Liur. isur. andi. §. si liberi. n. 6. ff. de oper. libert. qui tamen loquitur in emphyteusi, & dicit Cur. iun. de feud. in 2. par. 1. partis, tertia partis principalis, qu. 5. quod ita decidunt communiter Dd. Dicit etiam Did. lib. 2. resolut. c. 18. n. 5. quod in hoc Dd. communi- ter consentiunt. Hæc quæstio iudicio meo pendet ab illa, an vasallus possit de feudo testari, de qua dixi su- pra, q. 40.

#### ADDITIONES.

a *In re certa.*) Hic occurrunt quamplures quæstiones. Pri- ma est, An taliter institutus habeat beneficium l. si. C. de edit. diu. Aar. toll. Secunda an nullo dato herede testatoris vniuer- salis; si testator expresse prohibuit, ne ipsa institutio trahatur ad alia bona, taliter institutus succedat etiam in omnibus aliis: Tertia est, an ipse etiam habeat actiones hereditarias actiue & passiuæ: Quarta est, An possit propria auctoritate ap- prehendere relictum sibi factum? Quinta, An habeat ius ac- crescendi vniuersale instituto repudiante? de quibus omnib. vide feriatim in mea collect. comm. opin. in verb. institutus.

### QVÆSTIO LXXXVII.

#### SVMARIUM.

*Finito feudo an proximiores istius vasalli sint inue- stendi?*

**QVÆRO**, fuit concessum fideicommissum Titio vsque in quarta generationem. Modo finita est quarta generatio Titii, nunquid poterunt filii, vel proximo- res agnati vasalli, vltimo loco defuncti, petere sibi confirmari feudum? Resp. quod sic, & si non fiat refirmitio, sit eis iniuria, & ideo possunt appellare ad superiorem, vt cogat, quod refirmitio fiat. Et hæc est famosa doctrina Bart. in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quot. & astina. & est communis opin. vt dicit Ruin. conf. 12. nu. 18. & seq. lib. 1. Curt. iun. de feud. in 2. parte principa- li, in 1. part. q. 15. Sed hoc nunquam vidi in feudis seruari in practica, & forte durum esset obtinere, licee

in emphyteusi aliquādo viderim iudicari secundum illam doctr. Bart. Vide quæ dixi supra hoc eod. lib. §. emphyteus. q. 43. a

ADDITIO.

Quæst. 43.) Vide ibid. quæ dixi in Apost.

QVÆSTIO LXXXVIII.

S V M M A R I A.

- 1 Finito feudo, cui remanere debeant melioramenta? Et an sit in electione domini, pati, quod ædificium tollatur, vel solvere eius æstimationem?
- 2 Et an eo casu æstimandus sit valor ædificii, vel ipsa materies tantum?
- 3 Et an incrementum contingens in re feudali sit vasalli, vel domini?
- 4 Et quid de seruitutibus, quas vasallus precio acquisiuit ad beneficium rei feudalis?
- 5 Et an habens castrum in feudo sine iurisdictione, si acquirat iurisdictionem accrescat feudo?

**P**ONE, finita est inuestitura feudalis, vel per cursum temporis, vel per generationem finitam, vel aliter, absq; tamen dolo vel culpa ipsius vasalli; Quæro ¶ cui remanere debeant melioramenta facta super ipsa re feudali? Resp. si ipsa melioramenta sunt facta industria ipsius vasalli, puta, quia domum fabricauit in re feudali, vel huiusmodi, eo casu talia melioramenta spectant ad ipsum vasallum. Et hanc conclusionem sequuntur omnes Dd. vt dicit Alu. in c. 1. §. si quis de manso post n. 5. de controu. inuest. Erit tamen in electione domini vel solvere vasallo æstimationem ipsorum melioramentorum, vel pati, quod ædificium tollatur. De hoc est text. expressus in c. 1. §. vasallus, in titulo, hic finitur lex.

2 Sed quæro nunquid erunt ¶ æstimanda melioramenta iuxta valorem ædificii consistentis, an autem debeant æstimari rudera, & materies, quæ ex ipso ædificio diruto vendi possent? Resp. Bal. in d. §. si vasallus, c. 4. in simili quæst. tenet, quod debet æstimari et valor ipsorum melioramentorum, non autem ædificii diruti, & subdit, quod ita seruat consuetudo. Idem etiã dicit Bal. in Auth. excipitur. post n. 2. C. de bonis quæ libe. quæ refert Molin. in consuet. Paris. feud. §. 1. gl. 5. n. 98 Repetio tamen Beroum q. 96. post n. 4. vers. Si vero feudum. dicentẽ, quod magis communis opinio est, quod æstimetur rudera, & ædificium dirutum. Sed dubito, quod in hoc ipse Berous verum non dicat. Et ita Molin. in d. gl. 5. n. 98. dicit, quod Scribentes sequuntur Bald. cuius opi. iudicio meo, æquior est, & illam ego sequeretur in iudicando, si casus contingeret.

3 Item quæro, an incrementum contingens in ¶ re feudali sit ipsius feudatarij, an autem domini directi? Resp. distinguendum esse inter incrementum discretum, & incrementum latens. Nam si sit incrementum discretum, puta, insula in flumine nata è regione fundi feudalis, hoc acquiritur domino directi. Si vero est incrementum latens, puta, id quod per alluuiationem accedit in fundo feudali, hoc pertinet ad vasallum. Ita dicit gl. in d. §. si quis de manso. in verb. Reseruauerit. quæ est communiter approbata, vt dicit Ruin. cons. 7. n. 12. in fin. lib. 1. Hæc tamen resolutio mihi non multum satisfacit, quia cum proprietas feudi sit domini directi, quidquid illi accedit, deberet accrescere domino, nisi aliter ex tenore ipsius inuestituræ apparet, propterea forte æquius esset dicere, quod omne incre-

mentum accedens feudo, absq; industria vasalli, respectu proprietatis acquiritur domino directi, respectu vero utilis domini acquiritur vasallo. Cogita.

Sed quid de seruitutibus, quas ipse ¶ vasallus precio acquisiuit in beneficium rei feudalis? Resp. quod seruitutes & alia iura inseparabilia accedunt feudo, & rem feudalem sequuntur, & consequenter finito feudo, vna cum illo ad dominum directum pertinet, non autem ad heredes vasalli, ad quos feudum non transit, & in hoc omnes conueniunt, vt ait Berous in d. q. 96. n. 6. dicit Alu. in d. §. si quis de manso post n. 5. quod hanc conclusionem sequuntur omnes Dd.

Sed pone, Princeps ¶ habens castrum sine iurisdictione, illud concessit Titio in feudo, postea Titius acquisiuit iurisdictionem ab alio, nunquid ipsa iurisdictione accrescit feudo? Resp. quod non, sed finito feudo erit vasalli, vel eius heredum. Ita dicit Bal. in c. 1. §. contrario. n. 4. de inuesti. de re alien. facta. & est communis opi. vt ait Ruin. cons. 14. post prin. li. 1. Est enim iurisdictione quid separatum ab ipso castro, & quod per se subsistere potest, ideo feudo non accrescit.

ADDITIONES.

- a Spectant.) Adde commune, & etiam per Foller. in decis. Perus. 24. & vide collecta mea commun. opin. in verb. melioramenta. num. 7.
- b In electione domini.) In meliorantibus voluntariis, idem commune Foller. dec. 34. & vide in d. collect. mea commun. opi. n. 8. & adde per Guid. Pap. dec. 196. Dec. in cons. 518. & per eund. Guid. dec. 438. qui distinguunt casus, vide eos.
- c Æstimari.) Et quod melioramentorum æstimatio fieri debeat secundum tempus restitutionis, non autem secundum illud tempus, in quo facta fuerit: commune dixi, & vide ad collect. mea commun. opin. sub n. 5.

QVÆSTIO LXXXIX.

S V M M A R I V M.

Quæ actio competat in feudo?

**Q**VÆRO, quæ actio competat ¶ pro feudo? Resp. quod pro feudo datur condictio ex lege, vel ex consuetudine: & ad hoc allegatur Bar. in l. 1. n. 11. C. de iure emphy. qui tamen loquitur in emphyteusi. Et ita communiter teneri attestatur in l. iuris gentium. §. quini. mo. n. 17. ff. de pact. Tu dic, quod si vasallus fuit inductus in actuale possessionem feudi, competit ei utilis rei vindicatio, nedum contra extraneum, sed etiam contra ipsum dominum directum, si vero illi tantum facta est promissio de inuestiendo, tunc si est vallata stipulatione, competit actio ex stipulatu, si autem non est vallata stipulatione, competit condictio ex moribus. Et ita est communis opin. vt ait Cur. iun. de feud. in 1. parte principali, q. 10.

QVÆSTIO XC.

S V M M A R I A.

- 1 Quis sit Index competens in causis feudalibus, inter dominum, & vasallum?
- 2 Et quomodo eligantur pares curiæ?
- 3 Et an pares curiæ cogi possint ad iudicandum?
- 4 Et an pares curiæ cognoscant inter dominum laicum, & vasallum clericum?
- 5 Et quis sit Iudex inter ipsos vasallos super feudo litigantes?
- 6 Et an iurisdictione domini inter vasallos sit ordinaria, vel delegata?
- 7 Et quid si alter eorum neget se esse vasallum?
- 8 Et quid si dominus sit laicus, & vasalli sint clerici?

9 Et quid si inter ipsos agatur eaneummodo de possessione ipsius feudi?

10 Et an vasalli litigantes super feudo possint prorogare iurisdictionem alterius, vt sit Iudex inter ipsos sine licentia domini.

11 Et quis cognoscat in causa appellationis interposita a sententia inter ipsos lata per dominum?

1 **Q**UÆRO, quis sit Iudex a competens in causis feudaliibus? Resp. quod si est controuersia super feudo inter dominum & vasallum, eo casu eliguntur pares b curiæ, qui in causa ipsa iudicant. Tex. est in c. 1. §. *præterea si inter de prob. feud. alien. per Frider.*

2 Sed quomodo eligentur isti ¶ pares curiæ? Respo. quod primo dominus eliget vnum vel plures, quot voluerit, & deinde vasallus eliget totidem iuxta numerum à domino comprobatum. Ita dicit gl. in d. §. *præterea si inter. in v. rbo. pares curiæ. & Bal. in c. 1. in primis verbis, de controuer. feud. apud par. termin.* Et ita volunt communiter Dd. vt dicit Iac. de feud. in verb. *Et dicti vasalli. post n. 10. vers. Quæro etiam.*

3 Sed an isti pares curiæ poterunt ¶ cogi ad iudicandum? Respo. quod sic. Et ita volunt omnes Dd. vt ait Iac. in verb. *Et dicti vasalli. n. 14.*

4 Sed quid si dominus ¶ sit laicus, & vasallus sit clericus, nunquid pares curiæ poterunt cognoscere, an ipse clericus sit priuandus feudo occasione felonix c vel delicti? Respo. quod sic. Ita tenet Innoc. in c. *verum. de foro compet.* quam sequuntur communiter Scribentes, vt dicit Alex. *conf. 79. circa princ. lib. 1. Ripa in c. decernimus. post n. 21. vers. Intellige. de iudicis.* Nā respectu feudi, vt inferius dicam, clericus & Ecclesia laicis subiiciuntur.

5 Si vero sit quæstio inter ipsos ¶ vasallos super feudo, tunc aut isti vasalli sunt Duces, Comites, aut Barones, & sic immediate subiecti Imperatori, & solus Imperator inter eos iudicat. Tex. est in c. *apud quem vel quos controuer. feud. &c.* Et dicit Curt. iun. *de feud. in 7. par. in 1. reg.* quod omnes Feudistæ ita determinant. Aut

6 vero est contentio inter vasallos e inferiores, & si quidem controuersia nō est super ipso feudo, vel re feudali, dominus non est Iudex inter ipsos. Ita dicunt communiter Can. vt ait Curt. iun. *in d. 7. par. in 2. reg. vers. Septimo fallit.* Si vero contentio super feudo, tunc dominus directus est Iudex competens inter ipsos. Tex. est in d. c. 1. §. *præterea si inter.*

7 Sed nunquid hoc casu ¶ iurisdicctio ipsius domini inter vasallos dicitur ordinaria, vel delegata? Respo. q̄ respectu causæ concernentis ipsam rem feudalem, dominus habet inter vasallos iurisdictionem ordinariam, & ista est communis opi. vt dicit Curt. iun. *in d. 7. parte in 2. reg. q. 8.* Cum enim talis iurisdicctio sit à lege collata, merito dici debet ordinaria.

8 Sed pone, quod contra dominum ¶ volentem inter vasallos de feudo cognoscere, vnus ex ipsis opponat declinatoriam, puta, quia conuentus neget se esse vasallū, nunquid ipse dominus poterit cognoscere, an sua sit iurisdicctio? Respo. quod non, sed super hoc cognosceret Iudex ordinarius, qui deinde comperro, qd̄ iste cōuentus sit vasallus, remittit causam ipsi domino decidendam. Ita tenet gl. in c. 1. in gl. *fi. de inue. in mari fact.* & est communis opi. vt dicit Curt. iun. *in d. 7. par. in 2. reg. q. 7.* quæ tamen in puncto iuris nō transit sine difficultate. Et videmus, quod de iure communi Iudex, corā quo opponitur declinatoria, semper cognoscat an iurisdicctio sit sua, vel ne: tamē propter auctoritatem gl. & Dd. difficile esset in practica obtinere cō-

trarium, maxime, quia reuera maius est interesse domini, qui cognoscere & iudicare debet, an aliquis sit suus vasallus, quā Iudicis ordinarii, qui nō tractat nisi de commodo sportularum. Quidquid sit, vbi iste excipiens esset in q̄ possessione vasalli agit omnino inclinarem in sententiam, quod dominus ipse cognosceret, vel saltem pares curiæ, non a Iudex ordinarius. 8

9 Et hæc quidem conclusio, quod ¶ sc. inter vasallos de feudo litigantes dominus sit Iudex ordinarius, de plano procedit, quando vasalli sunt laici. Sed quid si vasalli sint clerici, & dominus sit laicus? Respo. qd̄ adhuc ipse dominus est corū Iudex g ordinarius. Et ista est cōmunis opi. vt dicit Mari. in c. *ex transmissa. in 5. limita. de foro compet. Fel. in c. verum. post n. 3. vers. tenet Modern. de foro compet. Cur. iun. in d. 2. reg. in 2. q. Iac. de feud. in verb. Et dicti vasalli. n. 3.* Nā vt dixi, ratione feudi Ecclesia & clerici domino laico subiiciuntur, prout etiā esse cōmunē opi. testatur Dec. in c. *caterū. n. 20. de iud.* Et ita de cōsuetudine seruatur, quod Iudex laicus cognoscat de re feudali inter clericos, prout de ipsa cōsuetudine attestatur Archid. in cap. *vnico. de cler. conuig. in 6.* Et ita seruat Parlamentum Delphinale, vt refert Gurd. Pap. *der. 139. n. 1. in fin.* Bene verum est, quod hæc opi. aliquando non placuit DD. Canonistis, quorum multi tenuerunt, quod clerici non mutant forum in causa feudali. Et ita hanc esse communem opi. DD. Canonistarum attestatur Guido Pap. in *allegata decis. 139. in primis verbis*, sed hodie alia opi. est magis communis Legistarum & Canonist. & ideo sequenda, saluo semper iudicio sanctæ Ecclesiæ. Et ita seruat Senatus.

10 Quæ quidem opi. modicam habet difficultatem, quando inter istos vasallos clericos agitur de proprietate ipsius feudi, & sic de ipso feudo. Sed quid si agatur ¶ possessorio, & sic solum de possessione ipsius feudi? Respo. Gl. in d. c. *caterum. in verbo. Quandiu parati. de iudic. tenuit*, quod eo casu iudicium spectet ad Iudicem ordinarium ecclesiasticum, sed tamen illa gl. in hoc communiter reprobatur, vt dicit Bal. in eo c. *caterum. quem refert Iac. in verb. Et dicti vasalli. post n. 5.* & ideo tenenda est h contraria opi. quod scilicet vtroq; h casu cognitio spectet ad dominum directi, quam dicit esse communem Arer. in d. c. *caterum. col. 4.* Et post eum Dec. *ibi. post n. 66. vers. An autem si agatur.* Curt. iun. in d. 2. *regul. n. 6. q. Regulariter enim ille debet esse Iudex in causa possessionis, qui est Iudex competens in causa i proprietatis.*

11 Sed quæro, nunquid poterunt ¶ vasalli de feudo litigantes prorogare iurisdictionem alterius Iudicis sine licentia ipsius domini? Respond. quod non. Ita tenet Bart. in l. 1. n. 2. ff. *de iudic.* & est communis opi. vt dicit Alex. in l. 1. §. *Et post operis. nu. 21. ff. de noui oper. nuncia. Iac. k in verb. Et dicti vasalli. nu. 32.* Curt. iun. in d. 2. *regul. in 5. q. Sapia in d. l. 1. nu. 23. ff. de iudic.* Maranta in suo *Speculo, in 4. part. principali in 12. diuisione. nu. 19.* Ex quo enim talis iurisdicctio domino est à lege specialiter tributa, non potest consensus partium, contra priuilegium à iure concessum, quicquam operari, vt in simili dicitur de clericis, qui non possunt, etiamsi velint, consentire l in Iudicem laicum in præiudicium l iurisdictionis Ecclesiasticæ. Hoc tamen intellige, vt procedat, quando causa est super re m feudali: m sed si esset super alia re, tunc bene possent vasalli prorogare iurisdictionem alterius domini, non modo si essent simpliciter subditi ipsi domino ratione iurisdictionis & subiectionis: sed etiam si tene-

rent ab eo feudum. Ita allegatur tenere Bart. in d. §. & post operis. n. 8. & in d. l. i. n. 4. ff. de iud. quod dictum Bar. omnes sequuntur, ut dicit Capic. dec. 9. n. 11.

11 Successive quæro, si dominus iudicavit in causa feudali inter suos vasallos vertente, ad quem sit appellatum n. ad proximiorum dominum, qui sit superior illius feudi, & si deinde etiam à proximiorum domino, qui sit superior illius feudi, contingat appellari, erit appellandum ad dominum magis superiorum. Ita sentit Ioan. Raynut. in rep. cap. Imperialem. §. præterea si inter. de prohib. feud. aliena. per Frid. & est communis conclusio Dd. ut dicit Curt. iun. in d. 7. part. in 2. regul. q. 11.

ADDITIONES.

a *Sit iudex.*) Et generaliter qui debeant esse Iudices in causa feudi, vide per Iacob eo tract. verb. & dicti vasalli. sub n. 1. Sed an cognoscens de causa feudali debeat servare ordinem iudiciorum? vide per eundem eod. tract. verb. dicti inuestiti. nu. 25. dicit, quod solus Imperator iudicat, ut reus, per Menoch. ref. causa. fin.

b *Pares curia.*) Verum pares curiæ qui dicantur? vide per Iacob in suis questionibus feudilibus. num. 40 in eod. verb. Et dicti vasalli. sub n. 9. Et an possint constituere locum tenentem? vide per eundem ibi n. 11. Et an debeant iurare de recte iudicando? vide per eundem ibid. n. 12 pro & contra.

c *Felonie.*) Hic cadit pulcherrima dubitatio, An pactum, quod propter feloniam feudum non perdat, valeat? vide atq; dic, ut per Iacob in suis questionibus feudilibus. q. 6. n. 11. Et circa q. auctoris vide fusius per Iacob. eod. verb. & dicti vasalli sub n. 23. & 20.

d *Aut barones.*) Adde & vide per Iac. vbi supra in princ.

e *Inter vasallos.*) Adde & vide per Iacob. ibid. verb. Aut questio vbi facit tres casus.

f *Pares curia.*) Hic cadunt pulcherrimæ dubitationes. Prima, nunquid isti pares possint recusari uti suspecti? vide per Iacob. vbi supra n. 17. Secunda an coram ipsis habeat locum reconventio, de alia causa, quam feudali? vide & dic ut per eundem ibid. n. 18. 19.

g *Ordinarius.*) Hic scias, quod iudex ordinarius loci cognoscit de causa feudali, quæ sit inter extraneos: commune per Venerandum Colleg. Papiæ in respon. cau. Finari. n. 10. & dixi in collect. mea comm. opin. in verb. Iudex. n. 55.

h *Ideo tenenda est contraria opinio.*) Item quod Iudex secularis possit cognoscere de remediis possessoriis, præsertim retinendæ & recuperandæ possessionis, crebrior opinio est Canon-

starum & Legistarum, dixi in d. collect. mea d. loco. nu. 66. & sub num. 68.

i *Proprietatis.*) Si vero sit iudex datus super proprietate secus: commune dixi, ut supra n. 8.

k *Iac.*) Adde per eundem in suis questionibus feudilibus. q. 33. & in l. si conueneris. ff. de iurisd. omnium iudic. nu. 9. vbi dicit hoc notandum.

l *Consentire.*) Et quod clerici haud possint consentire in iudicem laicum, habetur & not. communiter in c. si diligenti, & in c. significasti. de foro compet.

m *Feudali.*) Hic nota, quod negans se vasallum perdit ius, quod habet, per Ial in præf. feud. col. 19. in fin.

n *Ad quem sit appellatum.*) Ad idem vide per Iacob. de feud. verb. & dicti vasalli. n. 36. vbi etiam an debeant seruari tempora à iure communi præfixa tam ad appellandum, quam ad prosequendum appellationem: & vide infra.

QVÆSTIO XCI.

SVMMARIVM.

Tempora appellationum statuta à iure communi an sint etiam seruanda in causis feudilibus?

QVÆRO, an tempora appellacionum statuta à iure communi, sint etiam seruanda in causis feudilibus? Respon. quod sic. Et est communis conclusio Dd. ut dicit Cur. iun. de feud. in 7. part. in 2. regul. quest. 13. Vbi enim non reperitur aliquid specialiter in feudis constitutum, semper seruandum est a ius commune.

ADDITIONO.

a *Ius commune.*) Probat. Nam vbi in materia feudali occurrit casus non decisis in constitutionibus feudorum, debemus stare dispositioni iuris cõmunis. §. strenuus. qui est text. not. de feud. cogni. Item alia ratione, quia id, quod non mutatur, stare minime phibetur, ut habetur in l. sancimus. C. de test. & in l. precipimus. in fin. C. de appellat. & est gl. in l. si quis. C. de Episcopa. aud. cum similibus, de quib. per Otasc. dec. 31. n. 4. Facit tertio istud. Nam vbi aliquid haud est determinatum lege, ad officium ius dicentis est recurrendum. l. 1. ff. de iure deliberan. cum similib. & iudex regulati debet & esse conformis iuri cõmunis: non autem nec durior nec clementior lege. §. oportet in Aut. de iudicib. Et iudicis officium est in admittendo, vel reiciendo appellationem coram se factam & interpositam habetur per Brunal. in Rubric. de pronoca. & appellatio. n. 10. Igitur seruandum est Ius commune appellationum.

F I N I S.



# INDEX RERVM NOTABILIVM LOCVPLETISSIMVS;

## IN TRACTATVS QVATOR

IVLII CLARI ALEXANDRINI  
IVRISCONS. CLARISS.

### A.



**A**bsenti facta donatio an valeat, §. Donatio. q. 12. 82. vers. 1.  
Et quid si interueniat nunciu, vel epistola. ibid.  
Et quid si donatarius adipiscatur possessionem rei donatae. ibid. vers. 3.  
Et quid si donatio facta sit Ecclesie. ibid. vers. 6.  
Et quid si Notarius pro absente stipuletur. q. 13. vbi etiam, an possit ante acceptationem ipsius absentis reuocari. 83. vers. 1.  
Actio pro feudo qua competat. §. Feudum. q. 89. 227. vers. 1.  
Actio qua competat pro emphyt. §. Emphyt. q. 47. 126. vers. 1.  
Aduocatus filius fam. an possit testari de salariis per eum lucratis. §. Testamentum q. 18. 14. vers. 7.  
Agnatus habens partem feudi. si acquirat aliam partem, an teneatur pro illa petere nouam inuestituram. §. Feudum. q. 49. 155. vers. 12.  
Agnatus proximior an possit reuocare alienationem feudi factam per vasallum, & vsque ad quod tempus. eo. §. 42. 150. vers. 10.  
Et quid si alienatio facta sit in extraneum. ibi. vers. 9.  
Et an admittantur ad huiusmodi reuocationem, etiam si sint heredes alienantis. ibid. vers. 14.  
Et quid si agnatus proximior consenserit alienationi, an talis consensus eius filiis prauidet. ibid. vers. 12.  
Et an prauidet agnatis medii gradus. ibid. vers. 13.  
Et quid si filius alienantis & proximior agnatus concurrant, ad huiusmodi reuocationem qui praferatur. ibi. vers. 8. ibid.  
Agnati proximiores aperto feudo an preferantur domino, eod. §. q. 66. 160. vers. 1.  
Agnati transuersales an succedant in feudo, eod. §. q. 79. pag. 167. vers. 1. Et an in feudo nouo. ibid. vers. 2.  
Et an vsq. ad septimum gradum tantum, vel etiam vltra. ibi. vers. 3.  
Et quid in feudo concesso clerico, pro se & heredib. eod. §. vers. 4. 167.  
Agnatus vel filius an possint repudiare hereditatem, & retinere feudum, eo. §. q. 76. 164. vers. 1.  
Et quid in feudo non hereditario. ibid. vers. 3.  
Agnati proximiores finito feudo an possint petere se de ipso feudo inuestiri, eo. §. q. 125. vers. 1.  
Agnati vel filii emphyteuta an possint finita emphyteusi petere, vt eis resurmetur. §. emphyteusis. q. 43. 125. vers. 1.  
Et quid in transuersalibus, ibi. q. 43. ibi. vers. 2.  
Et quid in emphyteusi ecclesiastica, ibi. q. 43. ibid. vers. 3.  
Et quid si fuerit alius de ea inuestitus. 125. vers. Sed pone.  
Et an hoc duret post annum. ibid. vers. Quinimo.  
Et quid si dominus directi velit pro se retinere. ibid. vers. Sed quid si ecclesia.

Alienatio rerum heredu an possit per testatorem prohiberi, §. Test. q. 71. vers. 2. 53  
Alienatio legitima an possit per testatorem prohiberi, eo. §. q. 73. 55 vers. 1.  
Alienatio rei emphyteutica prohibita est domino irrequisito, §. emphyteusis. q. 13. 107. vers. 1.  
Alienatio rei emphyteutica in potentio rem prohibita est, eo. §. q. 22. 114. vers. 1.  
Annus ad petendam inuestituram quando incipiat currere vasallo, §. Feudum. q. 49. 154. vers. 3.  
Et an currat impuberi. ibi. vers. 4.  
Et quid in femina. ibid. vers. 4.  
Et an minor restituatur aduersus lapsum huius anni. ibid. vers. 5.  
Et an hoc tempus currat vasallo non possidenti feudum, vide infr. Vasallus.  
Et an possit mora purgari. ibi. & seq. vers. 9.  
Appellatio in causa feudi ad quem deuoluatur, §. Feudum. q. 90. 173. vers. 11.  
Appellationum tempora quomodo currant in causis feudali- bus, eo. §. q. 91. ibi. vers. 1.  
Arbores fructiferas incidere non licet emphyteuta. §. emphyt. q. 26. 115. vers. 2.  
Argumentum de feudo ad emphyteusim an valeat. §. Feudum q. 3. vers. Et hac quidem. 129.  
Argumentum de feudo ad emphyteusim, & e contra, an valeat. §. emphyt. q. 50. 126. vers. 1.  
Augmentum contingens in re emphyteutica ad quem pertineat. §. q. 41. 124. vers. 1.  
Auis an possit instituere nepotem legitimum, natum ex filio spurio. §. Test. q. 32. 14. vers. 1.

### B.

**B**annitus an possit testari. §. Testament. q. 19. p. 15. vers. 10  
Bannitus an possit capere ex testamento. ibi. q. 20. 16. v. 1.  
Beneficii Ecclesiastici collatio an possit propter ingrati- tudinem reuocari. §. Donat. q. 21. 92. vers. 6.  
Bellum an sit causa sufficiens ad hoc, vt fiat emphyteuta remissio pensionis, vide infr. Remissio.  
Bonorum possessio an a filio scienter preterito possit intentari. §. Test. q. 43. 36. vers. 4.  
Bona in dubio an praesumantur libera vel feudalia. §. Feudum. q. 18. 136. vers. 1.  
Bona futura an veniant in donatione omnium bonorum. §. Donatio. q. 19. 89. vers. 3.  
Bona ecclesia an possint in emphyteusim concedi, vide infr. Praelatus.  
Bona emphyteutica an possint proprie dici allodialia. §. Emphyt. q. 49. 126. vers. 10.  
Et an veniant in generali hypotheca. ibi. q. 18. vers. 1.  
Cada-

# I N D E X.

## C.

**C**aducitas ab emphyteuta incurritur propter canonem non solutum. §. Emphyt. q. 9. 105. ver. 1.  
 Item propter deteriorationem, ibi. q. 26. 115. ver. 1.  
 Item propter alienationem, ibi. q. 24. ver. 1.  
**Caducitas an censeatur remissa propter receptionem pensionis, vide infr. Dominus.**  
**Cancellatio testamenti, vel eius incisio per testatorem facta, nunquid annullat ipsum testamentum, vide §. Test. q. 93. pag. 67. ver. 1.**  
**Et an hoc casu applicetur fisco, vel venientibus ab intestato, ibi. ver. 2.**  
**Capitatoria voluntas valet ad pias causas, q. 6. 5. ver. 5.**  
**Causa propter quas filius potest exheredari, vide infr. Filius.**  
**Causas ingratitudinis, propter quas donatio reuocari potest, vide infra, Ingratitudo.**  
**Cautela, quod censeantur tot donationes, quot res, an operetur, quod non sit necessaria insinatio. §. Don. q. 17. 88. ver. 4.**  
**Cautio de vtendo fruendo, &c an possit per testatorem remitti usufructuario. §. Test. q. 64. 51. ver. 1.**  
**Cautio de restituendo vsuris prestare tenetur vsurarius testari volens, vide infra. Usurarius.**  
**Cecus quando vult testari, quae solemnitates requirantur, eo. §. Test. q. 17. 13. ver. 1.**  
**Et quid si velit testari inter liberos, ibid. ver. 2.**  
**Cessio ex causa donationis facta an requirat insinuationem. §. Donatio. q. 16. 87. ver. 4.**  
**Clausula derogatoria in primo testamento inserta debet specialiter reuocari. §. Test. q. 99. 69. & seq. ver. 1.**  
**Clausula codicillaris an sustineat testamentum nullum ex causa prateritionis, ibi. q. 46. 37. ver. 1. Et quid si posthumus sit ignoranter prateritus, ibi. ver. 2.**  
**Clausula codicillaris semper subintelligitur in testamento condito inter liberos, ibi. q. 8. 8. ver. 8.**  
**Clausula, quod testator vult valere testamentum in vim codicillorum, & non aliter, an operetur, quod non possit valere, vt testamentum, ibi. q. 4. 3. ver. 4.**  
**Clausula codicillaris an sustineat legatum relictum per filiumfam. in vim donationis causa mortis, vide infra, Legatum.**  
**Clausula, Et quibus dederit, an operetur, quod possit res emphyteutica alienari domino non requisito. §. Emph. q. 13. 108. ver. 7.**  
**Clericus an possit testari, vide infr. Prelatus.**  
**Clericus an succedat in feudo. §. Feudum. q. 78. 166. ver. 4.**  
**Clericus vasallus de feudo litigat coram Iudice laico. q. 90. 172. ver. 4. & 8.**  
**Collatio beneficii ecclesiastici an possit propter ingratitudinem reuocari. §. Donatio. q. 21. 92. ver. 6.**  
**Collaterales an succedant in feudo, vide supra, Agnati transfuersales.**  
**Collectarum solutio an spectet ad dominum directi, vel ad emphyteutam. §. Emphyt. q. 26. 126. ver. 1.**  
**Concessio in feudum facta per Prelatum ultra modum consuetum an vitietur in totum. §. Feudum. q. 13. 134. ver. 8.**  
**Concessio castri facta per verbum, Donamus, an censeatur donatio, vel feudalis concessio, ibi. q. 17. 136. ver. 2.**  
**Concessio feudalis an praesumatur ex cursu decennii, ibi. q. 19. 136. ver. 2.**  
**Concessio rei ecclesiastica in emphyteusim facta alio modo, quam solita sit, nunquid valeat, vide infr. Prelatus.**  
**Concessio in emphyteusim potius praesumitur realis, quam personalis. §. Emphyt. q. 28. in prin. 116.**  
**Condemnatus ad mortem an possit testari. §. Test. q. 21. pag. 16. ver. 1.**

**Et an possit testari ad pias causas, ibi. q. 5. 4. ver. 1.**  
**Et quid si fugiat à carceribus, ibi. q. 23. ver. 1.**  
**Condemnatus ad perpetuos carceres an perdat testamenti factionem, ibi. q. 23. 17. ver. 1.**  
**Condictio ex lege datur pro contractu emphyteutico. §. Emphyt. q. 47. 126. ver. 1.**  
**Conditionum plures sunt species. §. Test. q. 39. 30. ver. 1.**  
**Confectio inuentarii, &c. vide infr. Inuentarium.**  
**Confessio recepte dotis facta constante matrimonio, an confirmetur iuramento. §. Donatio. q. 9. 80. ver. 4.**  
**Consensus patris qui requiritur in donatione facienda filio per patrem, an sit necessarius ad integrandam personam filii, an autem solummodo requiratur propter interesse patris, ibi. q. 6. 77. v. 5. Et an debeat expresse interponi, ibi. v. 6. Et an possit is à patre interponi ad sui beneficium, ibi. v. 7.**  
**Constitutum habet vim traditionis. §. Emphyt. q. 13. 150. v. 4.**  
**Consuetudo in feudandi res ecclesia an possit per Prelatum alterari. §. Feudum. q. 13. 135. ver. 7.**  
**Consuetudo, quod vasalli possint alienare feuda sine consensu dominorum, an valeat, ibi. q. 31. 142. ver. 12.**  
**Consuetudo prouinciae maxime est attendenda, vbi tractatur, an emphyteusis ecclesia transeat ad extraneos heredes. §. Emphyt. q. 29. in fin. 119. & seq.**  
**Contractus an possit in testamento celebrari. §. Testam. q. 75. 56. ver. 1.**  
**Contractus libellarius & censualis quid differat à contractu emphyteutico. §. Emph. q. 1. 98. ver. 1.**  
**Contractus an in dubio censeatur censualis, vel emphyteuticus, vel locatio, ibid. ver. 3.**  
**Contractus emphyteuticus an requirat, quod à Principe praestetur certa quantitas, ibi. q. 3. 99. ver. 1.**  
**Contractus emphyteuticus an à Princ. requirat scripturam, vide infr. Scriptura.**  
**Conuentio facta in actu donationis in fauorem tertii absentis, an possit ante eius acceptationem reuocari. §. Donatio. q. 13. pag. 85. ver. 5.**

## D.

**D**amnatus ad mortem, vel ad perpetuos carceres, an possit testari, vide supra, Condemnatus.  
**Dammum contingens in re emphyteutica an operetur remissionem pensionis. §. Emphyt. q. 8. 103. ver. 8.**  
**Debita paterna an sint soluenda de bonis emphyteuticis, ibi. q. 40. 124.**  
**Declaratio domini directi an requiratur ad hoc, vt emphyteuta cadat à iure suo, ibi. q. 9. 105.**  
**Decima an possint per laicum subinfeudari. §. Feudum. q. 32. 143. ver. 3.**  
**Decima ad ecclesiam reuerse an possint per Prelatum iterum in feudum concedi, ibi. q. 13. 134. ver. 2.**  
**Deportatus an possit testari. §. Test. q. 22. 17. ver. 1.**  
**Et an possit capere ex testamento, ibi. ver. 2.**  
**Descendentes in feudo an in infinitum succedant. §. Feudum. q. 79. 167. ver. 3.**  
**Deterioratio est iusta causa propter quam potest emphyteuta expelli. §. Emphyt. q. 26. 115. ver. 1.**  
**Dispositio Antb. ex causa. C. de lib. prater. sustinet testamentum nullum ex causa prateritionis, vel exheredationis. §. Test. q. 52. 40. ver. 1.**  
**Et quid in prateritione facta per matrem, ibi. 40. ver. 2.**  
**Et quid in prateritione posthumi, ibi. 41. ver. 3.**  
**Et quid si posth. sit ignoranter prateritus, ibi. 41. ver. 4.**  
**Et quid in prateritione fratru, ibi. ver. 5.**  
**Et quid si exhereditatio facta sit ex causa legitima, sed non probata, ibi. ver. 6.**  
**Et an sustineatur institutio facta in re certa. q. 53. 41. v. 1.**

# I N D E X.

- Et an legata & fideicom. vniuersalia, ibi. q. 54. 42. ver. 1.*  
*Et an substitutiones pupillares, vel exemplaria, ibi. ver. 2.*  
*Et an legata facta ipsi filio praterito, ibi. ver. 3.*  
*Et an legata facta turpibus personis, ibi. ver. 4.*  
*Dispositio Aurb. quod sine. C. de testam. an extendatur ad fauorem pie causa, vide infr. Scheda.*  
*Dispositio c. quanquam. de vsur. in 6. an habeat locum in eo qui desit exercere vsuras, vide infr. Vsur.*  
*Dispositio §. ex imperfecto, sustinet testamentum inter liberos minus solempne. §. Test. q. 8. 7. ver. 1.*  
*Et quid si vnus ex filiis sit in ipso testamento prateritus, ibi. ver. 6.*  
*Et quid si aliquid ei sit relictum, sed non titulo institutionis, ibi. 8. ver. 7.*  
*Et quid si sit imperfectum ratione voluntatis, q. 9. 8. ver. 1.*  
*Et an sustineatur quoad ea, quae concernunt extraneos, ibi. q. 10. 9. ver. 1.*  
*Et an sustineatur substitutio pupillaris, ibi. ver. 2.*  
*Et quid in donatione tutoris extranei, ibi. ver. 3.*  
*Et an dispositio in d. §. ex imperfecto habeat locum in patre testante inter liberos naturales, ibi. q. 12. 10. ver. 1.*  
*Et quid in matre, ibi. ver. 2.*  
*Et quid si conditum sit testamentum inter filios legitimatos, ibi. ver. 3.*  
*Et quid inter liberos per statutum exclusos, ibi. ver. 4.*  
*Et quid inter liberos non primi, sed vltioris gradus. ver. 5.*  
*Et an habeat locum, quando filius testatur inter parentes, ibi. ver. 6.*  
*Et an ex tali testamento dicatur succedi ex testamento, an autem tanquam ab intestato. q. 13. 10. ver. 1.*  
*Dispositio testatoris facta in vnum eorum, an extendatur ad alium, ibi. q. 76. 58. ver. 10.*  
*Dispositio l. si quis argen. C. de don. sustinet donationem factam solo pacto nudo interueniente. §. Donat. q. 14. 85. ver. 1.*  
*Et an locum habeat in donatione causa mortis, ibi. ver. 2.*  
*Et an in donatione remuneratoria, ibi. ver. 3.*  
*Et an in donatione praesumpta, ibi. ver. 4.*  
*Et an in pacto seu promissione de donando, ibi. 85. & seq. ver. 6.*  
*Dispositio l. si totas. C. de inoffic. donat. quomodo sit intelligenda, ibi. q. 22. 93. ver. 3.*  
*Dispositio l. si vnquam. C. de reuoc. dona. reuocat donationes factas ab illis, qui non habent filios, si eis nascantur filii post factam donationem. 92. ver. 4.*  
*Et an habeat locum in donationibus factis libertis, an etiam cuiuslibet extraneo. 92. ver. 5.*  
*Et quid si tempore donationis iam habeat filios, ibi. 92. & 94. ver. 3.*  
*Et quid si donator tempore donationis de liberis cogitasset, ibi. ver. 2.*  
*Et quid si renunciauerit dispositioni ipsius l. si vnquam, ibi. 93. ver. 4.*  
*Et an dispositio d. l. si vnquam, habeat locum in donatione cuiuslibet partis bonorum, ibi. ver. Quarto insertur. 93. ver. 5.*  
*Et an in donatione rei particularis, ibi.*  
*Et quid si sit appositum iuramentum, ibi. q. 23. 94. ver. 1.*  
*Et quid in donatione facta ecclesiae, ibi. ver. 2.*  
*Et quid in donatione facta ob causam, ibi. ver. 3.*  
*Et quid in donatione remuneratoria, ibi.*  
*Et an dispositio d. l. si vnquam habeat locum in legatis, ibi. 94. ver. 4.*  
*Et an in legitimatione filiorum naturalium, ibi. q. 4. ver. 5.*  
*Et an propter legitimationem filiorum naturalium reuocetur donatio ex dispositione d. l. si vnquam, ibi. v. 6. 95.*  
*Et an reuocatio, quae fit ex dispositione d. l. si vnquam, fiat ipso iure, ibi. 95. ver. 8.*  
*Et quid, si filii nati post donationem praeuocantur patri, an donatio reuocalescat, ibi. ver. 9.*  
*Dispositio l. si. C. de reuoc. donat. reuocat donationes propter ingratitudinem donatariorum, vide infr. Ingratitudo.*  
*Diuisio inter heredes an possit a testatore prohiberi. §. Test. q. 67. 52. ver. 1.*  
*Diuisio rei emphyteutica permessa est inter ipsos emphyteutas. §. Emphyt. q. 14. 110. ver. 1.*  
*Dominus an possit infeudare feudum nondum apertum. §. Feud. q. 14. 135. ver. 1.*  
*Dominus an teneatur tradere vasallo possessionem feudi, ibi. q. 26. 139. ver. 2.*  
*Et quid si eam illi semel tradidit, ibi. 143. ver. 4.*  
*Dominus an teneatur defendere vasal. q. 27. 139. ver. 1.*  
*Et an etiam contra patrem & fratrem ipsius domini, ibi. 139. ver. 2.*  
*Dominus an possit vasallos inuitos in alium alienare, ibi. q. 28. 139. ver. 1.*  
*Et an si alienet, priuetur proprietate feudi, ibi. 140. ver. 3.*  
*Et quid si eos alienet cum toto territorio, ibi. ver. 2.*  
*Dominus an possit pignorare suum directum dominium inuito vasallo, ibi. ver. 4.*  
*Dominus an possit subditis suis collectas imponere. q. 29. ibi. v. 1.*  
*Et an pro dote sua maritanda, ibi. ver. 2.*  
*Dominus an possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis, ibi. q. 30. 140. ver. 1.*  
*Dominus recusans facere inuestituram vasallo an priuetur proprietate feudi. q. 49. 154. ver. 7.*  
*Dominus post vasalli culpam seruitium ab eo recipiens, an censeatur ille remisisse caducitatem, ibi. 63. fol. 204. ver. 1. & q. 49. 155. ver. 10.*  
*Dominus non faciens iustitiam vasallo, an cadat a proprietate feudi. q. 68. 161. ver. 1.*  
*Dominus quando priuetur proprietate, cui proprietate applicetur. q. 72. 162. ver. 10.*  
*Dominus an sit Iudex ordinarius inter vasallos, vide Iudex.*  
*Dominus directi recipiendo pensionem post caducitatem, an censeatur illam remisisse. §. Emph. q. 10. 105. ver. 1.*  
*Et quid in Pralato, vide infr. Pralatus.*  
*Dominus directi, qui expulsi emphyteutiam propter cessationem solutionis, an possit petere pensionem temporis prateriti. q. 10. 106. ver. 2.*  
*Dominus directi post declaratam caducitatem an possit propria auctoritate ingredi emphyt. q. 11. 106. ver. 1.*  
*Et quid finita emphyteusi. q. 44. 125. ver. 1.*  
*Dominus directi an possit expellere propria auctoritate emphyt. qui possessionem suam interuertit. q. 25. 115. ver. 1.*  
*Dominus directi an teneatur finita emphyteusi illam filiis, vel agnatis emphyteutae resimare, vide supra, Agnati, vel infr. Filii.*  
*Donatio facta in penam mutationis testamenti an valeat. §. Test. q. 95. 68. ver. 1.*  
*Donatio vnde dicatur. §. Donat. q. 1. 72. ver. 1.*  
*Donatio an sit contractus nominatus, ibi. 72. & seq. ver. 2.*  
*Donatio perfecta reuocari non potest. ibi. 73. ver. 3.*  
*Donatio conditionalis an sit proprie donatio. q. 2. 73. v. 3.*  
*Donatio reciproca an sit proprie donatio, ibi. 73. ver. 2.*  
*Donatio remuneratoria an sit proprie donatio. q. 3. ibi. ver. 1.*  
*Et an valeat, etiam si merita non probentur, ibi. ver. 2.*  
*Donatio causa mortis quid sit. q. 4. 74. ver. 1.*  
*Donatio an in dubio debeat iudicari inter viuos, vel causa mortis, ibi. ver. 2. Et quid si facta sit ab infirmo, ibi. ver. 3.*  
*Et quid si donationi adiecta sit promissio de non reuocando, ibi. 75. ver. 5.*  
*Donatio causa mortis verum potius comparanda sit contra-*  
ctui,

# I N D E X.

- clui, quam vltima voluntati. q. 5. 75. ver. 1.*  
*Donatio causa mortis facta in testamento an censeatur tanquam legatum, vel tanquam donatio causa mortis, ibid. ver. 3.*  
*Donatio facta in poenam mutationis testamenti non valet. q. 19. in fin. ver. primi. 9*  
*Donatio facta à filiofam. an valeat, vide infr. Filiusfam.*  
*Donatio inter patrem & filium an valeat, vide infr. Pater.*  
*Donatio inter virum & vxor. an valeat, vide infra, Maritus.*  
*Donata sponso vel sponsa, à consar. quineis vel affinibus, an censeantur donata cōtemplatione viri, vel contemplatione vxoris. § Donat. q. 10. 81. ver. 2.*  
*Donatio propter nuptias hodie non est in vsu. q. 11. 82. ver. 1.*  
*Et an censeatur constituta ipso iure, ibi. ver. 2.*  
*Donatio facta absenti an valeat. q. 12. 82. ver. 1.*  
*Et quid si facta sit coram quinque testibus, an sustineatur in vim fideicommissi, ibi. 82. ver. 5.*  
*Donatio in qua apposta est conuentio in fauorem tertii absentis, quando possit ante ipsius absentis acceptionem in eius preiudicium reuocari. q. 13. 84. ver. 5.*  
*Donatio facta presenti & tacenti an valeat. q. 14. 85. ver. 5.*  
*Donatio excedens summam quingentorum aureorum debet insinuari, alias non valet, vide infr. Insinuatio.*  
*Et an vitietur in totum, an autem solummodo quatenus excedit summam quingentorū solidorum. q. 17. 87. 88. v. 1. & an confirmetur iuramento. q. 18. 88. ver. 1.*  
*Donatio hodie perficitur pacto nudo, vide supra, Dispositio l. si quis argentum.*  
*Donatio omnium bonorum presentium & futurorum an valeat. q. 19. 89. ver. 1.*  
*Et an presentium tantum, ibid. ver. 2.*  
*Et an simpliciter bonorum suorum, ibid. ver. 3.*  
*Et an generaliter omnium bonorum, ibi. ver. 4.*  
*Et an bonorum suorum mobilium, & immob. ibid. 90. v. 5.*  
*Et an simpliciter sua hereditatis, ibi. ver. 6.*  
*Et quid si sit collata post mortem, ibi. ver. 7.*  
*Et quid si donator aliquid sibi reseruauerit pro facultate testandi, ibi. ver. 8.*  
*Et quid si reseruauerit vsumfructum, ibi. ver. 9.*  
*Et quid si talis donatio sit iurata. q. 20. 91. ver. 1.*  
*Et nunquid talis donatio annulletur in totum, an autem sustineatur quoad bona presentia, ibi. ver. 2.*  
*Et quid in donatione facta ecclesie, ibi. ver. 3.*  
*Et quid in donatione reciproca facta inter fratres, ibi. v. 4.*  
*Donatio potest propter ingratitudinem reuocari, vide infr. Ingratitudo.*  
*Donatio inofficiosa reuocatur ex dispositione tit. C. de inoffic. dona. q. 24. 95. ver. 1. Et an reuocetur in totum, an autem vsque ad legitimam tantum, ibi. ver. 2.*  
*Et quid si sit iurata, ibi. 96. ver. 3.*  
*Et quid si pater aliquid filio reliquerit, ibi. ver. 4.*  
*Et quid in alienatione facta titulo oneroso, ibi. ver. 5.*  
*Donatio ob causam reuocatur causa non secuta. q. 25. 96. v. 1.*  
*Donatio causa mortis potest quandocunque reuocari, ibi. v. 2.*  
*Et an reuocetur propter conualescentiam donatoris, ibid. ver. 4.*  
*Donatio facta eccles. an reuocetur propter superuenientiam liberorum, vide supra, Dispositio l. si vnquam.*  
*Et an propter ingratitudinem Pralati, vel Capituli, vide infra, Ingratitudo.*  
*Et an in ea requiratur insinuatio, si excedat summam quingentorum solidorum, vide infra, Insinuatio.*  
*Et an valeat donatio omnium bonorum facta ecclesie, vide supra, Donatio omnium bonorum.*  
*Donatarius an teneatur alere donantem, vide infra, Ingratitudo. Et an possit apprehendere possessionem rei emphy-*  
*teutica sibi donata, sine domini consensu. §. Emphyteusis. q. 15. 111. ver. 2.*  
*Donari an possit res emphyteutica irrequisito domino, vide infra, Emphyteuta.*  
*Dua persona an possint simul testamentum condere. §. Testamentum q. 60. 48. ver. 1.*  
*Duo testamenta eodem die confecta, si producantur, quodnam eorum praualeat, ibi. q. 100. 72. ver. 1.*
- E.
- E***A qua non transeunt ad extraneos heredes, non transeunt in fiscum. §. Emphyteusis. q. 29. 120. 121. v. Breuiter.*  
*Epistola interueniente valet donatio facta absenti. §. Donatio q. 12. 82. ver. 1.*  
*Emancipatus si sit prateritus, an vitietur testamentum, vide infra, Prateritio.*  
*Emphyteusis quid differat à contractu libellario, & censuali. §. Emphyteusis. q. 1. 98. ver. 1.*  
*Emphyteusis an sit contractus nominatus, ibi. q. 2. 99. ver. 1.*  
*Emphyteusis ex quanti temporis cursu prescribatur, ibi. q. 7. 101*  
*Emphyteusis an possit alienari in potentiorum, vide supra, Alienatio.*  
*Emphyteusis an transeat ad extraneos heredes, ibi. q. 28. 116. ver. 1.*  
*Et quid si sit ecclesiastica, ibid. 118. ver. 7.*  
*Et quid si aliunde nō constabat bona esse ecclesie, ibi. 118. v. 8.*  
*Et quid si concessa fuerit pro se, & heredibus quibuscunque, ibid. 119. ver. 9.*  
*Et quid si cōcessa fuerit pro se, & quib. dederit, ibi. 119. v. 10.*  
*Emphyteusis an transeat in fiscum. q. 29. 119. ver. 1.*  
*Et an in filios naturales. q. 30. 121*  
*Et an in legitimatos. q. 31. ibi.*  
*Et an in foeminas, vide infra, Foemina.*  
*Et an transeat in Monasterium. q. 33. 121. & seq.*  
*Emphyteusis concessa pro se & filiis, & nepotibus, qui intelligantur. q. 35. 122*  
*Emphyteusis an transeat ad filios, etiam quod non sint heredes, vide infra, Filii.*  
*Emphyteusis an transeat ad institutum in re certa, vide infra, Institutus.*  
*Emphyteusis quando finiatur. §. Emph. q. 42. 124. ver. 1.*  
*Emphyt. antiqua & noua quae dicatur. q. 16. 112. ver. 3.*  
*Emphyteusis hereditaria, non hereditaria, & mixta quae dicatur, ibi. 112. & seq.*  
*Emphyteuta tenetur soluere canonem domino directi, alias cadit à iure suo. q. 8. 101. ver. 1.*  
*Et quid si in contractu appositum est iuramentum. ib. v. 2.*  
*Et quid si pensio sit minima, ibid. 102. ver. 3.*  
*Et quid si cesset in vno nummo, ibi. ver. 4.*  
*Et quid si emphyteuta non possideat rem emphyt. ibi. v. 5.*  
*Et quid si propter bellum nullos fructus percipere potuit, vide infr. Remissio.*  
*Et an propter sterilitatē fiat rei remissio, vide, Sterilitas.*  
*Et quid si contingat aliquod damnum in re emphyteutica, vide supr. Damnum.*  
*Et quid si emphyteuta ignorabat rem esse emphyteuticā, §. Emph. q. 8. 103. ver. 9.*  
*Et an ad vitandam caducitatem sufficiat obligatio. ibi. v. 10.*  
*Et quid si alius, puta, Procurator, soluit pro ipso emphyteuta, ibi. ver. 11.*  
*Et quid si apposta sit poena in inuestitura, ibi. & seq. ver. 12.*  
*Et quid si ex pluribus heredibus emphyteuta aliqui soluerint, & aliqui non, ibi. 104. ver. 13.*  
*Emphyteuta qui canonem non soluit, an possit purgare mortem;*

# I N D E X.

- ram, ibi. v. 15. & ibi quando dicatur purgare moram cele-*  
*ri satisfactione.*  
*Emphy. cessans in solutione canonis, an cadat ipso iure, an au-*  
*tem requiratur sententia, ibi. q. 9. 105*  
*Emphyteuta quo tempore anni debeat soluere pensionem, vi-*  
*de infr. Pensio, & an possit inuito domino soluere pro tri-*  
*bus, vel quatuor annis futuris, ibi.*  
*Emphyteuta non potest alienare rem emphyteuticam domi-*  
*no irrequisito. q. 13. 107. ver. 1.*  
*Et an cadat ipso iure, ibi. ver. 2.*  
*Et quid si non sit secuta traditio, ibi. ver. 3.*  
*Et quid si facta sit traditio per constitutum, ibi. ver. 4.*  
*Et quid si in alienatione protestetur, quod illam facit sal-*  
*uo, & reseruat consensu domini, ibi. ver. 5.*  
*Et quid si post alienationem & traditionem rem ipsam*  
*recuperet, ibi. 108. ver. 6.*  
*Emphyteuta an possint rem emphyteuticam inter se diuidere*  
*domino irrequisito, vide supr. Diuisio.*  
*Emphyteuta an possit sine domini consensu rem emphyteuti-*  
*cam alteri donare vel legare. q. 15. 111. ver. 1. Et an possit*  
*sine domini consensu illam permutare, vide infr. Permu-*  
*tatio.*  
*Et an hypothecare vel pignorar. q. 18. 113. ver. 1.*  
*Et an locare. q. 19. 114. ver. 1.*  
*Et an concedere in emphyteusim. q. 20. ibi. ver. 1.*  
*Emphyteuta an possit constituere seruitutem in fundo em-*  
*phyteutico, vide infr. Seruitus.*  
*Emphyteuta interuertens possessionem domini, an possit ab eo*  
*propria auctoritate expelli, ibi. q. 25. 115. ver. 1.*  
*Et an possit expelli propter deteriorationem. q. 26. ibi. v. 1.*  
*Emphyteuta an possit incidere arbores fructiferas. 116. v. 2.*  
*Emphyt. an teneatur ad collectas, vide supra, Collecta.*  
*Excommunicatus an possit testari. S. Test. q. 24. 13 & 18. v. 1.*  
*Exhereditatio quando reddat testamentum nullum, vel inoffi-*  
*ciosum, ibi. q. 40. 31. ver. 1.*  
*Exhereditationis cause qua sint, vide infr. Filius.*  
*Exhereditatus an succedat in feudo, vide infr. Filius.*  
*Extranei heredes an succedant in feudo. S. Feudum. q. 9. ver. 2.*  
*131. & seq. ver. 9.*  
*Extranei heredes an succedant in emphyteusi. S. Emph. q. 28.*  
*116. ver. 1.*
- F.**
- F**acultas testandi concessa à Principe an intelligatur con-  
 cessa, ut quis possit testari sine solemnitatibus à iure  
 communi requisitis. S. Test. q. 34. 25. ver. 3.  
 Falcidia an possit à test. prohiberi. q. 73. 55. ver. 3.  
 Fœmina an succedant in feudo. S. Feud. q. 73. 162. ver. 1.  
 Et quid si expresse sint vocatae in inuest. ibi. ver. 3.  
 Et quid in feudo empto, ibi. ver. 6. ib. & seq.  
 Et quid si feudum sit fœmineum, ibi. ver. 5.  
 Et quid in feudo, pro quo nullum seruitium praestatur, ibi.  
 163. ver. 7.  
 Et quid si seruitium ita potest praestari per fœminam, sic-  
 ut per masculum, ibi. ver. 8.  
 Et quid si adsit consuetudo, quod fœmina in feudo succe-  
 dant, ibi. ver. 9.  
 Fœmina an succedant in bonis non feudalibus habentibus ta-  
 men dignitatem annexam, ibi. 162. ver. 2.  
 Fœmina quando dicantur vocatae ad feud. simul cum mascu-  
 lis, & quando post eos ordine successiuo, ibi. ver. 4.  
 Fœmina semel admissa ad feudum an per superuenientiam  
 masculi excludatur, ibi. q. 167. 168. ver. 1.  
 Et quid si conuerso, ibid. v. 2. 168. Et quid si masculus statim  
 moriatur, ibi. ver. Sed praesupposita.  
 Fœmina maior 12. an. an teneatur statim petere inuestitu-  
 ram, vide supr. Annus.
- Fœmina an succedant in emphyteusi. S. emph. q. 32. 121. ver. 1.  
 Et quid si sit concessa pro se & filiis, ibi. ver. 2.  
 Et quid si extet statutum in loco, quod extantibus mascu-  
 lis fœmina non succedant, ibi. ver. 3.  
 Feudum quid sit. S. Feud. q. 4. 129.  
 Feudum vnde dicatur, ibi. q. 5. ibid.  
 Feudum an sit contractus nominatus. q. 6. ibid.  
 Et an sit contractus bonae fidei, ibi. ver. Quero etiam. ibid.  
 Feudum quotuplex sit. q. 7. ibid.  
 Feudum nouum & antiquum quid differant. q. 8. 130. ver. 1.  
 Feudum nouum concessum à Principe iure feudi antiqui &  
 paterni, an censeatur nouum, vel antiqui. ibi. 130. v. 2.  
 Et quid si vassallus de feudo antiquo recipiat inuestitura,  
 tanquam de feudo nouo, vide infr. Vassallus.  
 Et quid si feudum antiquum, quod in commissum cecidit,  
 postea eidem concedatur, an retineat ius feudi anti-  
 qui. S. Feud. q. 8. 131. ver. 6.  
 Feudum hereditarium, & feudum ex pacto & prouidentia,  
 quid differant. q. 9. ibid. ver. 1.  
 Feudum acceptum pro se & filiis, an dicatur hered. ibid. v. 3.  
 Et quid si acceptum fuerit pro se, & filiis & heredib. ibi.  
 132. ver. 4.  
 Et quid si sit receptum pro se & heredib. ibi. v. 7. ibi.  
 Et quid si pro se, & heredibus masculis, ibid. ver. 9. 133.  
 Et quid si sit simpliciter acceptum, nulla facta mentione  
 filiorum, neque heredum, ibi. 132. v. 6.  
 Et an in feudo hereditario requiratur, quod volens succe-  
 dere sit heres vassalli vlt. loco defuncti. ibid. ver. 5. ibi.  
 Feuda regalia qua sint. q. 10. 133.  
 Feudum ligium quid sit. q. 11. 133.  
 Et ad quos possit esse homo ligius duorum dom. ibi. ver. 2.  
 Feudum francum quid sit. q. 12. 134.  
 Feud. rectum an possit constitui sine inuestitura. q. 15. 135.  
 Feudum an possit emi. q. 16. 136. ver. 1.  
 Et an feud. emptum dicatur proprie feud. ibi. ver. 2.  
 Feudum an possit alienari sine consensu domini, vide infr.  
 Vassallus. Et an sine consensu agnatorum. q. 41. 148. v. 1.  
 Feudum concessum pro se & heredib. quibuscumq. an trans-  
 eat ad extraneos hered. vide supr. Extranei heredes.  
 Feudum concessum pro se, & quibus dederit, an possit alienari  
 sine consensu domini, vide infr. Vassallus.  
 Feuda an possint diuidi. q. 44. 151. ver. 1.  
 Feudum an possit praescribi, q. 4. 152. ver. 1.  
 Feudum an sit impuandum in legitimam. q. 46. 153. ver. 1.  
 Feudum finitum cui aperiatur domino, an agnatis, vide su-  
 pra, Agnati proximiores.  
 Feudum an veniat in confiscatione bonorum. q. 84. 169.  
 Feudum an veniat in generali alienatione. q. 31. 142. v. 10.  
 Feudum an veniat in restitut. fideicom. q. 85. 170. ver. 1.  
 Et quid si fideicommissarius sit ex comprehensis in inue-  
 stitura, ibi. ver. 3.  
 Feudalis res an possit in emphyteusim. concedi, vide infr. Va-  
 sallus.  
 Fideicommissum, in quo sunt vocati plures sub nomine colle-  
 ctiuo, praesumitur eo ordine factum, quo ipsi ab intestato  
 succederent. S. Test. q. 76. 58. ver. 14.  
 Fideicommissa ampliantur & restringuntur ex tacita vo-  
 luntate testatoris, ibi. q. 76. 57. ver. 2.  
 Fideicommissum an in dubio censeatur iniunctum filio, vel  
 eius heredi. q. 72. 54. ver. 4.  
 Fideicommissum an possit imponi heredi super rebus iam ab  
 ipso testatore illi donatis. q. 71. ibid. ver. 2.  
 Fideicommissa vniuersalia an sustineantur ex dispositione,  
 aut ex causa, vide supra, Dispo. Authen. ex causa.  
 Fideicommiss. an succedat in feudo, vide supra, Feudum.  
 Filia an possit testari de dote. S. Testamentum. q. 18. 14. v. 1.  
 Filia

# I N D E X.

- Filia an possit institui in sola dote sua.* q. 44. 36. ver. 1.  
*Filia à statuto exclusa si sit praterita, an rumpat Testamentum.* q. 42. 33. ver. 6.  
*Filius an possit institui sub cond. §. Test.* q. 39. 30. ver. 1.  
*Filia ex quibus causis possit à patre exher.* q. 41. 32. ver. 1.  
*Et an solum propter illas 14. causas à iure expressas, ibid.* ver. 2.  
*Et an propter iniuriam verbalem tantum, ibi.* ver. 3.  
*Et an quia filia sine patris consensu nupserit, ibi.* ver. 4.  
*Et an possit filius exheredari propter iniuriam factam domino directo feudi, ibi.* 32. ver. 6.  
*Et an mater possit filium exheredare, quia pater sit prodigus & dilapidator, ibi.* ver. 7.  
*Et quid si filius post ingratitudinis causam commissam factus sit furiosus, ibi.* 33. ver. 8.  
*Et quid si post ingratitudinem fecerit pœnitentiam, ibid.* ver. 9.  
*Filii prateritione, aut exhered. quando testamentum annullatur, vide supra, Exhered. & infr. Prateritio.*  
*Filius legitimatus an rumpat testam. vide infr. Legitimus.*  
*Filii positi in cond. an censeantur vocati.* q. 77. 59. ver. 1.  
*Et quid si sint etiam à testatore grauati.* q. 78. 61. ver. 1.  
*Et quid si sit apposita dictio, Masculis.* q. 79. 62. ver. 1.  
*Et quid si sint ex descendentibus testatoris, ibi.* ver. 2.  
*Et quid si testator sit digressus ad plures gradus substitutionum, ibi.* ver. 3.  
*Filius an possit praterire patrem vel matrem.* q. 48. & 49. 39. ver. 1.  
*Filio relinqui debet legitima tit. instit.* q. 38. 27. ver. 1.  
*Et quid de iure Digestorum, ibi.* 28. ver. 2.  
*Et quid de iure canonico, ibi.* 28. ver. 3.  
*Et quid in testamento ad pias causas, ibi.* ver. 5.  
*Et quid in eo qui testatur volens ingredi religionem, ibi.* v. 6.  
*Et quid in testamento inter liberos, vide supra, Dispositio §. ex imperfecto.*  
*Et quid si adsit statutum disponens de legitima aliter, quam ius commune.* d. q. 38. 29. ver. 9.  
*Et an integra legitima sit relinquenda, ibi.* ver. 10.  
*Et quid si finis sit bono. per ver. b. relinquo, ibi.* ver. 11.  
*Et quid si dicat relinquo pro legitima, vel falcidia, ibi.* ver. Quid vero.  
*Et quid si dicat, relinquo filia mea pro dote, ibi.* 29. v. 12.  
*Et quid si dicat, quod nihil ultra petere possit, ibi.* ver. 13.  
*Et quid si dicat, quod Testamentum possit extendi dictamine sapientis, an possint addi illa verba, titulo institutionis, ibi.* ver. 14.  
*Filius familias an possit testari.* q. 18. 14. ver. 1.  
*Et an de peculio aduentitio, ibi.* ver. 2.  
*Et an de bonis castrensibus, ibi.* 14. ver. 6.  
*Et quid de salario quod lucratus est in aduocatione, ibi.* v. 7.  
*Et an possit testari ad pias causas.* q. 5. 3. ver. 4.  
*Filius naturalis vel spurius an possit à patre heres institui, vide infra, Spurius.*  
*Filius an possit reuocare alienationem feudi factam per patrem, vide supra, Agnatus.*  
*Filius possidens feudum paternum an teneatur creditoribus paternis satisfacere.* §. Feud. q. 43. 151. ver. 1.  
*Filius exhered. an succedat in feudo.* q. 74. 163. ver. 1.  
*Filius institutus in re certa an succedat in feudo equaliter cum aliis.* q. 86. 170. ver. 1.  
*Filius an possit hereditatem repudiare, & retinere feudum, vide supra, Agnatus, vel Filius.*  
*Filiusfam. an possit donare.* §. Donatio. q. 6. 76. ver. 1. vbi late, an possit donare inter viuos, & an causa mortis, & an possit donare bona aduentitia, & que ad eum spectent pleno iure, &c.  
*Filiusfam. an possit donare causa mortis patri sibi consensum prestanti, vide infra, Pater.*  
*Filius naturalis an succedat in emphyteusi.* §. Emphyteusis. q. 30. 121. ver. 1.  
*Filius an teneatur de emphyteusi paternis creditoribus satisfacere, vide supra, Debita.*  
*Filius an possit repudiare hereditatem, & retinere emphyteusim.* q. 37. 121. ver. 3.  
*Filia an succedant in emphyteusi, etiam quod non sint heredes, ibi.* ver. 4.  
*Filii vel agnati emphyteuti an possint finita emphyteusi petere, vt eis confirmetur, vide supra, Agnati.*  
*Finita emphyteusi an possit dominus propria auctoritate ingredi rem emphyteuticam, vide supra, Dominus.*  
*Finita emphyteusi cuius sunt melioramenta, vide infra, Melioramenta.*  
*Finita emphyteusi an possint agnati vel filii petere, quod eis confirmetur, vide supra, Agnati.*  
*Fiscus an auferat hereditatem à filio spurio à patre instituto, vide infra, Spurius.*  
*Et an ab eo qui erat institutus in testamento, quod reperitur à testatore cancellatum, vide supra, Cancellata.*  
*Fiscus an succedat in emph. §. Emphyteusis.* q. 29. 120.  
*Et quid si sit ecclesiastica, ibi.* 121.  
*Frater an possit praterire fratrem.* §. Test. q. 50. 39. 40. ver. 2. Et an frater prateritus rumpat testamentum in totum, ibi. v. 1.  
*Frater mendicantes qui dicantur, ibi.* q. 29. 22. ver. 2.  
*Frater minor vel predicatore an possint capere ex testamento, ibi.* ver. 3.  
*Et an possint in testa. testes adhiberi, vide infr. Monachus.*  
*Furiosus an possit testari ad pias causas.* §. Test. q. 5. 3. & 4. ver. 5.  
*Furiosus an possit exheredari ex causa ingratitudinis ante fatorem commissam, vide supra, Filius.*

## G.

**G**eneratio tertia, quarta, quomodo intelligatur. §. Emphyteusis. q. 34. 122

## H.

**H**eres scriptus in testamento minus solemniter an possit retinere hereditatem. §. Testam. q. 90. 65. ver. 1.  
*Heredis nominatio à testatore ore proprio fieri debet, ibid.* q. 37. 25. v. 1. Et ibi late, quid si Notarius vel alius illum nominet, & testator interrogatus respondeat, quod sic, ibi. v. 2.  
*Et quid si heres nominetur per relationem ad schedulam.* q. 36. 26. ver. 2.  
*Heres qui cepit persolvere legata ex testamento minus solemniter, an possit cogi alia persolvere.* q. 90. 65. ver. 3.  
*Heredis institutio est caput testamenti.* vide infra, Institutio.  
*Heres an possit à testatore in euentum alicuius conditionis hereditate priuari, ibi.* q. 69. 53. ver. 1.  
*Et cui hoc casu hereditas ipsa applicetur, ibi.* ver. 3.  
*Heres qui in actu testamenti promisit legatariis legata persolvere, an possit ex tali promissione conueniri.* q. 95. 68. ver. 1.  
*Heredes extranei an succedant in emphyteusi, vide supr. Extraneus.*  
*Hypothecari an possit res emphyteutica domino irrequisito.* §. Emphyteusis. q. 18. 115  
*Hypotheca generalis an comprehendat etiam bona emphyteutica, ibi.*

## I.

**I**gnorantia, quod res esset emphyteutica, an excuset emphyteutam à cessatione canonis, vide supra, Emphyte.  
*Incidere arbores fructiferas an liceat emphyteute, vide supra, Arbores.*

# I N D E X.

- Incisione testamenti per testatorem facta, an testamentum ipsum annulleretur, vide supra, Cancellatio.*
- Incrementum eueniens in re feudali an accrescat vasallo. §. Feudum. q. 88. 171. ver. 3.*
- Infamis an possit testari. §. Testamentum q. 72. 18*
- Ingratitudo est iusta causa, propter quam donatio facta reuocetur ex dispositione l. fin. C. de reuoc. donat. §. Donat. q. 21. 91. ver. 1.*
- Et an possit reuocari etiam ob alias causas ingratitude in ipsa lege non expressas, ibi. ver. 2.*
- Et an propter alimenta non prestita, ibi. ver. 3.*
- Et an donatio facta ecclesie possit reuocari propter ingratitude Prælati, vel Capituli, ibi. 92. ver. 5.*
- Et an collatio beneficii ecclesiastici possit per Prælatum reuocari ob ingratitude, vide supra, Collatio.*
- Ingratitudo Prælati an noceat ecclesie. §. Feu. q. 67. 161*
- Ingressus religionem vel iam ingressus, an possit testari, vide infra, Religio.*
- Ingressus religionis an rumpat test. vide infra, Religio.*
- Inhabiles ad testandum an possint testari ad pias causas. §. Testam. q. 5. ver. 2. & ibi quid in pup. illo, prodigo, furioso, damnato ad mortem, & filiosam. &c.*
- Iniuria verbalis illata patri per filium, an sit sufficiens causa ad exheredationem, vide supra, Filius.*
- Insinuatio à statuto requisita an possit à testatore prohiberi. §. Testam. q. 65. 51. ver. 1.*
- Insinuatio quid sit. §. Donatio. q. 15. 86. ver. 2.*
- Et quomodo fiat, ibi. ver. 3.*
- Et an facienda sit in loco iudicii, ibi. 86. ver. 4.*
- Et an in ea requiratur decretum Iudicis, ibi. ver. 5.*
- Insinuatio requiritur in quacumq; donatione, excedente summam quingentorum solidorum. §. Donatio. q. 16. 87. v. 1.*
- Et quid in liberatione, ibi. ver. 2.*
- Et quid in pacto de non petendo, ibi. 113. ver. 3.*
- Et quid in cessione, ibi. ver. 4.*
- Et quid in donatione reciproca, ibi. ver. 5.*
- Et quid in donatione ob causam, ibi. ver. 6.*
- Et quid in donatione facta ecclesie. q. 17. ibi. 87. ver. 1.*
- Et quid si dictum sit, quod sint tot donationes, quot res. vide supra, Cautela.*
- Et quid si sit renunciatum insinuationi, ibi. 88. v. 5.*
- Et an donatio non insinuata confirmetur iuramento. q. 18. ibi. 88. ver. 1.*
- Et an donatio propter defectum insinuationis annulleretur in totum, an autem solummodo quatenus excedit summam quingentorum solidorum. q. 17. 87. ver. 2.*
- Institutio heredis est caput testamenti. §. Test. q. 35. 25. ver. 1.*
- Institutio facta in re certa an sustineatur per dispositionem Auth. ex causa, vide supra, Dispositio Auth. ex causa.*
- Instituendus est filius à patre, alias testamentum est nullum, vide supra, Filius.*
- Institutus in re certa an aequaliter succedat cum aliis in emphyteusi. §. Emphyteusis. q. 38. 123. ver. 1.*
- Institutus in re certa an succedat in feudo aequaliter cum aliis, vide supra, Filius.*
- Intestabilis actiue an sit etiam intestabilis passiue. §. Testamentum. q. 34. 25. ver. 2.*
- Interuertens emphyteuta possessionem domini an possit ab eo propria auctoritate expelli, vide supra, Emphyteuta.*
- Inuentarii confessio an possit à testatore remitti. §. Testamentum. q. 66. 51. ver. 1. & ibi quid in herede, & in usufructuario, & in tutore. 52*
- Inuestitura a quotuplex §. Feudum. q. 26. 139. ver. 1.*
- Inuestitura an transferat possessionem feudi in vasallum. ibi.*
- Inuestituram petere debet vasallus à domino intra annum & diem, vide infra, Vasallus.*
- Iocalia & vestes quas maritus facit uxori an efficiantur propria uxoris. §. Donat. q. 10. 81. ver. 3.*
- Iudex competens quis sit in causis feudalibus. §. Feud. q. 90. 172. ver. 1. vbi late, quid si contentio sit inter dominum & vasallum.*
- Et quid si inter ipsos vasallos, ibi. ver. 5.*
- Et quid si aliquis eorum sit clericus, &c. ibi. ver. 8.*
- Iudex appellationis quis sit in causis feudalibus, vide supra, Appellatio.*
- Iuramentum in testamento appositum habet vim clausule derogatoria. §. Testamentum. q. 94. 67. ver. 5.*
- Iuramentum fidelitatis an possit prestari per Procuratorem. §. Feud. q. 49. 155. ver. 13.*
- Iuramentum an confirmet donationem factam inter patrem & filium. §. Donat. q. 8. 79. ver. 8.*
- Et an confirmet donationem omnium bonorum. q. 20. 91. ver. 1.*
- Et an confirmet donat. inter vir. & uxorem. q. 9. 80. ver. 3.*
- Et quid si sit simulata, ibi. ver. 4.*
- Et an suppleat defectum insinuatione. q. 18. 88. ver. 1.*
- Iuramentum positum in inuestitura an operetur, quod emphyteuta cadat primo anno, quo cessat in solutione canonis, vide supra, Emphyteuta.*
- Iura loquentia de emphyteusi an habeant locum etiam in bonis emphyteuticis ecclesie. §. Emph. q. 48. 126*
- Et an quoad præiudicium laicorum, qui bona ipsa habent in emphyteusim, ibi.*
- Iurisdictio acquisita per vasallum an accrescat feudo. §. Feu. q. 88. 171. ver. 5.*
- Iurisdictio an possit prorogari per vasallos litigantes. q. 90. 172. ver. 10.*
- Ius accrescendi an possit à testatore prohiberi. §. Test. q. 74. 56. ver. 2.*
- Ius accrescendi an habeat locum in feudis §. Feu. q. 77. 165. v. 1.*
- Ius feudorum quando originem habuerit. q. 1. 128*
- Ius priuandi vasallum feudo an transeat ad heredes domini. q. 64. 159. ver. 1.*
- Et an contra heredes vasalli. q. 65. 159*
- Ius accrescendi an habeat locum in emphyteusi. §. Emph. q. 39. 123. ver. 1.*
- Ius petendi renouationem competens agnatis vel filiis emphyteuta, an duret ultra annum, vide supra, Agnati.*

## L.

- L**audemium soluendum est domino in alienatione rei emphyteutica, §. Emph. q. 23. 114. & seq. ver. 1.
- Et an etiam de rebus donatis, ibi. ver. 2.*
- Et quid si res emphyteutica poterat ex forma inuestituræ alienari, etiam domino irrequisito, ibi. 115. ver. 3.*
- Et quis teneatur soluere laudemium, an alienans, vel nouus acquirens, ibi. ver. 4.*
- Et an laudemium pertineat ad proprietarium, vel ad usufructuarium, ibi. ver. 5.*
- Lazarus à mortuis resurgens an recuperauerit bona. §. Test. q. 86. 64. ver. 1.*
- Legata vniuersalia an sustineantur ex dispositione Auth. ex causa. & quid in legatis factis filio præterito, vel factis turpibus personis, vide supra, Dispositio Auth. ex causa.*
- Legata que sustinentur ex dispositione Auth. ex causa, an petantur actione ex testam. q. 54. 42. ver. 6.*
- Legatarius an possit esse testis in testam. q. 55. 44. ver. 8.*
- Legatarius an possit retinere rem sibi relictam in testamento minus solenni. q. 90. 65. ver. 3.*
- Legatario an testator licentiam concedere possit, vt propria auctor. capiat rem legatam. q. 68. 53. ver. 1.*
- Legari an possit res feudalis. §. Feud. q. 40. 148. ver. 4.*
- Et an legato feudo debeatur saltem extimatio, ibi.*

# I N D E X.

Et an pater possit feudum vni ex filiis suis prælegare, vide infra, Pater.

Legatum à filiofa. relictu in testamento, cui inserta est clausula codicillaris, an sustineatur in vim donationis causa mortis. §. Donatio. q. 6. 77. ver. 8.

Legatum an reuocetur propter superuenientiam liberorum, vide supra. Dispositio l. si ynquam.

Legari an possit res emphyteutica sine domini consensu, vide supra, Emphyteuta.

Leges loquentes de emphyteusi an habeant locum in bonis emphyt. ecclesiast. vide supra, Iura.

Legitima est filio relinquenda titulo institutionis, vide supra. Filius.

Et quid in legitima ascendentium. §. Test. q. 38. 29. ver. 8.

Legitima alienationem an testator prohibere possit, vide supra. Alienatio.

Legitima detractionem an possit testator prohibere, ibid. d. q. 72. 54. ver. 1.

Legitimus an possit à patre heres institui, vide infra, Spurius.

Legitimus prateritus an rumpat test. ibi. q. 84. 64. ver. 1.

Legitimus an succedat in Feudo. §. Feudum. q. 82. 168. ver. 1.

Et quid si expresse sit legitimus à principe ad feuda. v. 3. ibid.

Et quid si à Comite Palatino, ibid.

Et quid in legitimatione per subsequens matrimonium, ibid. vers. 4.

Legitimatione an reuocetur propter superuenientiam filiorum, vide supra. Dispositio l. si ynquam.

Legitimatione filii naturalis an reuocet donationem ad instar natiuitatis filii legitimi, vide supra, Dispositio l. si ynquam.

Legitimus an succedat in emphyt. §. Emph. q. 31. 121.

Liberalitas gratuita an indigeat insinuatione, vid. insinuatio.

Liber feudorum an sit ius scriptum, vel consuetudo. §. Feudum. q. 2. 128

Liber feudorum an sit auth. & allegabilis ad decisionem causarum, ibid. q. 3. & ibi etiam an possit allegari extra materiam feudalem, & an liget Ecclesias, & ecclesiasticas personas.

Libellarius contractus quid differat ab emphyteutico, vide supra, Contractus.

Libertus an possit praterire patronum. §. Test. q. 51. 40.

Locari an possit res emphyteutica sine domini consensu, vide supra, Emphyteuta.

M.

**M**aritus an possit donare vxori, & e contra. §. Donatio. q. 9. 79. ver. 1.

Et quid in donatione causa mortis, ibi. ver. 2.

Et quid si facta sit ob compensationem ignobilitatis, vel senectutis, ibi. 80. ver. 5.

Et an confirmetur morte. ibid. ver. 6.

Et à quo tempore operetur talis confirmatio, ibi. 81. v. 7.

Et an huiusmodi donatio confirmetur iuramento, ibi. v. 8.

Mater an possit filium exheredare aut praterire. §. Testamentum. q. 41. 32. ver. 7. & q. 47. 38. & 39. & vide supra. Exhereditatio, & Filius.

Mendicantes qui dicantur, vide supra, Fratres mendicantes.

Melioramenta finito feudo cui remanere debeant. §. Feudum. q. 88. 171. ver. 1.

Et quomodo aestimanda sint, ibi. ver. 2.

Melioramenta facta per emphyteutam cui remaneant finita emphyteusi. §. Emph. q. 45. 125.

Meritorum probatio an requiratur in donatione remuneratoria. §. Donatio. q. 3. 74. ver. 3.

Et an probetur per assertionem donantis, ibi. 73. ver. 2.

Et an debeant æquialere ipsi donationi, ibi. ver. 4.

Metus nunquid annullat test. ipso iure §. Test. q. 87. 63.

Militis test. plura habet priuileg. §. Test. q. 15. 12. ver. 1.

Et an miles illa amittat post missionem, ibi. ver. 4.

Et an illa competant aliis personis non militantibus, quæ sunt in castris, ibi. ver. 5.

Miles potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. §. Testamentum. q. 16. 12. ver. 1.

Miles an possit filium exheredare, ibi. q. 42. 33. 34. ver. 3.

Minor 25. annis an restituatur aduersus lapsum anni à lege præfixi ad petendam inuest. vide supra, Annus.

Minorita an possint capere ex testamento, vide supra. Fratres.

Monach. vel religio. an possit test. §. Testam. q. 28. 21. ver. 1.

Monachi an possint capere ex testamento. q. 29. ibid. ver. 1.

Et an possint esse testes in testam. q. 55. 43. ver. 7.

Monacho herede instituto an hereditas deferatur ipso iure monacho vel monasterio. q. 30. 22. 23.

Monachus an succedat in feudo. §. Feud. q. 78. 166. ver. 1.

Monasterium an succedat in emphyt. §. Emph. q. 33. 121. 122. ver. 1.

Morte confirmatur donatio inter virum & vxorem, vide supra, Maritus. Consi. matur etiam donatio inter patrem & filium, vide infra, Pater.

Mora an possit per emphyt. purgari. vide supra, emphyt.

Mulier an possit esse testis in testa. §. Testa. q. 55. 43. ver. 2.

Et quid de iure canonico ibi. ver. 3.

Et quid in testamento ad pias causas. q. 6. 5. ver. 4.

Et quid in testamento inter liberos. q. 8. 7. ver. 4.

Et quid in codicillis. q. 55. 43. ver. 6.

Munera missa sponsa ab eius sponso, vel socero, an presumantur illi donata. §. Donatio. q. 10. 81. ver. 10.

## N.

**N**aturalis obligatio an oriatur ex testamento non solemn. vide infra, Obligatio.

Naturales filii an possint capere ex testa. vide infra, Spurius.

Et an prateriti rumpant test. §. Test. q. 42. 33. 43. ver. 1.

Naturalis an succedat in feudo. §. Feud. q. 82. 168. ver. 1.

Naturales an succedant in emphyteusi, vide supra, Filius.

Nepos legitimus ex filio spurio an possit ab auo heres institui, vide supra, Auus.

Nepotes an in feudo succedant in stirpes, vel in capita. §. Feudum. q. 75. 164. ver. 1.

Nepos ex filia femina an succedat in emphyteusi. §. Emphyt. q. 36. 123. ver. 1.

Nepos an faciat secundam vel tertiam generationem. §. Emphyt. q. 34. 122.

Nominatio heredis à testatore proprio ore fieri debet, vide supra, Heres.

Notarius de testam. debet esse rogatus. §. Testamentum. q. 58. 47. ver. 7.

Et quid in testamento inter liberos. q. 8. 7. ver. 5.

Notario stipulante an valeat donatio absenti facta. §. Donatio. q. 13. 83. ver. 1. & ibi an possit ante ipsius absentis acceptationem reuocari.

Novitius an possit testari intra annum professionis. §. Testamentum. q. 28. 21. ver. 6.

Nuncio interueniente potest donari absenti, vide supra, absens.

## O.

**O**blatio nunquid sufficiat ad evitandam caducitatem, vide supra, Emphyteuta.

Obligatio naturalis an oriatur ex testamento non solemn. §. Testamentum. q. 90. 65. ver. 1.

## P.

**P**acta in inuestitura apposita, qui dicit esse insolita probare debet. §. Feudum. q. 20. 137. ver. 1.

# INDEX

- Papa an possit concedere Prælati facultatem testandi de bonis ecclesie.** §. Testam. q. 27. 19. ver. 5. & 7.
- Pares curie quomodo eligantur.** §. Feud. q. 90. 172. ver. 2. Et an possint cogi ad iudicandum, ibi. ver. 3.
- Pares curia laici an possint cognoscere de feloniam vasalli clerici, ibi.** ver. 4.
- Pactum de non petendo an requirat insinuationem, vide supra, Insinuatio.**
- Pactum liberatorium an egeat insinuatione, vide insinuatio.**
- Pactum nudum de donando an pariat actionem, vide supra, Dispositio l. si quis argentum.**
- Pars vna testamenti per aliam declaratur.** §. Test. q. 76. v. 5.
- Partus immaturus non rumpit test.** §. Test. q. 45. 36. ver. 3. Et ibi quando dicatur partus immaturus.
- Pater ex quibus causis possit filium exheredare, vide Filius.**
- Pater an possit prælegare feudum vni ex filiis suis.** §. Feudum. q. 40. 78. ver. 5. Et an possit de feudo plus assignari vni quam aliis, ibi.
- Pater an possit donare filiosam.** §. Donat. q. 8. ibid. ver. 1. Et quid si subsint merita, ibi. ver. 2. Et an merita sint probanda, ibi. Et an necesse sit, q. merita æquiualeant donationi, ibi. v. 3. Et quid si excedant dimidiam, ibi. ver. 4. Et quid si pater donet filio in præmium emancipationis, ibi. 102. v. 5. Et quid si ex causa studii, ibi. 79. ver. 6. Et an donatio facta filio per patrem morte confirmetur, ibi. ver. 7. Et an confirmetur iuramento, ibi. ver. 8.
- Pater an possit in emphy. filiis suis præiudicare.** §. Emphyteut. q. 16. 112. ver. 1. Et quid si emphyt. sit antiq. vel. patern. ibi. 113. v. 3.
- Pæna priuationis feudi an incurrat ipso iure, vel per sententiam.** §. Feudum. q. 62. 158. ver. 1.
- Ræna appositæ in inuestitura an operetur, quod emphyteuta propter cessationem expelli non possit, vide Emphyteuta.**
- Pensionem recipiens an sibi præiudicet in caducitate, vide supra, Dominus.**
- Pensio emphyt. quo tempore anni solui debeat.** §. Emph. q. 12. 107. ver. 1. Et an possit emphyteuta illam soluere pro tribus vel quatuor annis futuris, ibi. ver. 2.
- Pensio an debeat augeri propter augmentum contingens in re emphyteutica.** q. 41. 125. ver. 2.
- Permutari an possit res emphyteutica domino irrequisito.** §. Emphy. q. 17. 113.
- Pestis tempore an sufficiant in testamento quinque testes, vide infra, Testes.**
- Pignori an possit res emphyteutica sine domini consensu, vide supra, Emphyteuta.**
- Plures simul vocati ad successionem an censeantur vocati simul & semel, an autem ordine successiuo.** §. Test. q. 76. 57. ver. 13. & q. 80. 63. ver. 1.
- Possessio feudi an transferatur in vasallum per inuestituram, vide supra, Inuestitura.**
- Possessionem interuertens emphyt. an possit à domino propria auctoritate expelli, vide supra, Emphyteuta.**
- Possessionem rei emphyteutica sibi donata an possit donatarius sine domini consensu apprehendere, vide Donatarius.**
- Posthumus an hodie possit à patre exheredari.** §. Testa. q. 41. 33. ver. 9.
- Posthumi præteritione an rumpatur testamentum, quasi. 45. 47. vide infra, Præteritio.**
- Potentior persona qua dicatur.** §. Emph. q. 22. 114.
- Prædicatores an possint capere ex testamento, vide supra, Fratres prædicatores.**
- Prælati aut clericus an possint testari.** §. Test. q. 27. 19. v. 1. vbi late quid de bonis eorum patrimonialibus, & quid de bonis ecclesie, vel quaesitis ex fructibus ecclesie, & quid de ipsius fructibus, & quid de quotidianis distributionibus.
- Prælati non habens propinquos an possit testando præferre extraneum ecclesie, q. 27. 19. ver. 2.**
- Prælati an possit infeudare bona ecclesie solita infeudari.** §. Feudum. q. 13. 134. ver. 6. Et an in tali infeudatione interuenire debeant solemnitates, ibi. 133. ver. 6. Et an possit illa infeudare affinibus suis. ibi. ver. 5. Et quid in feudo decimarum, vide supra, decime. Et quid in feudis apertis tempore prædecessoris sui. dist. q. 13. 133. ver. 3. Et quando dicatur res ecclesie solita, vel non solita infeudari, vide infra, Res ecclesie. Et an Prælati possit in tali infeudatione alterare consuetudinem, vide supra, Consuetudo.
- Prælati ingratitude an obfit ecclesie, vide supra, Ingratitudo.**
- Prælati an possit bona ecclesie in emphyteusim concedere.** §. Emphyt. q. 6. 100. ver. 1. Et quid si concedat alio modo, quæ solita sint concedi. v. 2. Et vsque ad quam generationem concedi possint, ibi. v. 3. Et an possint concedi pro hered. extraneis, ibi. ver. 4.
- Prælati recipiendo pensionem an præiudicet ecclesie.** q. 10. 106. ver. 3.
- Prælegari an possit vni ex filiis res emph. vide supra, Pater.**
- Præscriptio iuris emphyteutici quanti temporis præstatione iudicetur.** §. Emphyteusis. q. 7. 101.
- Præsentis & ræcenti donatio facta nunquid valeat.** §. Donatio. q. 14. 85. ver. 15.
- Præterito filii an reddat testamentum ipso iure nullum.** §. Testamentum. q. 42. & q. 43. 33. 34. 35. ver. 1. Et quid in emancipato. q. 42. 33. ver. 2. Et quid in testamento militis, ibi. 34. ver. 3. Et quid in filiis naturalibus, ibi. ver. 4. Et quid in filio legitimo, ibi. ver. 5. Et quid in filia femina, ibi. ver. 6. & ibi quid si adsit statutum excludens feminas. ibid.
- Et quid de iure prætorio.** q. 43. 34. ver. 3.
- Et quid si filius præteritioni consentiat, ibi.** 35. ver. 5.
- Et an talis approbatio præiudicet institutis, ibi.** 36. ver. 4.
- Et quid in filio posthumo.** q. 45. 36. ver. 1.
- Et quid si talis posthumus viuo testatore decedat, ibi.** ver. 2.
- Et quid si nascatur in 6. vel 8. mense, ibi.** & 37. ver. 3.
- Præteritio matris & fratrum nunquid annullat testamentum, vide supra, Pater & Mater.**
- Primum testamentum an reuocetur per secundum, vide infra, Testamentum.**
- Probatio meritorum an sit necessaria ad validitatem donationis remuneratoria, vide supra, Merita.**
- Procurator soluendo canonem an excuset emphyteutam à caducitate, vide supra, Emphyteuta.**
- Prodigus an possit testari.** §. Test. q. 33. 24. ver. 4. Et an possit testari ad pias causas, q. 5. 3. & 4. ver. 4.
- Prohibere an possit testator alienationem legitimam, vel bonorum heredis, vide supra, Alienatio.**
- Et an possit prohibere diuisiones, inter heredes, vid. Diuisio.**
- Et an possit prohibere detractioem Falcidia, Legitima, vel Trebellianica, vid. Falcidia, Legitima, & Trebellianica.**
- Promissio de donando facta pacto nudo an pariat actionem, vide supra, Dispositio l. Si quis argentum.**
- Proprietarius directi domini an debeat habere laudemium, an autem vsufruct. vide supra, Laudemium.**
- Protestatio facta per vasallum in alienatione feudi, an illum excuset.** §. Feudum. q. 31. 141. ver. 6. Prote-

# I N D E X.

Protestatio an excuset emphyt. alienantem, vid. Emph.  
 Protestatio domini directi expellens emphyteutam an conseruet illi ius ad petendam pensionem, & e contra, vide supr. Dominus.  
 Proximiores vocati à testatore an intelligantur proximiores ipsius testatoris, an vero illius, cui substituuntur. §. Testa. q. 76. 58. ver. 14.  
 Pupillus an possit testari ad pias causas. q. 5. 4. ver. 3.  
 Purgatio mora an permittat sit emphyteuta, qui in solutione canonis cessauit, vide supr. Emphyteuta.

**Q**ualitas masculinitatis posita in vna substitutione an censeatur repetita in alia. §. Testa. q. 76. 58. ver. 7.  
 Quantitatis præstatio à principio an requiratur in contractu emphyt. vide supr. Contractus emphyt.  
 Querela inofficiosi an hodie sit sublata. §. Test. q. 40. 31. v. 6.

**R**ecognitio feudi facta per vasallum præter solitam formam an noceat posteris. §. Feudum. q. 20. 137. v. 2.  
 Recuperatio rei alienatæ an excuset emphyteutam à caducitate, vide supr. Emphyteuta.  
 Relegatus an perdat testamenti factionem. §. Test. q. 22. 17. v. 3.  
 Religionis ingressus an rumpat testamentum prius factum. §. Test. q. 28. 21. ver. 4.  
 Religionem ingrediens vel iam ingressus quando possit testari. ibi. ver. 2.  
 Religiosus an possit capere ex test. q. 29. 22. ver. 1.  
 Relinquo verb. an importet insti. q. 38. 29. ver. 11.  
 Remissio pensionis an fiat emphyteuta propter bellum. §. Emphyt. q. 8. 102. ver. 5.  
 Et an propter sterilitatem, vide infra, Sterilitas.  
 Et an propter damnum contingens in re emphyteutica, vide supra, Damnum.

Renuntiatio feudi facta per vasallum an præiudicet agnatis. §. Feudum. q. 34. 145. ver. 3.

Renunciari an possit insinuat. §. Donat. q. 17. 88. ver. 5.

Renunciari an possit dispositioni l. si vnquam, vide supr. Dissolutio. l. si vnquam.

Res ecclesie quando dicantur solite, vel non solite in feudari. §. Feudum. q. 13. 134. ver. 4.

Res ecclesie an possint per Prælatum in Feudum concedi, vide supra, Prælatus.

Res in dubio an præsumatur feudalis, vel allodialis, vid. Bona.

Res ecclesie an possint in emphyteusim concedi. §. Emph. q. 6. 100. ver. 1.

Resurrectione testatoris an rumpatur test. §. Test. q. 86. 64.

Reuocatur donatio propter superuenientiam liberorum, vide supra, Dispositio. l. si vnquam.

Item propter ingratitudinem donatarii, vide Ingratitudo.

Item reuocatur, quia inofficiosa, vide Donatio inofficiosa.

Item donatio ob causam reuocatur, causa non secuta. §. Donatio. q. 25. 96. ver. 1.

Item donatio causa mortis reuocatur propter penitentiam, ibi. ver. 2.

Et an reuocetur propter cõualescentiã donatoris. ib. v. 97. 4.

Rogitus Notarii & testium est in testamento necessarius. §. Testa. q. 58. 47. ver. 1. & ibi quid in testamento ad pias causas, ibi. ver. 2. & inter liberos. ver. 3.

Et quid in testamento militis, ibi. ver. 4.

Rusticus si ruri testamentum condat, sufficiunt quinque testes, vide infra, Testes.

**S**chedula manu patris scripta inter liberos habet vim testamenti ex dispositione Authentice, quod sine. §. Testamentum. q. 14. 11. ver. 1.

Et an in tali scheda debeat apponi dies, ibi. ver. 2.

Et an debeat carere abbreviaturis, ibi. v. 3.

Et quid si sit tantum subscripta à patre, ibi. ver. 4.

Et quid si non sit scripta, neque subscripta manu ipsius patris, ibi. ver. 5.

Et quid si sit subscriptu à filiis, ibi. ver. 6.

Et quid si reperiatu apud Notarium, ibi. ver. 7.

Et quid si in ea filii non sint aqualiter instituti, ib. 15. v. 8.

Et an dispositio d. Authentice, quod sine. excludatur ad fauorem pia causa, ibi. q. 7. 6. ver. 3.

Scriptura an requiratur in contractu emph. §. Emph. q. 4. 99.

Sententia vel declaratio an requiratur ad hoc, vt emphyteuta cessans in solutione canonis cadat à iure suo. q. 9. 105.

Et quid in emphyt. qui alienauit. q. 13. 107. ver. 2.

Seruitutes acquire per vasallum an accrescant feudo. §. Feudum. q. 88. 171. ver. 4.

Seruitutem imponere rei emphyteutica an possit emphyt. sine domini consensu. §. Emphyt. q. 21. 135.

Solemnitates iuris ciuilibus an sint sublata in testamentis ad pias causas. §. Test. q. 6. 5. ver. 1.

Solemnitates requisite in alienatione rei ecclesiastica non seruantur de consuetudine in concessione in emphyteusim. §. Emphyt. q. 28. ver. Et si dicas. 118. 119.

Spurius vel naturalis an possit à patre heres institui. §. Testa. q. 31. 23. ver. 2.

Et quid si sit institutus, an fiscus ab eo tanquam ab indigno auferat hereditatem, ibi. 50. ver. 3.

Et an possint ei relinqui bona paterna ab alio, qui fuerit ab eius patre heres institutus, ibi. ver. 5.

Et quid in spurio legitimito, ibi. ver. 6.

Et quid si sit institutus sub conditione. si legitimabitur, ibi. ver. 7.

Stante statuto, quod extantibus masculis fœminæ non succedant, an in emphyt. concessa masculis & fœminis, fœm. cum masc. admittantur, vide supr. Fœminæ.

Statuto circa legit. disponente aliter, quam per ius commune dispositum sit, an nihilominus talis legitima sit titulo institutionis relinquenda, vide supra, Filius.

Statuto disponente, quod Test. insinuetur, an possit test. prohibere testamenti insinuationem, vide supr. Insinuatio.

Statuto vigente, quod extantibus masculis fœminæ non succedant, nunquid si filia sit præterita, possit dicere testamentum nullum. §. Test. q. 42. 34. ver. 6.

Et an stante eodem statuto, testator instituens simpliciter filios suos censeatur etiam instituisse fœminas, ibid. q. 76. 58. ver. 12.

Statutum, quod testamentum fieri possit coram quinque testibus, an valeat. q. 56. 45. ver. 9.

Statutum, quod filius familias possit testari, nunquid valeat, ibi. q. 18. 14. ver. 9.

Statutum, quod pater possit instituere filium spurium, an valeat, ibi. q. 31. 23. ver. 7.

Sterilitas an excuset emphyt. à caducitate, vel operetur, vt fiat illi remissio pensionis. §. Emph. q. 8. 103. ver. 7.

Substitutio, quæ in testamento expressa est, non debet dici facta. §. Testam. q. 76. 57. ver. 3.

Substitutiones pupillares & exemplaria an sustineantur ex dispositione Auth. ex causa, vide supra, Dispositio Authentice. ex causa.

## T.

**T**estamentum quid sit §. Testamentum q. 1. 2.

Testamenti factio quo iure sit introducta. q. 2. ibi.

Testamentorum species quot sint, ibi. q. 3. 2.

Testamentum in scriptis & nuncupatiuum quid differant. q. 4. 2. ver. 1.

Testamentum conditum ab eo, qui volebat testari in scriptis, non

# I N D E X.

- non seruatis solemnitatibus requisitis, an valeat, ve nuncupatiuum, ibi. 3. ver. 2.
- Testamentum factum per relationem ad schedulam, nunquid valeat, ibi. 3. ver. 3.
- Testamentum confectum ad interrogationem alterius, an valeat, ibi. q. 37. 26. ver. 2.
- Testamentum conditum à filio, dum pater est apud hostes captiuus, nunquid valeat, ibi. q. 18. 13. ver. 5.
- Testamentum conditum secundum consilium Galli an valeat. q. 35. 25. ver. 3.
- Testamenti vna pars per aliam declaratur, vide supra, Pars.
- Testamentum nullum ex causa prateritionis, vel exheredationis sustinetur ex dispositione Auth. ex causa. C. de lib. prater. vide supra, Dispositio Auth. ex causa.
- Testamentum imperfectum sustinetur inter liberos ex dispositione l. hac consulti ssima §. ex imperfecto. C. de test. vide supra, dispositio §. ex imperfecto.
- Testamentum imperfectum ad pias causas sustinetur. §. Testam. q. 6. & 7. 5. & 6. ver. 1. Et an sustineatur etiam quoad legata laicis relicta, ibi. q. 8. 6. ver. 9.
- Testamentum nutu conditum ad pias causas valet, ibi. v. 7.
- Testamentum perfectum an aliquando reuocetur per secundum, ibi. q. 97. 69. ver. 1.
- Testamentum primum an reuocetur per secundum, ibi. q. 94. 67. ver. 1.
- Et quid si primum sit iuratum, ibi. ver. 3.
- Et an hoc casu testator sit periurus, ibi. ver. 4.
- Et quid si ex secundo test. non sit adita hereditas. q. 96. 68.
- Et quid in testamento condito inter liberos. q. 98. 69. v. 1.
- Et quid si primum testamentum habet clausulam derogatoriam. q. 99. 69. ver. 1. 2.
- Testamentum militis quae privilegia habeat, ibi. q. 15 & seq. 12.
- Testamentum an contraria testatoris voluntate reuocetur. q. 91. 66. ver. 1.
- Et quid si concurrat tempus decennii, ibi. ver. 3.
- Et à quo tempore sit computandum istud decennium, ibi. ver. 4.
- Et quid si testator dicat, quod vult decedere intestatus. q. 92. 66 & 67.
- Testamentum non solenne an sit ipso iure nullum, ibi. q. 89. 63.
- Et an ex eo oriatur naturalis obligatio. q. 90. ibid. ver. 1.
- Testamentum meru conditum an sit ipso iure nullum. q. 87. 64.
- Testamentum an rumpatur per ingressum monasterii, vide supra, Religio.
- Et an legitimatione filii, vide supra, Legitimus.
- Et an resurrectione testat. vide supra, Resurrectio.
- Et an prat. vel exhered. filiorum, parentum, vel collateralium vide supra, Filius, Frater, Mater, Pater, &c.
- Testator eatenus censetur diligere in substitutione, quatenus dilexit in institutione. d. §. q. 76. 57. ver. 4.
- Testatoris mens presumitur fuisse conformis dispositioni iuris, & statutorum, ibi. q. 76. 58. ver. 12.
- Testatoris voluntas quomodo interpretanda, ibi. late. ibi.
- Testator censetur velle minus grauare heredem, quam sit possibile, ibi. ver. 9.
- Testator an possit prohibere heredi detractionem Trebellianicam, vide infra, Trebellianica.
- Et an possit prohibere detractionem legitimam, vid. Legit.
- Et an possit prohibere detractionem Falcid. q. 73. 55. v. 3.
- Et an possit prohibere alienationem ipsius legitimae, vide supra, Alienatio.
- Et an possit prohibere diuisionem inter hered. vid. sup. Diuisio.
- Et an possit prohibere ius accrescendi, vid. Ius accrescendi.
- Et an possit prohibere heredi alienationem rerum suarum, vide supra, Alienatio.
- Et an possit prohibere, ne pro legatis bona sua sint tacite hypothecata. §. Testam. q. 70. 53.
- Et an possit remittere usufructuario cautionem de utendo, fruendo, &c. vide supra, Cautio.
- Et an possit prohibere, ne testamentum ipsum insinuetur, vide supra, Insinuatio.
- Et an possit remittere confectionem inuentarii, vide supra, Inuentarium.
- Et an possit concedere Legatario facultatem capiendi rem legatam propria auctoritate, vide supra, Legatarius.
- Et an possit legare tutori, vel administratori liberationem à ratione reddenda. d. §. q. 73. 55. ver. 10.
- Et an possit priuare heredem hereditate in euentum alicuius conditionis, vide supra, Heres.
- Et an possit disponere de rebus hered. d. §. q. 71. 33. ver. 1.
- Et an possit bona heredis expresse obligare, ibi. ver. 1.
- Et an possit imponere onus fideicommissi super re, per eum prius heredi donata, vide supra, Fideicommiss.
- Testes quot requirantur ad probandam ingratitudinem vasalli. §. Feudum. q. 60. 158.
- Testes in testamento debent saltem septem interuenire. §. Testam. q. 56. 44. 45. ver. 1.
- Et an hic numerus sit de forma substantiali vel probatori ipsius testamenti, ibi. ver. 1.
- Et an tempore pestis sufficiat minor numerus, ibi. ver. 3.
- Et quid in testamento ad pias causas condito, ibi. 45. ver. 5.
- Et quid in testamento condito inter liber. quast. 8. 7. & 8. ver. 2.
- Et quid in test. condito ruri à rustico. d. §. q. 56. 45. ver. 6.
- Et quid in testamento condito coram Imp. ibi. 58. 45. v. 7.
- Et an de iure canonico minor num. testium sufficiat, ibi. q. 57. ver. 1.
- Testes qui possint in testa. adhiberi. d. §. q. 55. 43. v. 2. & seq.
- Testes in testamento adhibiti debent esse rogati. q. 6. 5. ver. 2. & q. 58. 47. ver. 1.
- Et quid in testamento nuncupatiuo. ibi. ver. 1.
- Et quid in testamento ad pias causas. q. 58. ibi. ver. 2.
- Et quid in testamento condito inter liberos. q. 58. ibi. v. 3.
- Et an sufficiat quod sint rogati ab alio, quam à testatore, ibi. ver. 5.
- Testes in testamento adhibiti, necesse est, vt videant testatorem, ibi. q. 59. 47.
- Titulus vasallagii an presumatur per cursum decennii. §. Feudum. q. 19. 136. ver. 1.
- Titulus de sacrosanctis ecclesiis, & de episcopis, & clericis, est nullus, ex defectu potestatis imperialis circa personas, & res ecclesiasticas. §. Emphyt. q. 28. ver. Nec dicatur. 118.
- Traditio rei emphyteutica an requiratur ad hoc, vt emphyteuta alienans cadat à iure suo. vide supra, Emphyt.
- Transuersales agnati an possint finita emphyteusi petere, quod illis re firmetur. vide supra, Agnati.
- Trebellianica detractio an possit à testatore prohiberi. §. Test. q. 62. 48. ver. 1.
- Et quid in codicillis, ibi. ver. 2.
- Et an possit tacite prohiberi, ibi. 48. 49. ver. 3.
- Et an verbis vniuersalibus. ibi. ver. 4.
- Et an possit prohiberi in filiis primi gradus. q. 63. 49. v. 1.
- Tutori an possit testator remittere confectionem inuentarii, vide supra, Inuentarium.
- Tutoris datio an sustineatur ex dispositio. §. ex imperfecto, vide supra, dispositio §. ex imperfecto.
- V.
- Vasallus an teneatur dominum adiuuare suis sumptibus. §. Feudum. q. 21. 137. ver. 1.
- Vasallus inhabilis ad pugnandum si ex praelio aufugiat, an possit priuari feudo, ibi. ver. 2.
- Vasall-

# I N D E X.

- Vasallus an teneatur preferre salutem domini sua propria saluti, ibi.* 177. ver. 3.
- Vasallus an teneatur adiuuare dominum, etiam contra patrem, & fratrem ipsius domini, ibi.* ver. 4.
- Et an contra seipsum, ibi.* ver. 5.
- Vasallus tenetur petere inuestituram à domino intra annum & diem, alias cadit à feudo. 19.* 154. ver. 1.
- Et quando incipiat currere iste annus, vide supra, Annus.*
- Et an hoc casu cadat à feudo ipso iure. d. q. 49.* 154. ver. 6.
- Et an admittatur purgatio moræ, ibi.* 155. ver. 9.
- Et quid si vasallus nō possideat feudum, an illi currat tempus, ibi.* ver. 2.
- Et an si dominus postea illum recipiat ad debita seruitia, videatur illi remississe caducitatem, vide supr. Dominus.*
- Et quid si dominus neget facere inuestituram, vide Dom.*
- Et an agnatus qui acquisiuit aliam partē feudi, teneatur pro illa petere nouam inuestituram, vide supra, Agnatus.*
- Vasallus an teneatur alere dominum egenum. d. § q. 23.* 138.
- Vasallus an teneatur liberare dominum carceribus retentum. q. 24.* 138. ve. 1.
- Vasallus negans feudum priuatur feudo. q. 59.* 158. ver. 2.
- Et quid si neget tantū partem, an cadat à toto feudo, ib. v. 3.*
- Et quid si neget in genere narrata, prout narrantur, ib. v. 4.*
- Vasallus an possit vocare dominum in ius sine venia. q. 25. 138. ver. 1.*
- Vasallus an possit alienare feud. sine cons. dom. q. 31.* 141. ver. 1.
- Et an propter necessitatem famis ibi.* 142. ver. 11.
- Et quid si feudum sit acquisitum pro se, & quibus dederit, ibi.* 142. ver. 8.
- Et an scientia & taciturnitas domini sufficiat pro consensu, ibi.* 142. ver. 13.
- Vasallus an possit alium de feudo subinfeudare domino irrequisito. q. 32.* 143. ver. 1.
- Et quid si feudum sit ecclesiasticum, ibi.* ver. 2.
- Et quid si sit feudum decimarum, vide supra, Decima.*
- Vasallus cui feudum est subinfeudatum, si velit illud alienare, à quo debeat habere consensum, an à supremo domino, an ab immediato. §. Feudum. 32.* 143. ver. 6.
- Vasallus an possit feudum locare ad longum tempus. q. 33. 144. v. 1.*
- Vasallus an possit renunciare feudo in manibus domini ipso inuito. q. 34. ibi.* 144. ver. 1.
- Et an facta renuntiatione sit liberatus à præstatione seruitiorum, ibi.*
- Et an post renuntiationem possit impune dominum offendere, ibi.* ver. 2.
- Et an talis renuntiatio præiudicet agnatis, vide supr. Renuntiatio.*
- Vasallus an possit rem feud. dare alteri in emphyteusim. d. §. q. 33.* 144. ver. 3.
- Et an possit dare ad libellum, ibi.* ver. 2.
- Vasallus an possit feudum pignorarè. q. 35.* 145. 149.
- Vasallus an possit feudum dare in dotem. q. 36.* 145.
- Vasallus an possit super feudo constituere seruitutem. q. 37.* 146.
- Et an vsufructum, ibi.* ver. 2.
- Vasallus an possit super feudo transigere. q. 38.* 146.
- Et an possit de feudo facere compromissum, ibi. q. 39. ibi.*
- Vasallus an possit de feudo testari, & illud legare, aut prælegare. q. 40.* 147. ver. 1.
- Vasallus an possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali. q. 47.* 153
- Vasallus an possit alienare feudum in præiudicium agnatorum, vide supra, Feudum.*
- Vasallus committens stuprum cum vxore domini an amittat feudum. q. 48.* 153.
- Vasallus alienans feudum sine consensu domini, an cadat à feudo. q. 31.* 141. ver. 1.
- Et quid si contractus erat ex alia causa nullus, ibi.* ver. 2.
- Et quid si non sit secuta traditio, ibi.* ver. 3.
- Et quid si secuta sit, sed ficta, ibi.* ver. 4.
- Et quid si protestetur se alienare, saluo consensu domini, vide supra, Protestatio.*
- Vasallus qui post alienationem recuperat feudum, an euitet pœnam priuationis. d. §. q. 31.* 141. ver. 6.
- Vasallus alienans solummodo partem feudi, an cadat à toto, ibid.* ver. 7.
- Vasallus an possit alienare commoditates feudi, ibi.* 142. v. 9.
- Vasallus delinquens contra vnum ex pluribus dominis, an cadat à toto feudo. q. 53.* 156.
- Vasallus contrahens amicitiam cum inimicis domini, an cadat à feudo. q. 54.* 175.
- Vasallus deteriorans feudum, an possit eo priuari. q. 56.* ibi.
- Vasallus qui per triennium cessauit soluere pensionem, an priuetur feudo. q. 51.* 156.
- Vasallus seipsum occidens an priuetur feudo. q. 58.* 157.
- Vasallus an possit priuari feudo sine causa. q. 59.* 158.
- Vasallus offendens dominum vi aut metu coactus, an excusetur. q. 61.* 158.
- Vasalli an possint prorogare iurisdictionem alterius Iudicis, vide supra, Iurisdictionio.*
- Vasallus recipiens inuestituram de feudo antiquo, tanquam de nouo, an præiudicet agnatis. q. 8.* 131. ver. 4.
- Vasallus an possit rem feudalem concedere in emphyteusim. §. Emphyt. q. 5.* 100.
- Vestes & iocalia per maritum vxori data an censcantur dognata, vide supra, localia.*
- Verbum, Relinquo, an importet institutionem, vide supra, Relinquo.*
- Verbum æquiuocum positum in vna parte testamenti intelligi debet, prout in alia parte ipsius testamenti clare positum reperitur. §. Testam. q. 76.* 57. ver. 6.
- Verba testatoris attenduntur, vbi de mente aliter non apparet, ibi.* 57. ver. 7.
- Vltima voluntas an vitietur ex falsa Latinitate, ibi. q. 88. 65.*
- Voluntas testatoris semper attendi debet. q. 76.* 57. ver. 1.
- Voluntas testatoris quomodo conicienda vel interpretanda sit, ibi.* 57. ver. 6.
- Vsufuctuario an possit testator remittere cautionem de vtendo, fruendo, &c. vide supra, Cautio.*
- Et an possit illi remittere confectionem inuentarii, vide supra, Inuentarium.*
- Vsufuctuarius directi domini an debeat habere laudemium an autem proprietarius, vide supra, Laudemium.*
- Vsurarius manifestus nō potest testari, nisi præstia cautione iuxta formam c. quanquā. de Vsur. in d. §. Test. q. 26. 18. v. 1.*
- Et qualis cautio præstari debeat, ibi.* ver. 2.
- Et an talis cautio possit præstari post conditum testamentum, ibi.* ver. 3.
- Et an dispositio d. c. quanquam, habeat locum in vsurario, qui desit scenerari, ibid.* ver. 4.
- Vsurarius manifestus an possit donare causa mortis. §. Donatio. q. 7.* 77.
- Vxor an possit donare marito, vide supra, Maritus.*